

Signat. C

40

N. Inw. 203.

Stanislai Temberski

Historiographi Universitatis Jagielonnicae Annales ab anno 1667 ad 1672.

cf. Muczkowski Rękopisma Radymińskiego. w Krak. 1840. pag: 64.

203

47
57
66
12

CC 1 29

Annalis Anni 1667.

Efficiat Deus temporum moderator, ut Annus praesens, quem ingre-
ditur Gens Polona, non subiiciatur Divi Joannis revelationi
Apocal. XIII. monstratae. Qui habet intellectum computet numerum be-
stiae. Numerus enim hominis est; et numerus eius 666. Eum numerum
appendit Deus in statera Voluntatis suae; quae si inclinabitur ad
parietes nostros, dubio procul exurget numerus bestiae Asiaticae,
quae hostilitate inaudita persequitur Gregem christianum; tanetque
nobis secundum peccata nostra respondeni. Adhibuit Monita sua
Deus per radiantes Cometas in Caelesti Mappa expansas ante
triennium; ut convertamur ad Deum in Caelis habitantem, dirosque
eventus praedicentem ac minitantem. Expressit in ovis versus
Lublinum Gallinae monstrosae characterisatis, in quibus figurae — Prodigia
armorum diversorum exstiterant ante sexennium; tamen illa signa
in fabulas, et monstra naturae errantis sunt conversa. [illegible]
Splendorem Caelestem insolitum horis nocturnis Cracoviae, sed Geda-
ni specialiter observatum; quo inspecto Civibus Gedanensibus ad
Praetorium inflammatum concurrentibus, visibiliter advenas per
fenestras Turricas exhibuit sedentes, quasi consultantes: quo tem-
pore Portae clausae, ultro erant apertae custodiis militantibus stupen-
tibus. Tamen per ista signa ac indicia admonentia, et post su-
am exhibitionem evanescentia, vano timori subscripta, memo-
randaeque res, traditae oblivioni. Ast instigante Caelo, requirentibus
[illegible]tatibus Gentis Polonae, producta securis ad radicem, per hosti-
cam Conspirationem, à biennio coniuratam; quam ad stragem prae-
parati Turcae, Scythae, Valachi, Moldavi, etiam Kosaci rebelles
pervulgata tesserâ hostilitatis aggrediendi. Tragoediam deploran-
dam inchoatam, sunt progressi. Terminus enim elapsi Anni
irruptione Scythica, ut Turcis praelusoribus infaustis, eventa in-
vasione terminatus est; dum populi in Podolia, Wolynia securi — Cosaci cum Tartaris Poloniam devastant
manentes circa Festivitatem Natalis D.N.J.C. capti sunt et tracti
in servitutem duram; magnâ cum perturbatione Vicinorum.

Quam invasionem tantum Millia quinque Scytharum provolantium; Miles in stationes hybernis dispositus non poterat vi insperatam impedire. neque per eam adlaboratum; et Captivi, de Nobilitate de Clero, de plebe abducti, ad Universes catastra non deducerentur. Millia enim 50. hominum diversorum sunt abducta. Et licet istam cladem impedire desudaverat Potocius Palatinus Braclaviensis militibus dissipatis convocatis. tamen vix aliquibus Captivis succursum est; quia Milites equos Scythicos malebant apprehendere, quam Gentem gemebundam salvare ac eripere Scythis. Et quod durius erat à Milite dissipato ferendum! Iti enim clade accepta à Scythis, per Machowii incautam eductionem; ad varios

Machowski

angulos aufugerant. et sub pallio Scytharum fugientes, pagos invadebant multos, substantiasque populi diripiendas attendebant, etiam adiectis flammis ad aedes, ut populus Scythas advenisse concluderet. Quam fraudem palliatam hostis externi invasione, Deus Judex et Vindex iustissimus vindicabit; ut summa bonitas, summaque Justitia. Abducti Nobiles festivis vestibus induti, ad Ecclesias properantes. Presbyteri ab Altaribus Divina officia tractantes, in apparatu Ecclesiae avulsi; Virgines lavandis aut mundandis corporibus attentae e balneis nudae extractae ante pervigilium Nativit. Dni. Plebs ut. tara à duobus aut tribus tantum Scythis, vestibus et lonis complicata, ad agmina Scythyca deducta nemine inhibente aut prorumpente ad tam paucos hostes per Villas grassantes. Insperatusque adventus causaverat timorem ingentem, quo perculsi homines etiam modum salvandorum se obierrant.

Stragestabis pervulgatâ adscripta acerbae fortunae ad terminum Anni Superioris pervenientes adscripta Insolentiae Militari in stati-

Oblivium Vari a argumentalis

onis factis! Item dispositioni aut dissimulationi Curiali! item Tartaris rebellibus ab obsequio Chani Umanensis exauctoratis, item Kosaccis, qui intollerabiles iniurias factas à Militibus, tali arte se u invasione hostium, cupiebant esse compensatas; ad extremum quod verius est, Divino Numini irato! quod à multis annis monitu astrorum ac Signorum; admonebat populum ut ad Dominum suum converteretur. Omnia tamen Monita evidentissima tracta in vanos usus. Et licet patam Anno Superiore in Aug. et Septembri in

Valachiam Turcae cum magnis turmis suis adveniebant, Molda-
uorumq́ atq́ Ukrainenses hostes visitabant; inter quorum sedes, fa-
na seu Templa Turcica Scythicaque atq Meschita erigebant, uti
iam in proprio Dominio (hanc enim Provinciam, per Scythicam arma si-
bi quaesitam; et adiunctam vendicat et usurpat Turca) et quod prae-
videndum erat tempestive atq inhibendum more antiquorum Polonorum
ne à Turcis apparatus bellicus transportaretur, ne pontes extruantur ver-
sus Chocimum; ne decurrationem sub specie, Turcis in Civitatibus commo-
rantur; hoc penitus anno superiore est neglectum; quando insuper Tur-
cicum praesidium novum ad Arcem Chocimensem est adductum, Turcis ta-
bisq́ officium adeuntium; quae omnia nostri Milites, cominq́ Duces uti neglectus malorum
chimeras pictas, aut mera somnia floccipendebant.
Et ecce iterato ad initium Anni praesentis, advenerant agmina Scythi-
ca; superioris Anni fortunam, ad cuius terminum hostilitatem exercu-
erant, probaturi; maioribus agminibus coacti iamq vicinos tractus la-
cessivo ingressi, renovarunt hostilitatem, Milite Polono non inhiben- Iterum hostes impune grassantur
te, qui saepius stipendia sibi non soluta obiiciebat; licet vix aliqua pe-
ricula à hoste degustaverat. Capti iterato homines innoxii; et
ad vincula perducti. Nobilitas igitur Pannonio metu perterrita ne-
scit quo pedem efferat! an ad hosti resistentiam, qui infestissimus
progreditur; neq illi vires respondebant. An ad securitatem cauti pi-
gnoribus quaerendam! Neq ea fortuna acerba, civibus Civita-
tem tantum vexabit! patentibus enim foribus, aedes investigari et scru-
tari possunt à latrone, nemine resistente. Populus enim universus
viribus, armis, victualibus denique carebat. Et licet obsistentiam ingres-
sus hostibus, Kamenecum fortalitium factum existimavimus. Hoc
nec arma, nec victualia habebat quae olim ad triennalem obsidionem
tolerandam providebantur. Arma distracta sunt, exportata tormen-
ta ad varios tractus; quando Serenissimus Rex Casimirus, etiam
cum Regina visitabat Russiae situm; et Ukrainae statum explora-
bat ante quadriennium. Tunc exemplo pessimo, Foedus ac Tractatus Pax cum Turcis ad Chocimum pessime facta olim
Perpetuae Pacis cum Turca facti sub auspiciis Sigismundi III.
Regis, adlaborante Lubomirsko Stanislao; Russiae in partes ab-

repti erant, nescitur quo consilio! Suntq[ue] omissi satis surrepti; qui in Archivo Reipub. sacrosancte servandi erant, nec loco movendi; nisi ad comprobationem eorum perpetuitatis, si successores Turcae de his dubitassent. Ex eoq[ue] commento perditorum Tractatuum, indigitatur Curia, quasi ejus permissu ac assensu, hostis moderne grassari per oras Polonas velit: licet Tractatus Originales Chotimenses adsint. Quid si ad alias Arces, versursum facere contendat: miseri Poloni in Podolia et Volynia manentes; intra Kamenecum et Leopolim, si directe scrutemur progressum hostilem futurum, non habebunt reclinatorium. Omnes enim Arces intermediae, ruinatae, evacuatae, sine praesidiis patent hosti. Atque Leopoliense armamentarium distractum; ex quo ad superiora experimenta bellica; elata sunt arma, tormenta, pulveri-

Penuria rei bellicae et Praesidiorum

tratq[ue]; qui ad comessationes inanes protrusus in aerem vano boatu propter humanum Maledictum Vivat: intonandum. Nunc autem vix tormenta maiora 16. habentur Leopoli; praeter Mortaria pyrica; quorum usq[ue] ad cuniculos, minas, petardas, tantum valet, non ad hostem in loco dissito arcendum. Zamoscium atque distracta arma habet post mortem Zamoiski Joannis Palatini Sendomir. nec est qui tenear illius loci defensionem; nisi velit Michael Wisniowiecky Dux adolescens rebus perditis consulere, exemplo Patris sui Jeremiae Ducis Wisniowiecensis; qui immatura morte, post pugnam illam Beresteczensem satis victoriosam Polonis effectam, laboribus Castrensibus fractus, sublatus e vivis. Zaraitam habet arma, et pulverem satis; caret tamen firmo praesidio; in absentia Lubomirski illi Haeredis qui alienos angulos inhabitat, bona universa Contracti Arrendatorio conclusit dimittenda Contractionibus.

Cardo itaq[ue] defensivae in sola Nobilitate haeret; quae etiamsi per Rostas publicas Expeditionis adigatur, ad arcam bellicam impediendam hostico progressui obtendi: Tamen incipiunt iam conqueri; cum

Confusio in Regno

quo nam esset congrediendum! an cum Scytha! an cum Turca! an cum domestico hoste, Milite scilicet ad rapinas solas attento! an cum permixtis Ruthenis, Kosacorum asseclis; qui gregatim tacita consilia pertractant! an deniq[ue] pugnandum erit cum hyeme, cum fame, cum iniuriis

celestibus; ad quas servandas Deus subtraxit annonam Anno supe-
riore; remotaque populi hostibus ac immeritis. Plane nemo est qui seni
cogitet de defensione patriae periclitantis. Omnes meditantur fugam.
Quorsum? quibus auxiliis? quo eventu? universi ignorant. Seducuntur
misere inquinatis Nobiles; et Deus percutiet Regnum virga oris sui; Esai. XI.
et spiritu labiorum suorum interficiet impios. Neque est secura fuga
in hyeme quanquam et ver, et aestas, ad capessendam non faveant.
Metuendum profecto est, ne illud oculis et auribus humanis subiectum
Prodigium; in campis Prussiae ad limites Episcopatus Varmiensis
perstiterit; quod inertes rerum aestimatores fabulis connexum
inferebant: cum diebus novem continuis, horis diurnis et quidem
post meridiem semper Scena quaedam visibilis peragebatur, in- Prodigium
genti exercitus numerosi ordinibus suis rite transeuntis, cum
sono tympanorum apparatuque bellico, magnam terrae commotio-
nem efficientis: ad cuius militis conspectum, et progressum evi-
dentem incolae vicinorum locorum perterriti fugiebant ad vici-
nas Sylvas, deserentes aedibus ac Substantiis suis, existimantes immi-
nere hostem insperatum; quae quidem cohortes plures prodeun-
tes et apparentes, qualibet die tanquam de proscenio abscon-
debantur in terram, solo terrore hominibus speculantibus in-
iecto.
Neque illud fabulosum aut ridendum verbis effoetum Prussi-
cum visum reputandum: dum sub tempus Suecicae invasio-
nis Miles quidam a Socio insidiose trucidatus, animae caritas
suffragiis, sepultus in Sylvis, Colonos sulcantes agros ad ra- Aliud
dices Sylvae, impediebat excitato ingenti strepitu armorum, qua-
si frameorum collisionum, tum veluti turbine exagitatis ve-
xabat ita! et quidem moleste: ut Coloni terrore perculsi o-
peras relinquere adigerentur. Itaque crebrescente illa pertur-
batione Colonorum, ob quam nesciebant cum pecoribus prodire ad
operas, quia ad strepitum illico perterrita aufugiebant! tan-
dem visum illud venitus Spiritus Militis admonuit Colonos
ne obstarent: utque Dominus fundi illius agniret cum Pre-

sbytero ad agros, si vellet eos habere paratos et quietos.
Coloni exhibebant Presbytero suo rem. Advenit igitur Dominus fun-
di, accito in societatem Presbytero: qui aqua benedicta usu, et
exorcismis admonuit Spiritum, ut laudaret Dominum suum
bonus seu malus esset. Nulla mora Spiritus affirmavit se
esse bonum sed afflictum; eo in loco occisum a commilitone dolo-
so, idque sub tempus terminatae pugnae Suecopolonicae; seque esse
ex Divina Misericordia deputatum, ad poenas purgatorii eo in
loco expiandas, propter unum hominem, cui in vicino pago eri-
puerat vaccam. Quare si careret suffragiis Ecclesiae et vaccam
eam non restituero tamdiu affligar meo loco, donec exsolvam
damnum homini illatum et quidem pauperi.
Quare intulit ille Spiritus. Peto a te Domine si eris istos qui-
etos habere agros, cures vaccam restitui homini inopi, de meo
pecuniario depromptam: tum a te Presbyter obnixe rogo, ani-
mam meam iuva salutari suffragio Passionis Christi in Sac-
rificio Sancti altaris.
Haec si praestabitis executive, et sine procrastinatione, opus est
ut in mea verba iuretis. Si non praestabitis, poenitebit vos
facti negati. Obstrinxerunt se illi iureiurando facturos exe-
cutione utrumque. Gratias egit Spiritus de promissis, iussitque eos
post triduum ad se venire, si promissa expleverint.
Exacto triduo, exolutoque in parte promisso, venit Dominus cum
Presbytero, una cum Colonis ulteriorem agri continuaturi; prae-
stitit cum rapido vento Spiritus, praemonuitque ne reverterentur. Tan-
dem prodiit Spiritus. In recompensam officii charitativi propter
me praestiti, haec vobis fide bona depono. His in campis termi-
intra annorum collisio apparebit exercituum Paganissimorum
Tartarorum, qui Poloniam et Prussiam diuturnis offensionibus pro-
lis vexabunt, devastabunt, una cum annexis Provinciis, nullam
habituri resistentiam. Terna afflictione angustiabunt Gentes
Christianas, Igne, ferro et Captiva: gressus, progressus, regressus, itera-
bunt; nulla gente gressum inhibente. Campi integro triennio ste-
rilescent: quam sterilitatem dira fames subsequetur. Atta-

Attamen Deus Omnip. restaurabit vires attritas, perditasq Christianorum
res, subministrabitq bellicosum virum persimilem Angelo; qui popu-
lum dissipatum convocabit, et eo in loco, potentiam Turciam op-
primet ad Prussicos limites, multosq captivos liberabit. Polonia
enim vastata carebit habitatoribus. Tu vero Domine ista omnia
videbis, et si placaverint Maiestatem Divinam, nec bello, nec fame
peribis, quinimo communes Christianitatis hostes, eo in loco confi-
cies oppressos.
Interrogavit mora interposita, loquella cum Spiritu, Fundi illi-
us Dominus. Inchoare digneris quaeso o homo! talia quando fient!
Respondit Spiritus. Dum numerabis post numerum parem, impares
annos. Rogavit iterum Fundi Dnus precor edissere planius
tua dicta, cum sint parabolica! Non Respondit Spiritus quid-
quam sed evanuit.
Timore itaq perculsus cum Presbytero Fundi Dominus redit in
proprias aedes Civitatis rem et colloquium prout gestum est enar-
rans: testimonium praesentis Presbyteri, et agricolam suorum
habens civilissimum.
Pervulgatum erat istud colloquium Spiritus militis cum
supra Specificatis hominibus. et in recenti traditione submis-
sum erat et admirationi et diuturnae considerationi; tardem tra-
ditum oblivioni, omnibus magis res praesentes et durantes
diu curantibus; praeteritis sepultis tanquam evanidis.
Annum itaq ingressi praesentem, esset diiudicandum, sub quo
numero sit pari, an impari! et praeparantur vires pares con-
spirio diversorum hostium.
Russica enim Gens, difficulter ad obsequium Regno Poloniae
revocabitur, quum tot annis promissa quies, careat optato effectu.
Moschovitica vicissim, occupatas regiones Poloniae saepe olim
annexas, non restituet, et armis quaesitas, quamquam iniustas.
Scythica Gens fraternitatem cum Polonis Hymenaeam plane non
retinebit, praeterquam initio magis rapiendarum fortunarum, et
dominiorum.

Valachia, Moldavia, Hungaria rationes Polonae fortunae incolumis magis attendunt, quam iuribus Vicinitatis defendendis.
Turcicum porro Imperium, semper adoperatur per ruinam aliorum Regnorum adaugeri: ipseque Imperator Turciae attentus Tabulis Geographicis, qua terra, qua mari, dominia sibi vicina pervestigat, notat, dimetitur, perspicit vias, transitus ad terrestre, navaleque bellum inferendum, curiose sciscitatur.
Quare Ukrainae latifundiis, Podoliae, Volhyniae, Russiae, Poloniae, opus est excubitoribus; at immanis hostis multas manus habens exercituum, praeparat sibi iram; Polonis in aurem utramque dormientibus.
Deploranda profecto sunt Anni istius primordia, dum Scythicus grex invasit multos angulos Russiae, gentem Christianam lupino more lacerans.

Tartari Vastant.

Ad quorum hostium conatus frangendos, Rex Poloniae [illegible] minis iunctis consilio quondam Procerum, militiam e stativis movendam, sub poenis severe decreverat. Sed plurimi fugitivi milites, aliorum promptitudinem ad pectora obvertenda hosti grassanti retardavere.
Caeterum Rex ad Claromontanam Deiparam discessit post Festum S. Agnetis visitandam, simulque orandam, et Gregem Christianum protectione materna consueta conservet a rabie luporum. Exacta porro devotione ultimis diebus Ianuarii Cracoviam accessit, consilio bellico intentiones hostiles impediturus.
Curabatur proinde quasi revocatio Lubomirski Mareschali ab exilio Vratislaviano, promissis multis suasoribus, ut ad clementis Regis sinum rediret. Sed ille deliberationi immersus gravem catharrum acquisiverat, una cum febri; quam [illegible] Medici, ruinam ipsius paralyticam causaverat; atque praeter omnium spem, Medicorumque opinionem, fatis cessit die ultima Ianuarii Lubomirski, Vratislaviae.

Lubomirskius Mareschalcus moritur Vratislaviae

Fa-

Fama velociter delata ad Serenissimum Regem de obitu eius
die 8. Febr. qua die Rex Varsaviam carpebat viam, requisitus
à Regina valetudinaria incommodum iter habens, ob plures
pro hac, et aliorum allusiones. Ubi postquam Rex constitit
seria inquisitio ~~trac~~ tracta est, per Spirituales Inquisitores de
Fletu expresso Deiparae Virginis, in Templo Parochiali Vil-
lae nuncupatae Wroblow, non procul à Siradiensi Civitate. [Prodigium]
traditur enim triduo expressisse copiosas lachrymas Virgo
Deipara sub finem Anni praeteriti, ipsis diebus Natalis Chri-
sti. Sub quod tempus irruptionem fecerant Scythae satis ho-
stiliter, ductu trium Sultanorum; qui Sebastianum Makowi-
ecium cum Bratislowian et Crasnum, una cum legione in- [Tartari ultra multa millia hominum fugant et capiunt]
terclusserant, custodiasque illas excubantes dispersserant, multo-
que militibus in captivitatem abducto, die 23. Decembr. Qua-
re reliquos Decembres dies hominum innocentium invasi-
one terminarunt, abductis multis millibus in captivitatem.
Scythicae hostilitati firmandae, Kosacorum agmina multa
sunt coniuncta; quae militum Polonorum petulantiam
amplius non poterant pati, ex fama publica sparsa
docetur. Unde subsecutae seditiones, et odia ferme Scythi-
ca. Reliquus miles, partibus ex illis aufugit, et instar [Miles domesticus peior hoste]
Scytharum flammas tollit, pagis, praediis, oppidis adno-
cebat, cautibus alienarum fortunarum rapiendarum
quoniamque modo per omne nefas, confisus ausu.
Interim hostilitatis occasiones diversas sparsit. Tum
quod Poloni suspecti essent apud Turcas, de conspiratione
occulta, armorum coniungendorum cum Moschis. Tum quia [Varii rumores]
Scythis annua donaria, non essent à multis annis perso-
luta. Tum quia Gens Kosacica duriter tractata à Mi-
lite Polono in Stationis, invita satis, subderit se Turcicae
protectioni: ad quam firmandam Scythae erant destinati.

13. Ja- Anguem etiam latentem in verbis malevoli produxerunt
nuarii. ex illa Conventione pacis cum Moschis ad decursum annorum
duodecim conclusa. Ut Moschi Polociam, Vitepscum cum
Dunaborgo ex nunc reddant Polonis. Ut Moschi Kioviam post
Cum Moschis Armistitium ad Annos 12 biennium cedant, praesidiaque inde abducant. Ut Ukrainam ul-
tra Boristhenem fluvium non exerceant amplius; sed Rex Poloniae
et Dux Moschoviae, sint eius protectores coniuncti. Ut contra
Scythas infestantes dominia Russica, ipsumque Turcam coniuncta
librantur arma, Polonica cum Moschoviticis. Ut Nobilitati in
Districtu Smolenscensi degenti, Religionis libertas concedatur.
Ut sacerdotes Catholici transitum paratum in Sinas habe-
ant per Moschoviam. Ut Captivi tam Nobiles, quam Mili-
tes dimittantur ex nunc, post publicationem conditionum. Ut post
duos annos tractetur ab utrinque de pace perpetua.

Quas hostilitates impendentes renovanda ergo Rex per li-
teras Universales indicit Comitia Grodna in quibus Paci publicae
et securitati provideretur. Interea Legatus ad Ottomanicam
Radziejovius Legatus ad Turcas Portam Radziejovius destinatur, querelas depositurus in Scy-
thas grassantes, et Pacta Chotinensia cum Gente Turcica
in memoriam reducturus. Pro qua functione, numerosi num-
mi dati Radziejovio; etiam specialiter à Regina. Fremebat
Nobilitas contra designationem Radziejovii; sed non praeva-
luit clamoribus etiam publicis vocibus adhibitis.

Destinati et alii Legati ad status diversos, singulariter Dani-
cos armorum acquirendorum causâ et iungendorum.

In limine Comitiorum contradictum ante omnia, ne quispiam aude-
at Electionem superstite Principe alterius Principis resuscitare,
Electio successoris iterum petitur. idque sub poenis severis. Publicantur itaque omnes Promotores
ipsius negotii, incursuros Crimen perduellionis, eosque iudicandos
Summario processu atque ad poenam capitis destinandos. Ne
autem sine fundamento tanta materia videretur inhiberi,

planis.

placuit Rationes adhiberi, Cur non expedit Electionem promo-
veri.
1. Electio apud Gentem liberam, qualis est Polona, et quidem
vivente Principe, nunquam fuit practicabilis olim; neque probus
animadvertenda est, etiam optimis innixa consiliis: pono actibus
malis eam attentare, Conscientia, Fides, honor Poloniae vetant,
si enim tempore Interregni aut Coronae vacantis, diversa certa-
mina Civium nascuntur, odiosa schismata proveniunt, ita ut
pars parti, favor favori, factio factioni non facile cedant,
idem motus ac motus erumperet, si vivente Principe ad Electio-
nem descenderetur. Progenita namque diffidentia inter Cives
ab annis aliquot, quam Sueciae favor, Hungariae connexa gene-
rat, ita disiungeret animos ac vota in futurum Principem
eligendum, ut satius eligeretur per arma elata, quam con-
cordes homines. Quare non esset exactum et salutare Consi-
lium metu futurorum periculorum, eadem pericula excitare, ac-
celerare, eoque periculosiora, quo durabiliora. Cum etenim Ci-
ves non recte faventes Majestati, Candidatum quemvis sine
ullo respectu Conservationis et Status, et Regis; quem postpo-
nere videntur, alium anteponere cupientes. Et inde rerum di-
scrimen Reipub. erumperet in capita Nobilium, etiam Palati-
num; si alii antiquo, alii Novo Principi adstipularentur.
Exinde imputationes falsae, calumniosae protenderentur
in perniciem etiam sanguine sibi iunctorum.

Rationes contra electionem successoris Regis

2. Ex Electione supposita nullum commodum Reipub. proflu-
eret. quia Dominis duobus servire, aut obsequi, inconsonum
sit. Et certe plerique Cives ad orientem solem congregarentur,
sane autem Occidentem lunam aversarentur. Sola privata
commoda crescendi, ditescendi, exoptant Electionis excita-
tores, qui parum gratiae aut favoris sibi demeriti ha-
bent, apud superstitem Principem. Cui sine fronte insulta-
rent, ut ex stirpe Regum optimorum ultimi, abdicet Regnum.

Quoniam infans Polonis esset, ingratiq̃ perpetuo maculam
assuescerent; si bonum Principem de Throno deiicerent, eorum
autem nescitur qualem assumerent; praestitum expertum morem
legum, libertatis Polonis.

3. Periculosum Electionem promouere multis exorbitantiis non
sedatis quae impetebant et iura Maiestatis, et iura Civium, iam
rebelliones iam perduelliones, iam simulatis armis, iam permissi-
ones hostiles inuasionis, sig̃ coniunctiones. Tales autem Exorbi-
tantias Electus non posset sedare corrigere, punire, nisi per
remedium absoluti Dominii, quod plurimi Cives et Seculares
et Spirituales altis votis suspirant, non spectantes communia
damna ac mala inde nascitura. Per talem igitur viam Ele-
ctionis scelera traderentur obliuioni per factiosos, malevolos
seditiosos commissa.

4. Licet asserant pluriq̃ et quidem sine fundamento, per talem
Electionem, superstitem Regem, quietam et paratam vitam velle
quaerere; eligereq̃ priuatam magis quam publicam lucem, ad
trahenda stamina vlterioris et longioris vitae. Tamen Regis
voluntas dissidet per omnia, cum sensu Suasorum. Quia ante
Annum publice rogavit Rex. repugnare se Electioni sanguinita-
tem non habuisse ut duo soles lucerent in vnico Regno. Nec
esset sani consilii Diadema capitis alteri porrigere periculosis su-
doribus acquisitum, et fortiter inter varias hostilitates retenta-
tum; atq̃ omisso regimine Novo Principi ius obsequii amittere,
debitoq̃ observationis vinculo subditos absoluere.

Talibus rationibq̃ obstrepebant nonnulli novitatum authores,
consuetudinum autem antiquarum contemptores, solere inferen-
tes in potestate ac voluntate Regis fundari Regni vesti-
gandam, exemplo Caroli quinti, atq̃ personae capaci illud
ante fata destinari.

Respondetur rationibus

Cui illationi opponebatur, non convenire potestati Regis libe-
ris suffragiis Polonorum ad Thronum evecto et Regnum resi-
gnet in personam certam, aut destinatam, more absolutorum

Prin-

Principum; aut exemplo Caroli V. Nam Carolus à Confessario praemonitus, deflexisse eum à via salutis, ob gemitum pauperum et oppressionem subditorum quam adaugebat in dies miles dissolutus: satius elegit Regni abdicationem quam salutis aeternae amissionem. Jam verò Principum absolutorum, desinente linea regnatrice in ultimo Principe, desinit quoque potestas disponendi de Regno: et ius eligendi et quaerendi Principes transit ad vota libera populi; et post inutilem Principem, utilis eligatur, idque ex stirpe optima Conservatis, et Familiae intaminatae. Si igitur id observatur in absolutis Regnis, cur ergo Gens Polona ultrò ruet in servitutem apertam; et abiectis suffragiis liberis et communibus permittat à paucis tantum Regem novum eligi, Principem autem superstitem exauthorari.

Instabant illationes et Electionis taciti artifices. Averso animo esse Regem circa modum resignationis in personam certam; Adquiescere ut liberis suffragiis Electio terminetur de successore, quicunque placuerit, qui tamen eligendus esset iuvenis, et patiens regiminis Principis superstitis, tanquam Patris.

Retusa Jasiis assumpta illatio ironico responso: Non sunt Principes quaerendi ante tempora, maximè cum illorum non sit carentia aut indigentia. Nec congruum est viventi Principe praestari, ad cuius regimen expediret tantum cavere et reparare vera, ne Gens subdolis consiliis irretita pereat; satiusque foret expostulandum à Principe bono, et ante omnia Exorbitantes Cives ac Milites puniat, talique via mentem quietam Regnum paratum, et florens habere, diuque incolumes permanere; quem factiosi ad sepulchrum cupiunt pertrahere, parantque Regi optimè valenti, ante tempora funus.

Persistebant factiosi fundamini Electionem inferentes: Quantùm itaque tam multa contracta debita Militi persolventur, nisi per viam Principis certi successoris?

Responsum. Venalia Regna non esse diuturna: nec Polonum esse aerarium exponendum! Ad solvenda multa debita Iterum refutantur

Sufferebat Testamentum Caroli Principis Episcopi Vratislav. ac Plocensis, qui ex Abbatiis, Episcopatibus collectas summas copiosas ordinaverat ad necessitates Reipub. allevandas; cum clenodia, argentum multum reliquit, de quo debita publica solvere persolvi.

Sufferebat tempore invasionis Suecicae, Argentum Ecclesiarum per Consultores, Quaestores, Thesaurarios congregatum, et quidem in fidem et securitatem Reipub. traditum. Quod exemplum ab origine Regni inclitae Poloniae, non fuit excogitatum.

Sufferebat Capitationis ingens summa coacta, tam a Spiritualibus quam a Saecularibus: cujus dispositio aut consumptio distractio est ignota: quia Militi debita stipendia in longum tempus protracta quotannis reguntur; interim quorum plebem opprimunt; Regalia bona spoliata emungunt, et in Nobilium praedia spolia adhibent.

Sufferebat Monetae stupenda immutatio, evidensque adulteratio; post cujus introductionem, pauci ditescunt, plurimi depauperati manent; pretiaque rerum crescunt in immensum externis populis stupentibus supra evidenti ac sensibili Regni enervatione. Aurum enim et argentum bonum, pro moneta inutili permutatur et ad regiones externas deportatur magno incommodo Regni.

Ejusmodi itaque Princeps non inquirendus qui emptione jure assequeretur Regnum, non sine periculo Civium ac Subditorum. Satius quaerendus esset non emptor, non coacte, sine apprehensione, quinimo cum devotione, idque post sera fata Moderni Regis qui Deo cooperante, restitueret Polonae Genti tranquillitatem, semotis Civibus factiosis, et privatum bonum non publicum promoventibus.

Ex talibus certatoriis rationibus durantibus Comitiis certabant ad invicem Senatores Majoris Poloniae cum Cleri Superioris Antistitibus, de aperta perduellione contra Rempub.

Hoc

Hoc Certamen praesenti Regi iniquum visum est, et per Mar-
schalcum indictum, ut temperaretur, in Conspectu Principis à ta-
bulis.
Ast maiora illata sunt certamina, Nunciis Terrarum requiren-
tibus in facie totius Conventus, per Sackovum, Orgam, Tichob-
chovium et alios, qui talis Interrogationis usi, volentes accedere
ad mutuam deliberationem: nisi omnium iustae rationes trade-
rentur. materia certaminum in Comitiis 1667
1. Cur merito Eques Polonus Smogulecius ad Comitia tendens
Nuncii terrestris personam habens insidiose necatus; authoris
necis impunitus maneat. Franciscus Smogulecius occisus a Brand. Prusso
2. Cur ad portam Ottomanicam destinatus Legatus Radzieio-
vius multorum malorum in Republ. author, absque consensu uni-
versali Reipub.
3. Quid Causae, quod Machovius et Kobeltius, grassantibus
Scythis ac Kosacis, non opposuerint militem Regni; sed tan-
quam ex condicto immiserint Scythas et Kosacos, ad Rus-
siam, Volhyniam, Podoliam invadendam, et homines inno-
cuos captivandos.
4. Cur Stationes Scythis permissae ad Campos Lachovcen-
ses Constantinovienses, more domestici militis; Regni autem
Miles ab illis partibus aliorsum revocatus.
5. Cur tot subsidia armata Condei quaeruntur, idque con-
tra Regni Constitutionem; et contra Securitatem Antiquorum
Regni Ducatuum.
6. Cur remissum ad Suecorum Statum, non consulta Republ.
de modo armorum Suecorum coniungendorum; et amplae re-
giones offeruntur Suecis in Prussia; quae non sunt oblatae
Brandeburgo ibi Vasallo additioni et dominioni.
7. Ad quem finem, Senatorum cum Republ. sentientium, litte-
rae intercipiuntur, eaeque lateribus pulvere omni conspergan-
tur, deletque Securitas proferendarum in publicum vita.

3° Cur distributio officiorum publicorum, Viris benemeritis denegatur; porro inutilibus traditur aut in vim dotis, aut per plus offerentiam; aut ex Electionis firmus promotor prosisteret.

Responsum est, quaesita assumpta impostura esse, neque fundamentum habere in deductione evidenti; ideoque Serenissimam commovent quod beneplacita sua sinistram habeant interpretationem. Petiemus itaque Nuncii facultatem a Rege publici examinis instituendi, sed in absentia Principis, ut Adeliter et domuntaliter Ordines cum Senatoribus colloquerentur, omnemque lapidem perduellionis ac fraudum dissoluerent.

Responsum est à Senatoribus nunquam fuisse in praxi; ut imperceptibilibus sermonibus Ordinum Princeps moveretur de Throno neque id ipsum posse fieri per nunc. Tandem iniunctum est ad saniora consilia descendatur, abiectis malevolis interrogationibus.

Respondetur ad illas materias

Durabant tum temporis ad Conclave Reginae duriora certamina cum sequacibus Lubomirskianis; qui et consilio, et iuvatis armis adhaerebant Lubomirskio; horum autem potissima pars fuit Regni Cancellarius Leszczynius qui tanquam meta ad sagittam expositus erat omnibus Curialibus ad ruinam eius adoperantibus, idque ob quoddam Iuramentum obortum in favorem Reginae Electionem exoptantis. Cui Iuramento inimicus erat Leszczynius, ob formam eiusmodi, iam alias per multos eiuratam.

Iuramentum formatum in Vanum

Ego N. N. iuro Deo me non daturum Votum et Suffragium meum in Electione cuipiam alteri; si non uni ex his duobus: aut Principi Condaeo, aut Duci Andegavensi: sive in vita Regis, sive sub Interregno. Et iuro me non deserturum hoc iuramentum, promittoque me quidquid fuero contrarium huic Electioni Regi et Reginae statuturum, et inducturum meos amicos in hanc sententiam; ut ex his duobus tertius non quaeratur. In quibus omnibus consiliis secreta servabo, non revelabo. Sic me Deus adiuvet.

Pessimum iudicarunt plurimi tale Iuramentum et aversum à Religione Christiana integra, quâ Gens Polona gloriabatur olim dum

dum sectarum diversarum Patronos, non permittebat ad Con-
clave Consiliorum ingredi. Jurata fides contestata Deo; sine
Deipara Virgine. sine Sanctis Servis ejus; absq; productione Sa-
cri Evangelii; semotis fide, honore, conscientia. Tale iuramen-
tum pugnabat cum electione libera; et quia desponte inductum,
ideo à multis reprobatum.
Indignata itaq; Regina Lescynio, et aliis hanc formam dete-
stantibus, iamq; minatum armis Gallicanis; quae iam educta fuisse
per mare ostia Baltici, fama erronea insusurrabat. Ast tali in-
dignationi opponebant se multi, etiam Pacio M. D. Lith. Exercitus
Duce Grati, ipsis adhaerente, magna cum perturbatione Curialium.
Commovebatur frequentius Regina constantiam an pertinaciam
multorum Electioni non faventium! atq; ex aegritudine animi ad
aegritudinem Corporis non leves datae occasiones, variis comina-
tis adhibitis Reginalis affectus.
Eade Causa proclamabatur saepiq; Comitiorum ruptura et
dissolutio, attamen deducta sunt ad terminum invalescente
aegritudine Reginae, quam Medici in languoribus collocatam
omnibus remediis salutaribus adlaborabant iuvare. Induxitum
multum de curatione phlebotomica, per sanguinis diminutionem;
quo remedio spiritus vitales magis languescebant, Reginamq;
iam ad mortis ianuam trahebant. Quam ingressa die *. Maji
magna cum perturbatione Regis totiusq; Curiae, in qua Gallica-
na Gens spes suas ac fortunas fundandas ulterius destinaverat.
Circa infirmitatem Reginae, sollicitus Rex, ad leniendos dolores
ac varias vexationes compescendas, auream Crucem cum au-
rea Catena, retinentem Sacri Ligni particulam, tradiderat collo
applicandam; cum qua Corpus exangue Reginae, iam in tumba
collocaverant, et concluserant Curiales. Post aliquot dies re-
quisivit Rex Crucem cum Sacro Ligno. Relatum, non esse le-
vatam, sed in Cadavere relictam! Turbatus Rex, mandavit eam
etiam in tumba requiri; et sibi adferri. Paritum mandato, et quia fe-
tor grandis non permittebat, admoti suffitus congrui, recepta

Reginae Le: cynium in cusat.

Regina de: cumbit

et breui mo ritur.

cum Cruce Catena: interea scintilla ex suffitu clandestinè reman-
serat in vestitu Reginæ, unguentis pinguioribus, et calci vivæ per-
mixta, iam post clausuram Tumbæ, ignem intro fovebat, atq; post
decursum multarum horarum, flamma concepta, vestimenta Regi-
næ consumpsit, et ad aridos angulos Tumbæ sensim plantas cada-
veris exussit: fumo ignem latentem indicante. Insperato Casui
consultum illico, flamma oppressa; ignis extinctus, custodes interroga-
ti: quod incircumspectè gesserint negotium, circa repetitionem et
inventionem Catenæ Regiæ cum Cruce Sacram particulam te-
nente. Plebecula eum casum diversè, et quidem sinistrè inter-
pretata, uti inepter et insipienter informata: vana trahens omina.
Circa Cadaveris exenterationem supplicaverant Claustrales Vir-
gines, et Fundatricis suæ, saltem Cor obtinerent, in memoriam
perpetuam. Cui supplicationi subscriptum per Regem; et Cor cum
partibus potioribus intestinorum, cum funebri pompa delatum, tra-
ditumq; est, Virginibus: quæ gloriatæ sunt ob adeptum Matris
suæ præcipuum thesaurum de Corporis exuviis.

Vix non exustum cadaver Reginæ Ludovicæ

Donatis iam post Fata Reginæ diebus aliquot mœrori publico
atq; dolenti Principi, novus dolor Regium pectus divexabat; cum
ob Scythas grassantes, Palatinatus diversi sollicitabant Regem
ut Expeditioni publicæ Nobilitatis subscriberet et Literas Restium
extraderet: iamq; Major Polonia in armis hærebat, metum quen-
dam disseminans, ob Condæi aspirationem ad Regnum, eiusq; ad-
ventum ad Sepulturam Reginalem. Iste vanus rumor et timor
per Regem sopiebatur; sed Gens diffidens et incredula, maiora
adhuc somnia fingebat.

Scythis Russia et motibus maior Polonia turbatur.

Indubium tamen erat Scythas et Kosacos invasiones multorum
tractuum multiplicavisse multosq; de plebe incauta eiusq; formi-
nis detraxisse et ad angulos captivitatis abduxisse. Sed hæc affli-
ctio non poterat ascendere in corda eorum; qui remotiores à Scy-
this habitant. Quare pars exigua militum revocata à Legionariis
metuebat sibi à hostibus, eosq; grassari permittebat evidenter.

Porro

Porrò Rex constanter affirmabat, Conductum non metuendum; neq[ue] Scythas progressuros amplius quandoquidem Porta Ottomanica edicta severa transmiserat ad compescendos invasores, uti ex relatione Godbuii certò constabat, qui praeliminariis erat inquisitor et querelis depositor, ante Legati ad Turcam accessum. — *Rex status solatur.*

E contra dissidentes asseverabant ex Literis Ducis Tartarorum ad Exercituum Ducem supremum Polonum directis, in quibus expressit: Pacem quam desideratis habebitis, si stipendia ordinibus nostris annua restitueritis, circa quorum denegationem patiemini multa. Curate igitur deferri stipendia et honoraria ad Russiam citeriorem id est Ukrainam; quia ista pars non pertinet amplius ad vestrum dominium cum sit subiugata armis nostris, ad Imperatoris obsequium. Inde vulgatum erat edictum, ut Graeci ritus Ecclesiae in fana Turcica transformarentur, et Cruces à verticibus Ecclesiarum adimerentur, et Lunae collocarentur. Et Rusani prolem deferant ad Circumcisionem, non ad Baptismum; et sub regimine Bassarum seu Palatinorum Turcicorum obsequia praestent Imperatori. — *Tartarorum praesumptio*

Comprobabant eandem hostilitatem impendentem Literarum Ko-sacorum contexta, ad Ducem Tartarorum missarum; in quibus praecipua talia erant. Gratulatur Exercitus Zaporoviensis Tuae Serenitati Victoriam de dissipatis Polonis, optat maiores successus renovando iuramenta praestita, sub quibus amicitiam perpetuam retinebimus, et nomen Lechitarum delebimus.

Talia ac similia obtrusa sibi commenta, contemnenda censuit Rex nihil timendum, quum Pacta Chotinensia confirmata Legatis ad Turcam missis obtenturus sit. Ceterum ante fata Regis Moritur interea Stanislaus Potocki Palatinus Cracoviensis supremusq[ue] Dux Exercituum, plenus dierum, senibus rigorosus olim, et ad onera bellorum sustinenda indefessus Civis: quem dolentes Filii, ad sepulchrum Podaiecense deferre adnitebantur, sed vix detulerunt, impedientibus terroribus Scythicis, ad pabulationem equorum attendentibus. — *Potocki dux exerc. moritur*

Potocius qualis? Is enim a iunibus Maiestatis toto cursu vitae suae nusquam recesserat.
venim contra Rebelles Kosacos contra Suecos invasores, Hungaros, Mo-
schos, etiam contra Lubomirskium abitus sanguinis [illegible], erumpen-
di, lacessendi pugnandi elegerat aleam, indefessam. Temeritatis, pertina-
ciae hostis fuit, candorem, et rectitudinem animosum servavit semper.
Moritur etiam ante fata Regina Michael Zebrzydowius, qui post
Zebrzydowius Palat. Cracov. decessum Potocii ad Palatinatum Cracov. ascenderat licet poda-
grius et chiragricus. Is Gladiferatu Regni diu utebatur, nec ad
superiora subsellia efferebatur contentus honore hereditario quasi
Parentis sui; sed tamen ad Avi sui dignitatem Palatinalem per fa-
vorem Regis Casimiri ornatus est; contra illud factum Sigismunda-
num, Zborowii Zebrzydowii nunquam resipuerat, eo quod contra Si-
gismundum III. armis confoederati processerant.
Post fata Zebrzydowii collata dignitas Palatinatus Cracov. Joanni
Wielopolscius Palat. Cracov. Wielopolskio Castellano Voinicensi ac Filio eius Dapifero Regni
Capitaneatus Cracov. Cuius in possess. erat Zebrzydowius, post decre-
ta lata contra Lubomirskium. Castellanatus autem Voinicensis tra-
Skarszewski Castell. Voynic. ditur Viro recto et incomparabili Stanislao Skarszewski
cum magna Provisione Arcis Cracov.
Radieiowius Constantinopoli Interea Radeiovius adiit Portam Othomanicam, magno cum splendo-
re ac varietate indumentorum ad quos contraxerat debita Gedani, Cop-
tissima per membranas Mercatoribus relictas. Non inspecto tractatu ex-
expeditionemque iam paratam firmandorum pactorum Chotinensium in
promissis habuit. Interea Kosaci rebelles deferunt Imperatori frau-
dulentam esse Legationem etc. etc. Quod Rex Casimirus durante Prus-
sia aliaque externa arma praeparet, et Moschi amicitiam non asper-
netur, ad coniunctionem armorum contra Gentem Turcicam; ad pa-
cta vana confirmanda, literas quasi interceptas, falsas produxe-
rant, ut expeditionem Legati competentem, impedire possent. Tur-
carum Imperator taliter informatus dehinc Radeiowium man-
davit, et tractandum ut persuadentiorem decrevit. Radeiowius igi-
Moritur ibidem tur, spe boni expeditionis frustratus, angore animi corripitur
debitis iactis subiectus, magnam summam exhauserat numo-

num

rum hausto Chan à propinatoribus cerebrum commovente po- Visocius Legati vices tenet
culo. Famuli itaq. Curiæ ejus indulgentes mero plurimi satis esse-
rant, et quod dolendum erat aliquot insolentiores ad Turciam cir- Religioni famuli ex insolentia Turcæ fiunt.
cumcisionem transierunt. Attamen Visocius Comes Legationis
Primoribus Turcis rem infectam, ad paratiorem effectum deduxit,
qui Imperatori persuaserant, et pacta Chotinensia maneant confir-
mata; Scythasq. provolantes ad vexandos Polonos qua Milites
quà incolas compescerentur. Traditæ ad Chanum Literæ monito-
riæ. Rescriptum dederat Chan Turcis Scythas illos volunta-
rios esse, obsequiumq. Chano non deferentes, et extra territorium
Scythici Gubernii vagantes.
Ultimis itaq. diebus Maii ac primis consequenter Junii invaserant Tartari grassantur
Scythæ Mediborian, Sarogrodum, Zynkowum, Tarnopolum Uni-
versum, aliosq. tractus, in quibus magnam stragem causaverant
in hominibus, equis pecoribus atq. fortunis hominum: quam-
quam tardo molimine vestri Myslowian, Ostrogium, repressi licet repressi tarde.
sunt, nullo plane solatio captivorum. Frugibus utrumquaq-
devastatis, quas produxerat copiosas Annus præsens, et de-
terioratis.
Sub id tempus medio Junio, prodigium Varsaviæ prompserat, in
Curia Archiepiscopali Primatiali; in qua Ultimo Signa audi-
bilia et visibilia mali Spiritus stupenda causaverat à pri-
ma noctis hora, usq. ad tertiam. In area Curiæ videbatur Prodigium
figura unius mulieris nuda, in flamma ignea haerentis, ad
cujus assistebat magnus grex hominum utriusq. sexus iuncti
erat, partim vestiti vestibus partim nudati. Duo Agentes isti-
q. gregis videbantur, in rubro vestitu, qui ordinibus suis egredi
ebantur, magna cum collisione personarum phantasticarum; idq.
in magnis famum flammis distinguibilium; adhibitis clamoribus
vociferationibus nefandis. Tandem universi progressi de
Curia, per plateam ducentem ad muros PP. Reformatorum
evanuerunt, horrore in spectatores immisso. Qui spectatores

diligenter examinati rem ubi notata est, edisseruerunt. Quidam Sacerdos panda proportionatum multitudinem personarum numerare asserat, repraesentasse panda hominum aut spirituum illorum plus quam millia duo. Erant spectatores scenae istius diversi artifices et fabri qui circa reparationem Curiae istius manebant a tempore multo, et in relatione conveniebant. Ast istud spectaculum tractum in fabulas. Ubi et alia superiorum temporum prodigia.

Milites mi- solescunt

Datur turbines Scythicae invasionis non repressis per Militiam Polonam, obtinebantur stipendia non persoluta; vigore quorum retentorum, grassabatur Miles, neque ad arcendos hostes progressus magis attendere statuit confluentibus. Quare Commissio indicta est Leopoli celebranda ad Calculum stipendiorum ineundum; cui praesidebat Stanislaus Sarnowski Episcopus Premisl. Senator ad omnia media parandorum animorum felix. Cum vero querelae multae contra Milites deponerentur, injuriarum inauditarum fa-

Commissio Leopoli 1667

ctarum Codicilli juramentis firmati porrecti sunt contra Milites; justis decretis abjudicati sunt multi milites a requisitione stipendiorum; atque tumultuariis vocibus excitatis perditum iri Rempub, totumque Regnum tonem personabant: neque amplius progressuros contra hostes unanimes jurejurando se obstringebant. Talique sua pertinacia; ex Glinianensibus Campis recesserunt respectu. Hostesque insecutus celeriter

Sobiescius

quem Sobiescius cum paucis cohortibus retinuit, non sine clade multorum.

Advenit interea Roma tristis nuncius de Alexandri VII. Pont-

Alex. 7 Papa moritur

ificis Romani obitu; qui affectione calculi nimium vexatus, multis remediis exhaustis; vita defunctus est. Quam ultimam attigerat vitae suae metam.

Suffectus ad eum apicem Ecclesiae Romanae regendae non magna

Eligitur Clemens 9

interposita mora ob aestivos calores Cardinalis Rospigliosi natione ~~Etrusci~~ Etrusco de Pistoria atque die 22. Junii electus, Clementis nomen assumpsit; estque in ordine nonus Clemens Coronatus. Post sui

Coro-

Coronationem Portam Sanctam aperuit, et Jubilaeum Annum pro
Orbe Universo Christiano concessit. Stemmate utitur quatuor lapidum
quadratorum ornatim dispositorum. Quod apto loco collocatur.
Sub id ferme tempus Vacante Ecclesia, die 23. Junii sepultus est
Wisnicii in partibus submontanis versus Cracoviam in patrio
Sepulchro Georgius Lubomirski Marschalcus, et Campestris Dux (Lubomirski marescalcus sepelitur)
Exercituum Regni Poloniae, qui Vratislaviae extremam clauserat
diem, ultimis diebus Januarii. Tantus Civis quanta passus invidiae
et insidiarum involucra, revolvet posteritas. Funus sat solenni-
ter peractum, ad quam solennitatem propter lumina multiplicata
exarserat structura funebris; velociter tamen sedatus ignis et
flamma. Peracto Funere ad aliud progressum Poloniarum; quod
inter volitantium Scytharum turbationes, inter custodias et excu-
bias est terminatum. Sicque viro Duo parentatum.
Delatum itaque Gubernium Militiae Joanni Sobieskio, una cum Mar-
schalcatu: cui Milites obsequendare nollebant; magno commu- (Sobiescius dux Exercitus et Mareschalcus)
damnis ex confoederationibus inde sequentibus. Jamque Homo Rex
sub titulo Aurei iugi frustratur; ob articulos duros scriptos
contra Milites bona Civium rapientes. Attamen poenarum seve-
ritate irremissibilium, continuerant principales.
Quia vero multi de Militibus per Scythas in captivitatem de-
ducti: ad eliberandos nonnullos, inventum arripuerant minus (Pessimum facinus)
Christianum: per campos pueros morantes violenter ac dolose ra-
pere, atque in recompensam pro Captivis, Scythycae servituti tra-
dere. Nummos enim oblatos decem pro Captivis, contemptim pri-
iiciebant, aurum locorum extorquentes: aut puerorum capturam.
Ita fit cum debitant Milites, plectuntur innoxii.
Designatum post haec Tempus Sepulturae Reginalis Cracoviae
ultimis diebus Septembris, ad quam cum Varsavia moveretur (Ludovicae Reginae cadaver.)
Cadaver prosequendi ibivere ergo; de Familia Patrum Societatis
Piekarskius Concione publica deduxit, Reginam defunctam vi-
tam suam peregisse sine reprehensione, sine labe vitiorum et quod (3. Septembr.)

commendabilis videbatur omnibus Auditoribus deduxit fuisse Reginam
Speculum Dei Maiestatis sive Macula. quae verba deprompsit ex
Textu Biblico: Sapien. c. 7. Deduxit junctim cum Themate assumpto
fuisse Reginam Mulierem fortem nullis reperibilem. ex Prov. c. 31.
Cui similem siquis conaretur invenire in medio globi terrestris, aut
in ultimis finibus Mundi; plane esset ignarus aut Maiestatis aut operum
Regnalium. Quia vero operosum inserere Elogium funebrale prae-
dicti Concionatoris, et quidem Regii, etiam Typis expressum, ideo pro
commoditate ad calcem Annalis potest cum aliis scriptis reddi.
Deducto itaque Cadavere Cracoviam ad S. Floriani Coemeterium,
depositum Reservabat, ubi videbatur conforme intra parietes Eccle-
siasticos deponendum, nativum quasi Maiestatis ergo. haereticis sub
pallioribus imbutis exemplum. Congruum tamen iudicabant plurimi
collocandum in Ecclesia quam extra Ecclesiam: idque gratia au-
gendorum suffragiorum Ecclesiarum.
Die itaque 22. Septembris destinatum ad publicam pompam Fune-
bralem pluvia Aerem praepediente: etenim circa processionem
Funeris Contentio orta erat de praecedentia Cleri, ex parte Archi-
Funus Reginae Cracoviae
episcopi Gnesn. et Episcopi Cracou. valetudinarii. Archiepiscopus e-
nim ut Primas Regni officium Exequiarum peragendarum tenuit, et
requirebat Clerum ut sub ducta Crucis Archiepiscopalis, totus pro-
cederet: hoc requisitio Capituli Cracou. videbatur praeiudiciosa
unde Praelati nolentes sequi Crucem alienam diffluxerant univer-
si. Tandem in illa Contentione non erat qui dirimeret quaestionem
aut distingueret. Interea absens Rex ob debilitatem pedum, tum
ob pluviam abundantem requisiverat Capitulum Crac. et charitati-
ve ab eis procederetur, quod vix congregatum ad Eccles. SS. Omni-
um processit, non tamen sine Cruce propria. Notata est orta Con-
tentio ab aliis Episcopis, Senatoribus, et Legatis exteris; et post fu-
nus Romam usque delata, et Sacra Sedes praecedentiam eiusmodi
decreverit. Exequiis itaque peractis Regaliter, cessante pluvia post
inductum Cadaver, ad Eccles. Cathedr. Hic adiunxit Sermonem
Funebrem Latinum Episcopus Varmien. Stephanus Wydzga; satis
eruditum: et laudibus Reginae Congruum. Reliquis diebus Civitatem Ex-
quiis, per diversas Ecclesias; ad quas confluebant Senatores.
Pera-

Peractis lachrymis. Consilium arcanum cum Senatoribus decursu ali-
quot dierum celebravit Rex, maxime fama crescente de Scythi-
ca invasione, in partes Russiae, Volhyniae, Podoliae: quam invasionem
Sobiesky cum parva Militum manu ut poterat impediebat; et ne ad
maiorem devastationem progrederentur Scythae, induxit Petrum Do-
roszenko Generalem Exercitus Zaporoviani, ut Scythis persuaderet qui-
etem pacem, et amicitiam; desisterentque ad mutuos Tractatus, quibus
subscripserunt Scythae, talibus adiunctis pactis ac conditionibus, idque ha-
rentes in Campis Podaicensibus, una cum Kosacico exercitu.

Consilium Regis arcan.

Doroszenko

Horum Tractatuum Series talis sequitur.

Armistitio conclusio ab utrinque a die 6. octobr. ad diem 16. eiusdem
Mensis: Dux Campestris ac Marschalcus Regni Sobiesky faciendam
solennem instantiam Petrum Doroszenko Generalem Ducem Exercitus
Zaporovien. admisit ad audientiam. In qua Doroszenko cum se-
nioribus Kosacicis, submisse satis expostulavit, ut ad gratiam Regiam
et Reipub. promoveretur, neque amplius aemit, sed generaliter exerci-
tus eo fine, ut exercitus Zaporovianus maneat in obsequio Regis
ac Reipub. circa quod parati sunt pro Reipub. mori, dummodo omnia
antiacta facinora et excessus defensionis Kosacicae Amnistia
perenni ac oblivioni traderentur. Quod ut facilius obtineret
Exercitus Kosacicus, ab hinc promittunt omnimodam subiectionem Regi,
Reipub. abiicientes omnem protectionem quocunque colore, quaesitam, fa-
ctam in sola Gratia Regia ac Reipub. collocant suam securi-
tatem. Ad quam ut certius accedere possit Exercitus Kosacicus,
et quamprimum admitti; submittit se Exercitus in quiete et securi-
tate conservaturos, omnes Dominos tam bonorum Hereditariorum,
quam Tenutarios bonorum Regiorum; sive eorum Administrato-
res, eisque datarum auxilium, cohortes, ad parationem residenti-
am: id tantum petens, et exigens, ut Gens Kosacica eorumque prae-
dia ac bona, sint ab onere operarum servilium libera.

Cosaci tractant cum Sobiesio

Responsum per Sobieskium; non esse penes eum potestatem plenariam,
ad instantiam Exercitus Zaporoviani in omnibus praestandam et
decidendam; curaturum tamen eum, ut desideria omnia Kosacica de-
cidantur in Comitiis Generalibus brevi celebrandis; ad quas Legatos

remittuntur ad Comitia

suos ordinabit Exercitus Zaporoviensis et Generalem Commissionem ob-
servabit seri, pro bono publico concludendo et securitate provinci.
Quae omnia ut eventu obtineant, promisit Sobiesky se adlaboratu-
rum apud Principem ac Proceres Regni; neq inducturum militem
Regni ad oppida aut villas Kosacicas aliaq loca, ubi degunt
Kosaci. Reciproce Gens Kosacia nulla invadet loca aut angulos
quos non inhabitabat hisce temporibus. Quae loca scripto seorsivo
exprimentur, pro statu securo utriusq gentis.

Interea componuntur aliquae difficultates.

Quia vero Biatocerkovense praesidium in tanto comitatu ac nu-
mero est, ut pro sui sustentatione nequeat alimoniam habere nisi
cum gravi extorsione plebis Rusticae in vicinia praesidii consisten-
tis; curabit Dux Camp. Regni dominus istud praesidium, idq per
scriptum severam inhibitionem, ne Stachursky Locotenens praesidii
augeat praesidium, quinimo diminuat, in posterum nullas incur-
siones faciat, aut fieri permittat, hominibus Zaporovianis, idq sub
severa poena Judicii Castrensis.
Ordinabit item Dux Sobiesky, ut Locotenens praesidii in integrum
restituat Ecclesiarum Ruthenicarum apparatus, eosq proprietariis
bonorum reddat, atq Pavolocensis Legionarii supellectilem his
quibus debetur restituat, omnibusq iniuriatis satisfaciat.
Omnia ista puncta ut non eversa, mutuo iuramento compro-
bare ac firmare voluntur desideranti Commissarii a Repub; et Za-
poroviani itidem a Petro Doroszenko deputati sollicitatores.
Super quae ad maiorem comprobationem ac firmitatem iurabunt Judi-
ces Generales Exercitus Zaporoviani, Officiales, Legionarii, Centuri-
ones, ceterique seniores, tali contextu et forma iuramenti.
Ego Petrus Doroszenko Generalis Zaporoviensis et universi praesentes
Judices, Administratores, Officiales, Legionarii, Centuriones, omnesq se-
niores, suo et totius Exercitus Zaporov. nomine, sive in Castris ad
Capor Podaniensem consistentes, sive in propriis domibus existen-
tes praesentes, et in futura tempora reperibiles, iuramus Deo Deo
Omnip. In Trinitate Sancta uni, coram Sanctissima Virgine Maria
et omnibus Sanctis: quia quemadmodum Maiores nostri plena
nam

viam potestatem et Jurisdictionem agnoscebant, à tempore immemo-
rabili Serenissimorum Regum Poloniae et totius Reipub. uti Domi-
norum suorum legitimorum, haereditariorum; ita et nos universi
posteri Russiae ac Kosaciae Gentis in eadem fideli subiectione
erga Serenissi. Regem, eiusq Successores, manebimus et perstabimus
Reipublicae Inclytae parebimus et iussa omnia executioni mandabi-
mus; in qua subiectione in annos perennes persistemus, factum omne
obsequium ad nutum Serenissimi Regis atq Reipub. imperium.

Cosaci pro- mittunt Re: fidelis obsequium

Abiuramus item sui, et posterorum nostrorum nomine, omnem exter-
nam protectionem; abiuramus correspondentias per nuncios aut legatos
tractas, easq irritas et invalidas haberi volumus: irritamus item
nexus, fraternitates, amicitias retrahentes à firmitate obsequio-
rum Regi ac Reipub. praestandorum omnium nostrum ordinem, for-
tenas, successus in gratia sola Regis Serenissi. ac Reipub. collo-
cantes. Dum autem humilia petita nostra Serenis. Rex una
cum Reipub. facilitabit, Deo exoptato annuet, omnia puncta
conscripta in Campis hic, inter nostram et Polonam Gentes agi-
tata effective explebimus, cum obligatione praestiti iuramenti. Quod-
si puncta agitata, colore aliquo aut ausu, inexpleta forent:
ipse Deus nos puniat, in animabus corporibus in prole, et no-
stris fortunis et nunc et in annos subsequentes.

Ast Lector revoca tibi in memoriam temporum superiorum mo-
menta, Tractatus Commissiones, Juramenta, Abnegationes, de-
nunciationes obtestationes Gentis Russiae, quod immemor sit
fallorum fidelium sacrilegam manum aliquoties exhibet, et
decursu annorum viginti recrudescentia et renascentia bella,
praelia, conflictus, multiplicare non desiit. Efficiat Deus
Omnipotens, ut servi redeant ad Dominum quod magis est optan-
dum quam sperandum.

In Campis iisdem scripti Tractatus facti sub tali
sunt, cum eodem Domino Sobiesky, qui Commissarius deputa-
batur, ad colligendum, tractandum, et concludendum.

12 Octobr. In ipso Tractatuum vestibulo, facta est obtestatio per interpre-
tem Scythicum sub ea forma.

Non alia intentione ingressus est dominia Sereniss. Regis ac
Reipubl. Soltang Gereius Galga, cum exercitibus Krymensibus No-
haiensibus, Bucarensibus, Bialogrodensibus, nisi ut antiqua a multis
annis iurata et constituta pacta in sui observantia statuerentur
facta cum Serenissimo Rege ac Reipubl. Polona, et cum Duce nu-
per defuncto Tartarorum Sangieregio, atque cum Successore eius
moderno Mehmet Gereio. Ad quod opus bonum ac exoptatum in
hucusque non sit perventum mutationi temporum ac persona-
rum adscribendum est. Eapropter in istis Campis Podaiecensibus

Pacta cum Tartaris Podhaiecensia

ordinat transactionem ad perennem ac perpetuam amicitiam
stabiliendam, et ad indissolubilem pacem ineundam, cum Sereniss.
Rege et Reipub. Exercitibus Polonis per mediationem Soltani Ge-
reii, atque cum Sereniss. Chano suo Duce Tartarorum, eiusque Suc-
cessoribus tum cum universis Ordinibus Krymensibus, mutuis iuramen-
tis firmatam, sub his clausulis ac Punctis.

1mum Quidquid actum est hucusque inter Gentes utrasque, tam
praeterita hyeme, quam praesentibus diebus: id totum [illegible]-
bit perpetuae Amicitiae seu aeternae oblivioni depositis in
absconditis Judiciis Altissimi Domini omnibus occasionibus, quae-
cunque fuerant impellentes ad rumpenda vincula amicitiae
constanter stabilitae ac fundatae. Quare ne in poste-
rum deveniamus ad similes differentias, ac disiunctionem
amicitiarum, praecavet sibi Dux Tartarorum, sub onere iura-
menti, multi cum Ducibus Poloni Exercitus, ut praetensiones, in-
cidentes differentiae, non per ferrum, non per hostilitatem, tollan-
tur: sed per Legatos ab utrinque mittendos, per quos fiet de-
claratio omnium excessuum, insolentiarum et violentiarum.
Eapropter Magnificus Soltang praesidens Ordinibus Scythicis, nomi-
ne Sereniss. Chani fide iurata pollicetur se futurum hostem
omnibus hostibus Regni Poloniae: Magnif. autem Dux Campestris
spondet apud Rempub. ut donativa iuxta veterem morem quot-

annis

annis ad Curiam ac Residentiam Chani, et ad Ordines Campest-
res deferantur ab inchoatione istius mutuo iuratae amicitiae. In
cuius vicem personas duas ad latus Sereniss. Chani destinabit;
pariter nos dñi Gentis Scythicae ad latus Magnifici Campiductoris
duas personas deputabimus; qui obsides futurae amicitiae ac
pacis erunt, quae approbabitur in Comitiis Generalibus per Sereniss.
ac Rempub. initium perpetui Foederis statuendi et concludendi.
Pro quibus Comitiis Legatus Scythicus expedietur, quem Magnif. Cam-
pestris Dux promovebit in omnibus postulatis, ac donaverit requi-
rendis.

2dum Nulla agmina Scythica permittet grassari Dux Tarta-
rorum in ditionibus Serenissimi Regis ac Reipub. Polonae, qui-
nimo in eos severam animadversionem adhibebit.
Quia vero nuper Ordines tres Budziac. Bialogrod. Nahaiss. ma-
gis agminibus imperant, citra imperium Chani, viventes do-
minio suo; praecavebit Soltang Magnif. inhibitiones seve-
ras apud Sereniss. Chanum, qui protectionem suam ipsis dene-
gabit, neque patietur, alios Ordines ipsis addi, coniungi.

3tium. Ad instantiam Sereniss. Chani et Magnifici Soltani Gal-
gae, Serenissimus Rex cum Repub. suscipiunt Cosacos omnes
quos Subditos proprios, et non reiicient eos a gratia sua, permittent
eos conservari citra ea iura consuetudines, quae per Commissarios
declarabuntur, nec ipsis, nec Reipub. adversa.

4tum. Ad stabiliendam fundamentalem amicitiam, et aeternam fra-
ternitatem, procurabit Magnif. Soltang et inducet Sereniss. Chanum
ut Captivos omnes Brahiloviam acceptos specialiter D. Malow-
ski et alios, libertati effectuali donet. Pariter Dux Campestris ad-
laborabit, ut Sereniss. et Respub. Scythas diversis in locis ca-
ptos dimittat liberos.

5tum. Affirmat et cavet Soltang cum omnibus Ordinibus Campe-
stri Dux, quod nulla agmina permittet grassari in ditione Reg-
num et lateraliter excurrentes universos severe puniet, eosque
demandat Exercitui Polono, capere, et necare. In quorum fidem
tale iuramentum die 16. Octob. in Campis Sup. dictis edidimus.

Nos infrascripti Gentis Scythicae primae Praesides, Status
Dignitarii, ac Duces Ordinum Universorum, Juramus Deo Uni
ipsi qui creavit Coelum et Terram, et Maria omnia nos adimple-
turos, quaecunque sunt scripta et expressa in punctis Tractatuum
a nobis conclusorum. Si vero in aliquo puncto frangemus iura-
mentum nostrum, Deus noster quem colimus puniat nos, et in hoc
et in futuro saeculo, semperque pendeat ferrum hostium supra
nos et supra nostram prolem. Quos Tractatus tales firmamus
nomine Soltani Galgae Serenissimi Chani Muradini tum aliorum
omnium Beiorum, Agarum, Murzarum et universorum Ligavatium
Ordinum ac dominatuum, sub obsequio Chanensi manentium.
Haec omnia dicta, facta, scripta nostris subscriptionibus et sigillis
roborata esse promittimus in aevum.

Hat Gerey Soltany O.	Ozian Aga. O.
Min Gerejer Soltany O.	Mustafa Murza. O.
Urim Gerey Galga. O.	Isslan Murza. O.
Mustafa Beig. O.	Adys Murza. O.
Sefery Beius. O.	Martasi Murza. O.

Tales Tractatus facti, speciosi admodum videntur, iu-
bentque credulos dormire in aurem utramque; si superiores vi-
res haberentur, ad repellendas hostilitates tam Scythycas
quam Kosacicas; in quarum defectu, tantaque insolentia Mi-
litis Poloni ac inaudita oppressione plebis Polonae, vix
respiratur, a continuis hostilitatibus, invasionibus, empto-
nibus; et captura incredibili hominum innocentium. Promittunt
Scythae captivos Polonos libertati adscripturos, id est impos-
sibile; nam in diverso sexu, aetate, pertracta in captivitatem
Bis Centena millia et secreta; de quibus pars necati ob
asperum frigus, gelu, inediam; pars sublati ferro; pars in
aquis subversi; pars ad triremes venditi; pars ad servitia
domestica conversi. Nisi Deus ipse, vellet exurgere propter
gemitum pauperum, et inauditas iniurias captivorum.

Prodat

Spectatis talibus Tractatibus, Armeniae! ac internis! exiit sermo inter Fratres ac Ordines Palatinatuum, postquam ad Comitiola Particularia descenderant. multisque vocibus conclamarunt extra Sphaeram Potestatis Illius et esse agitare tales Tractatus, sine assensu Ordinum. Ast Ordinum Scythicorum grassantium pro tunc, maior habita est ratio, satisque Felicitati et Securitati communi consultum; ut cessaretur a grassante hostilitate. — *Arguitur dux exercitus cur pacem fecerit?*

In quibus Particularibus Comitiis, descensum est ad arma, verba, gladiique vibrati sunt, et convulnerationes subsecutae. Vulneratusque enim Thomas Sucnij, et asseclae illius, qui pro diversis Scenis Senatorum ac Regis varias induebant personas ac consilia artificiosa miscebant. In his, expostulatum sine fundamento; cur apud Scythas, moneta Gallicana sparsa est, et quidem copiosa; quasi pro nervo belli Cosacani, effusa. Producta itaque Consilia Nobilitatis, in longum tempus maiore damno consumentium, quam emolumento consulentium. — *Comitiola Opatoviensia*

Rediit post haec Miles Polonus in stativa, quasi hyberna: motu proprio, assignatis sibi pro libitu bonis Regalibus Spiritualibus ac Ecclesiasticis: requirens pro sustentatione Cohortium ex Lanceo uno, florenos 600. 300. et ultra. Recursum est ad Officium, protinus ad Ducem Campi cum supplicibus libellis, cum querulationibus: nulla consolatio facta nulla animadversio in excessivos, extorsivos, sive modo Milites. Quare plebecula inops, quicquid habuit congregatum de aestate, totum absumpsit miles; nec pudebat eum, extorquere à misero, piper, croceum, vinum; et pro assignatis opulentis potulentis, magnum aes exposci per pauperes homunciones erat acerbissimum additis verberibus gravibus. — *Item milites insolescunt et Regnum affligunt.*

Cum tali autem Milite in arenam Cruentam, aut aleam belli descendere et periculosum et formidolosum: quem sequitur ploratus, dolor, maledictio, furta, adulteria, sanguis humanus.

A Simili. Consultissimum Consilium erat Regis Hispaniarum ab-
avatu ad septimum vocati A.D. 675. nomine Vamba, qui
Vamba Rex Hispaniae. A°. 675 contra Turcicam potentiam pergens, saepius milites super a-
mittebat, fortunaque bellica adversa frequentibus cladibus
exercitum perdebat, licet armis dedito; instructissimum.
Cumque frequenter repararet homines, arma; admonitus
est ab Angelo Custode, talibus verbis:

Frustra is pergit ad bellum, quem iniquitatis comi-
tatur maledictio.

Requisivit explorari sibi iniquitatem allatam; an in perso-
na sua, an in Ducibus ac Officialibus. Explorata iniquitas
militum; quâ pauperrimi incolae afficiuntur, sine commise-
ratione, sine iustitia, sine animadversione.
Quare praedictus Rex Conscripta habens 30.ma millium
iam educta contra Turcam; Judicia publica in Castris insti-
tuerat iniurias cognoverat, à Stipendiis, ac servitio belli
20.ma militum ablegaverat; et tantum cum decem millibus
processerat contra hostem: cuius vires ac potentiam fre-
git, et gloriose bellum victoriosus terminavit.

Optandus esset talis modus Judiciorum publicorum instituen-
dorum; et inauditarum iniuriarum dijudicandarum; super
quibus expositis, citiùs visus admittitur, et impressiva adhi-
bentur, quàm iniuriati hominis satisfactio, decernitur.

NB. Ad terminum Autumni, coortae dissensiones, inter Scythas Du-
Tartari inter se pugnant nenses, Astrakanenses, Kalmutenses aliosque dissitos à Polonis limi-
tibus; et inter Krymenses, Orakov. Hakaisd. et alios Polonis confa-
vicinales; in quorum pagos, villas, Civitates, irruperant illi dissiti, vel
magis ad Moscovitica imperia adiacentes, magnamque stragem ter-
ris Krymium; in hominibus, pecoribus, fortunis, opibus ablatis, causaverant.
Haec vexatio et invasio adegerat Krimenses Hordas, ut cum Polonis
transigerent quovis modo, viresque ad sui defensionem, ex solo Po-
lono

bono converterent. Tanto enim odio ardet ista Gens Scythica
citerior ad Pontum Euxinum degens et exundans contra Scythas
Russiis insidentes: ut eos proclamant non milites, sed rusticos ac
servos, et pecorum atque ovium pastores. Discrepant enim multum ab
his Krymensibus, et dialecto sermonis plurimis, et moribus et armis. Differentia Tartarorum
Illi enim comam alunt et plicant vestibus occipiunt: hi Polonis si-
miliores radunt, et in occipite vix aliquot pilos relinquunt. Illi
laminas pectorales deferunt: hi loricis nunquam utuntur: Illi
lanceas ad praelia adhibent, et arcus praegrandes cum sagittis
longioribus torquent: hi brevioribus utrisque utuntur. Illi denique capti- NB.
vam hominum negligunt; hi totam fortunam in captivis rapiendis
collocant. Eapropter atrocia praelia committunt ad invicem, conanturque
extirpare universos extra Pontum degentes, uti rapinulgos.
Hac itaque Gens Scythica Citerior annis superioribus Regnum Sina-
rum invasit: quod inexpugnabile videbatur, et nulli invasioni
obnoxium; tum ob Maris Pontici vicinitatem; tum ob montium con-
tinuam colligationem; tum ob murorum longitudinem, qui a Regibus China a Tartaris occupata
Sinarum, ad leucas ducentas protensi et deducti erant: talibus
moenibus cincti, invasioni ac incursioni hostium, maxime Scytharum non parata
videbantur exposita. Sed illa moenia a Scythis Euxineis perrupta
sunt, irruptioque notabilis facta in illud Regnum, quod omnibus opi-
bus a multis saeculis abundabat, ob vicinitatem Regni Synarum;
et quotidiana commercia maris Pontici commoditatem nactum.
Jam ista Regna floruerant Fide Christiana, olim a SS. Andrea et
Thoma Apostolis lumine veri Dei illustrata: sed deflexerant a
vera Fide ad Idololatriam, et Mahometismum. Tandem recupe-
rant verum Fidem adlaborantibus zelosis propagandae Fidei
PP. Societ. Jesu. magnusque numerus fidelium crescebat. Ast Ma-
hometani, Christiani Nominis capitales hostes, lucem illam
Catholicam impediebant, et viros zelosos odiis infernalibus perse-
cuti sunt; ita ut pars exilio, pars martyrio fuerint coronati.
Idipsum ex actis Synarum Regni, quas Victorinus Ricius Vicarius Pro-

Provincialis Regni Synarum, ad Provincialem Philippinam Ordinis
Prædicatorum, adnotaunt: deducitur.
Nuper Synarum Regnum et accolæ Japonenses à Classe Tartarica
reparatis aliquot vicibus armis ac viribus, sunt vexati; multaq; præ-
da Tartari onusti recesserunt. Tandem continuis impetibus Status
Zubengchii superati sunt à Tartaris; ipseq; Rex Zungius inmatu-
ra morte obiit præ melancholiâ, Fidei Christianæ addictissimus.
Et quia morte Regum, plerumq; mutantur Regna, fatisq; subiici-
untur, commodam occasionem nacti, quasi sub-vacans Regnum, ho-
stes Fidei Catholicæ Idololatræ et Mahometani, Duce Zanguaghio
Mahometano, homine perversissimo, libellos infames promulgarunt
et Europæos Sacerdotes, quà ex Ordine Prædicat. quà ex Ordine
Patrum Societat., Regni perturbatores esse vulgaverunt. Effeceruntq;
ut omnes Legis Dei Ministri, qui tunc in Urbe Pequin aderant,
in ius vocati, carceri traderentur, selectis novem personis quæ
catenis onustæ, ad improperia publica expositæ in Aula teneban-
tur. At ubi Causa cœpit agitari, Lexq; Dei producta in medium
libellis Synico idiomate editis, perversorum insimulatio patuit
incolis Urbis illius facta: Lexq; prædicta sat conformis rationi decla-
rata. Patuit etiam falsò Regni turbatores, Sacerdotes Europæos
dici: ac traduci.

Resurrectio Christiana acta.

Finxerunt item Mahometani et Idololatræ, in Urbe Macaensi
viginti millia militum, Legi Christi operam suam ministris obtulisse
ad invadenda Regna destinata, dummodò commoda occasio dare-
tur; iamq; Urbem Macaam desolatam repertam esse, Lusitani qui
ibi degebant, certò affirmabant. Sed ista fictio, detecta est; utpote ca-
rens veritate, contra Sacerdotes eorumq; Legem directa.
Rursus alias insimulationes texebant impii Idololatræ. obicerunt
Patrem Joan. Adamum Societ. Authorem fuisse obitus inmaturi Re-
gis Zungii; eò quod (cum primarius Astrologus Regis dicti; esset)
diem et locum pro funerandis ejus consanguineis, qui ejus fata præcesse-
rant non selegisset. Eam enim superstitionem Synenses observant, ta-
dem habentes, die et loco non observato, miseriam in consanguineis

Su

Superstitiosis cladem attulerant. Respondit Pater se hos superstitiones ge-
nere abstinuisse. Idcirco morti damnatus, tormentis prius excruciandus, deinde
capite plectendus; cum aliis eiusdem artis Astrologicae sociis. Lata est in-
super sententia atrox, in omnes eorum familiares, consanguineos, no-
n Mahometanos. Si enim Astrologus apud Sinenses praedixit plu-
viam futuram; et non pluit; tanquam falsarius damnatur morte.
Postquam talis condemnatio proclamata et publicata est, Pater Jo-
annes cum sociis, detrusus in carcerem sordidum. Ad quam sententiam 88.
primo contremuit terra tantopere, ut multa aedificia (humilia li-
cet ibi habeantur) et pars moenium Urbis, corruerint.
Accessit huic poenae, tenebrarum vis, quae omnem plane lucem ademit,
adeo ut media die ad lumina excitanda, recurrendum omnibus esset.
Auxit prodigium ingens Globus igneus, vastâ mole Urbi impendens
flammasque continuas spargens: qui et vicinos, in tecta exiuit et
quique concepti sparsim ignes, subministrata copiose aqua sopiret,
sed irrito conatu. Evomuit tandem in Palatium Regium (e quo
in innocentes atrox sententia fulminata fuerat) flammam ta-
lem, quâ totum, quatuor leucarum implens ambitum, praeditum
palatium arsit, ac in cineres abiit, unica in eo relicta aulâ.
Agnovere itaque parvi magnique ultionem Dei esse, ob iniquam in innocentes
latam sententiam. Mutavitque Rex rigorem: Patres, et omnes reliquos
fecit liberos, insuper omnes carceres aperiri mandavit.
Advocato vero P. Joanne Adamo, sciscitatus cum illa prodigia
naturaliter fieri possent? Respondit non ea naturaliter facta, sed ob iniustitias
ultionis ergo a Deo immissa. Rex illico ad omnes provincias literas
dedit, in quibus ea pietate commendabat ad omne bonum subditos ex-
hortatus; ut nec Christianus Princeps id melius facturus videatur.
Mala igitur sensim cessavere, praeter terrae motum, qui ad dimidi-
um mensis Maii, ter quaterque in dies iterat: tandemque in una Urbis par-
te hiatum fecit, ut eius profunditas investigari nequeat.
Globus quoque ille deperiit; stella tantummodo, solem insequens cerneba-
tur; interpretantibus ipsis Ethnicis: solem esse legem Dei: stellam

Continuat acta Chinensia olim.

sectas: in Sinarum Regno legem Dei persequentes: quod tamen ne-
tam assequi, nec eclipsare possunt.
Atq; iam res ex integro sopita videbatur. Sed quærendo damni quod
pro litem Patrib. æquam ille Mahometanus Zanguaglius subierat,
(impenderat enim pro ea 70. millia pataccorum) ad ultionem aliquantu[m]
ex innocentib. capiendam, strenue promovit actiones.
Persuasere igitur Regi, sectam [illegible] penitus pellendam debi-
rent, qui per suam incuriam mortem Regis causaverint. Factum igi-
tur. Quinq; ex Socie Astrologiæ Patris Joan. Adami, capite plexi;
(quorum unus tantum Catholicus erat) Patres 24. in exilium missi,
et in provinciam Canton ablegati: Ex quib. alii fuerunt ex Societ.
alii Ordinis Prædicat. duo Franciscani. Jussit igitur Rex omnes
in exilio regiis sumptib. ali, donec aliud decernat.
Pater Joan. Adamus iam octogenarius permissus est manere in Urbe
cum uno Socio Ferdinando arte Astrologicæ non ignaro. Non tamen
mansit in illa Regii Astrologi dignitate; sed redit ad Ecclesiam
quam olim Rex Catholicus Zungius, erexerat. Successit itaq;
æquam ille Zanguaglius in locum Patris Joan. Adami, officiumq;
regii Astrologi assumpsit, brevi vitam amissurus, si quem errorem, inar-
te commiserit. Errores enim Astrologiæ ibi non tolerantur.
Japonia Porro in Regno Japonensi, durat persecutio grandis Christianorum
multiq; Martyrio afficiuntur; illud tantum solatur nos; quod Christi-
anorum loci illius, tanti sit fervor, ut Sacerdotib. orbati, sibi invicem
Legem Dei prædicent; sese mutuo baptisent; tantumq; multi in locis nu-
merum impleant, ut Reges Japones sua cum potentia eos invadere
vereantur. Est insuper non procul ab Urbe Meaconensi Civitas una
Christianorum; quam ut post numerosam, iidem Reges, non tam liben-
ter, quam [illegible] in sua Fide sinunt.
Utinam ex sanguine et laborib. fidelium, meliora succrescant.
Persimiles Autumni tempestas ut poma ab arboribus separat maturi-
tate decocta: ita non Regnis solum aufert securitatis effectus, sed
etiam Corpora humana ægritudine diversa invadens à Conversatio-
ne humana eadem abstrahit; quandoquidem iuxta sensum Medi-

cum Autumnales Morbi sint diuturni et Senis Magnis periculosi.
Hoc audivit à Consortio diversorum Religiosorum Concionatores
concitatos ad persuadendum Regibus, Principibus praecipue Gentis
Poloniae ac Lithuaniae Primoribus Exercitus Poloni Offitialibus.
Alterum Rdum Patrem Karvat. Societat. Jesu qui ad — P. Karvat Jesuita
Aulam Regiam saepius haerens, saepius fulmine verbi Dei deto-
nabat in Statistas Arianos Lutheranos aliosque Erraticos homi-
nes, quorum artes factiones Regi etiam privatim exponebat, et
praemonebat, ut Rex provideret indemnitati suae ac Regni atque
e sedibus ac urbibus Regni proscriberet impias Lanias infer-
nales. Ad cuius Concionatoris frequentem obdestinationem Ari-
anisque ante aliquot annos proscriptum est, per Legem publicam
proclamatam, ut cuiuscunque Conditionis ac sexus homo auderet
in Regno Poloniae commorari sub poenam Confiscationis, et
in temerarios vitae amissionis.
Alterum Rdum Patrem Alexandrum Kochanowski Carmelitam — P. Kochanowski Carmelita et frater eius Concionatores
Discalceatum, qui aemulatione pia Karvatum imitatus, et in dispu-
tationibus Phicis Theologicis et in Concionibus exquisitissimus
fuit. Hunc invidi aemuli per maleficia Plicali morbo implicaue-
runt et ante destinata à Deo fata, orbaretur vitalibus adiumen-
tis. Sed Magnorum Herbarum impensis occursum est ingravescen-
ti malo, quod tamen vigorem naturae labefecit et multum de
vore Sonora detraxerat. Utcunque igitur sublatus est è morb.
Primo petiit à Rege Casimiro tempus sibi concedi ad recolle-
ctionem et quasi Sacrimulam ordinationem, ibique intra paucos
dies morbo invalescente, cessit fatis.
Secundo petiit à Provinciali concedi sibi Feriae in Eremo Czar-
nensi adhaerenti, quo in loco feriari dum licuit Sanis exerciti-
nis adhaerenti, quo in loco feriari dum licuit, die sacro S. Teresiae
et ad Caelestes Ferias indesinentes, vocatus est.
Agmen erat Exoptandos Concionatores, opprimere Militi Polono
contra eos quemque debacchanti, qui dissolutis admirandis modis
opprimere ausus erat diversae Conditionis homines, iam Nobiles — miles grassatur domi
iam ignobiles, iam ditiores iam pauperrimos. Gemebat popu-
lus et gemit hucusque sub oneribus militaribus dum iubent asservo
mandato, talia sibi ad victum amictum, providere, qualia nec domi

habentur, nec foris reperiuntur. Sub specie provisionis Castrensis ex-
torquentur non Carnes suillae aut porcinae, sed bubula similiae quasi
sale condienda ac infumanda quas Carnes Miles aut lixa emebat ma-
gno pretio apud lanios seu venditores, pretiumque conclusum sacculis
suis includebat, Carnibus rursus venum expositis. Frumenta dispen-
si cum superstagnante mensura de villa in villam de oppido in oppi-
dum imperabat, quod si emundata non erant iuxta arbitrium imperan-
tis, proiecta illico in terram et collecta rursus emundari iubebant, atque
mensuras expleri deficientes. Haec frumenta ad Crematam Cerevisiam
braxandam convertebant et in propinas tradebant aviditate nummorum
rapta atque augendorum. Ad quam braxationem adigebant plebem, et
ligna in abundantia etiam caesa ex sylvis, devehant sub gravi
ac atroci poena fustigationum militarium. Medonem quoque braxaba-
nt ex direptionibus mellificiorum et distractionibus mellis.
Iam vero sal, piper, aromata, olea, omniaque esculenta quotquot exco-
gitari vix possunt extorta sunt a plebe: etiam piscium anguillarum
emendarum imposita lex; et ad cremata ferenda papaveris, olei ta-
vina diversa genera.
Haec pressura plebis Russicae adegerat Ucrainae ante annos
viginti tres quaerere exterminium, militis grassantis et sobolem
quoque audeatur. Quod inchoatum hucusque terminatum non est.
Ut vero expressa malitia ac impietas Militis Poloni, magis
ac magis ponderari possit. Rem deplorandam expono.
Sub finem Anni 1666. in Decembri invaserant Scythae angulos Po-
doliae, Volyniae et multum de Christiana gente rapuerant. Erant
personas 86. ex diversis captivos inter Scythas quatuor, quibus per-
sonis abductis non detraxerant vestimenta ob intensum frigus, sed in
vestimentis ligatas tenebant atque nocturno tempore custodiebant.
Effectum est miseratione Divina ut nocte quadam intempesta illi
Scythae gravi somno indulgerent, quo animadverso captivi clande-
stinis ligamenta unus alteri resolvit et liberati egressi viam et alte-
ram laceradam fuga sua emensi sunt, usque ad Custodias Mili-
tis Poloni duce Divino progressi. Tandem Custodiis tessera
nocturna requisitâ, provenerunt indagatum quinam essent. Responderunt
Christiani Christiani. Cognita re non aliter, homines illos ad
Castra deduxerunt, reclinationis stramentis ergo: vix aliquid ad re-

[Profugi a Tartaris in vestibus a propriis militibus spoliantur]

Scintillandas vires tribuentes de eiulatu. Vix duabus horis educati
hi homines illi miserrimi, tertia hora ipso diluculo à militibus impiis
spoliati sunt vestimentis quinimo et indusiis. Sicque dimissi seminudi ad
ferenda frigora intensa; de quibus vix aliquis Stadens ad propriös an-
gulos supervixit. Et quod non fecerunt Scythae barbari, hoc fe-
cerunt implacabiles Milites et lixae Poloni.. O Gentem Scythicâ duri-
orem! Vestigiis enim Scythicis usque miles villas, Oppida, Praedia Eccle-
siae superaddebat maiorem spoliationem exercens; occlususque homines
in aedibus flamma consumebat.

Profectò renovandum esset quotannis illud memorabile Invecti-
vis scriptum Simonis Starovolscii Canonici Cracov. qui prophetico
spiritu praedixerat Serenissimo Regi, Illmis Senatoribus, ac Zguba Oj-
Equestris Ordinis Primoribus, Patriam indubiam habituram rui- czyzny
nam, si Stationes Militares, populis universis deploratissimas Stacja.
crescere ac exerceri permittat. Ecclesiaste cap. 10. approbante.
Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias et iniuri- Invectio in
as, et contumelias, et diversos dolos. Quae enim iniustitia militem in-
maior potest esse, quae iniuria gravior, quae contumelia peior, solentem.
si non profecta et causata à Milite! qui nullum ius ad homi-
nem alienae iurisdictionis habens praesertim inopem, ruricolam, ci-
vem et amicum continuo sudore vix non sanguineo quaerentem
(assentiente Comitiorum aut Laudi publici, edicto aut in perni-
ciem pauperum impio statuto,) universam substantiam violen-
ter homini miserrimo rapit, quidquid in aedibus conservatum est
distrahit destruit, iniqua viâ praedandi praedatur: ipsumque homi-
nem cruciat, vulnerat, nonnunquam mactat, pluris aestimans equi
aut bovis vitam, quam hominis ruinam ac interitum. Hocce
est scelus communissimum Militum apertissimum publicissimum;
et quidem inter Polonos maxime impunitum. Ubi est culpa, ubi poe-
na, rigor in Militem Uxorem hominis violantem! Filiam con-
stuprantem, ancillam opprimentem? etiam Sodomiticum nefandum
delictum perpetrantem! Quid si de gravitate delicti quaerula
tur domo! lachrymisque indicibus factum comprobat! Deum bo-
num quae iniuriis contumeliis doli dissimulationes non misereretur!
Simultatemque scelus, compensatione miserabili hominis oblivioni

traditur. Exempla mille iniuriarum patratarum produci pos-
sent, ast hac ætate non licet Veritatem loqui, exindeq. pudet
personas nominare, loca notare, scelera enumerare, quorum
[illegible] à Justissimo Vindice iniuriarum Deo expectet Vindi-
ctam. Permittatur Inquisitio, in quolibet Districtu Regni Po-
loniæ, qui vix numerari possunt, ob Palatinatuum multorum
latifundia, ac terras numerosas. Eligantur tamen tres Viri
honorati Veritatem amantes, æquitati animi, qui si in uno Di-
strictu damna ac iniurias à Milite factas, anno quolibet no-
tabunt diligenter. certe ad talem Actum, papyrus atramentum
tempus ipsum non sufficeret. Quot enim sunt Viri, pagi, Villæ
Oppida, Civitates, prædia Ecclesiæ in Polonia! tot sunt facti
excessus. Quot domus, tuguria, Aulæ, caulæ, granaria, [illegible],
pomaria, horti, agri, campi, prata, sylvæ denique tot sunt iniuriæ,
turpitudines, tyrannides patratæ.
Origo et Causa tantorum malorum, fœdissimorumq. scelerum, sor-
didissimarum iniuriarum, eversionis Regni ipsius sunt Sta-
tus Primarii, in Comitiis, Conventibus, Commissionibus publi-
cis, præsidentes, consulentes leges iniquas statuentes, in mise-
Causa cur milites mali? ram plebem, quam Militiæ, et Malitiæ Militari opprimendam
permittunt, excessusq. Militares nec dignoscunt nec debitis pæ-
nis animadversionibus, coercent aut castigant. Quinimo si
considerandus est miles, cum ad publicum latrocinium vocant nullo
respectu æquitatis, iustitiæ, iurium immunitatum, obiecto militi
contra quæ singula si deliquerit, severo quæstioni subiiciendum
se cognoscat. Confirmationem aut iurium ac legum, Primores
iuramentis suis comprobant pro nunc. dum ad honores ac dignita-
tes ascendunt.
Verum Milites inferunt. A multis temporibus postulantur stati-
ones seu alienata Statua in Polonia, neq. tamen suppresta est
Polonia! et nunc postulabimq. ea nobis dari Polonis tamen
nunc non admittitur nec perit Regnum! Iniustè itaq. clamitant
atq. instituunt in Militem maxime Sacerdotes, ex parte stati-
onum quas assignare consuevit Respub., et per Districtus ordi-
nat

rat Consistentiæ alimoniam, Cohortibus et Contributiones a-
grarias seu lancales designat aliquando in Legiones integras distri-
buendas, sive fuerit Externus sive domesticus Miles. Non enim potest
rore cælesti ali ac conservari Miles.
Tales ampliores illationes refutabat Suprastes olim Starovolsky:
ejusmodi rationibus.
1. Antiquis temporibus Milites Stationes non extorquebant.
2. Clerus Juribus divinis ac profanis cum Subditis ab omnibus
publicis contributionibus, et oneribus bellicis est eratus exemptus.
3. Respublica Polona permittens conspirationem pauperum,
peccat vehementer et plagas pœnarum diversarum conglome-
rat sibi; nisi resipuerit, aut latrocinia patentia suppresserit. Rationes contra insolentem militem.

Deductio Primæ Rationis.

Milites ante annos Tercentos carebant Stationibus. Ceterum
solis spoliis ac manubiis hostium gaudebant: et audenter
non cunctanter hostium solum ingressi, victores redibant.
Deducitur id Annalibus Regni Poloniæ. Testantur Dlugossus
Miechovita, Cromerus et Bielsky. Ante Coronationem Regis
Casimiri Monarchi, Milites insolescere cœperant adeo ut ad bella
tendentes violenter subditis tam Regiis quam Ecclesiasticis, ex-
torquerent omnia, quæcunque in ædibus possidebant, ad normam moder-
norum Militum.
Vindex Deus pestem, famem immisit belliq furore permisit
Rempublicam, quæ vix respirium obtinuit in decursu annorum 40.
Qui status, quæ facies fuerit Patriæ! Consule Scriptor Polonus.
Tanti malis consultum esse voluere Primores ac Reges Polo-
niæ; Antiquitus Seueri conscripti in Militiam dissolutam, atrociburq
pœnis plurimi Principales sublati.
Iterum post annos multos remisit insolentia Militaris, cumq
bellum in Pomerania traherentur directi ad Campos Choinicenses
ad similes violentias miles processit, homines miseros despoli-
averunt. Ultorq Cælestis propter gemitum pauperum exurrexit,
atq in Milites fœdam fugam immisit, etiam folia in sylvis
volantia pertimescentes: quæ ignominia vix post annos quin-

quaginta à Polonia recessit. Porrò populus oppressus à Militibus, postquam vindicatus est, per Edicta Regum, Quinam, florere cœpit regnum dum in pacato statu posita plebs, sylvas extirpabat, Agraria latifundia diducebat, villas et Oppida erigebat, et fines patriæ armis domesticis tutabatur, citraq[ue] sui defensionem praeterea dominii aliena dominia sceptro Polono adjungebat.

Tali securitate domestica vigente, ab oppressione Militari vindicata plebs, etiam sola ad Castra provolabat, nemini injuriam faciens ampla spolia ex hostibus domum reportans.

Crevit itaq[ue] Regnum Poloniæ bellis externis, non latrociniis internis.

Postquam verò Stephanus Bathory Rex successit, qui bellum atrox cum Moschis tractaverat et usq[ue] Polociam processerat, effecit mandato Regio, ut in villis Regalibus subditi, peditatui transeundo victum in progressu offerrent, nihil dantes de pecunia stipendii, neq[ue] de alimonia ad [illegible]. Quæ res parva nec injuriosa videbatur villanis, quia peditatus ille caulibus, pultibus, allio, lardo cum ratihabitione vescebatur. [illegible] autem peditatus illius carebant equitatu, uxoribus, mulieribus, carragineque currium aut [illegible] non ducebant. Itaq[ue] statui Regni talis statio videbatur praejudiciosa.

Dum autem successit in Regnum Sigismundus Tertius Rex, cœpit murmurare Miles, quod Haidones seu peditatus victu alerentur; cur ergo equitibus persimilis victus prohibetur? cur externi homines aluntur, domestici secus. Sed eam Controversiam Duces prudentes vigilantissimi, per Disciplinam Militarem sopiverunt concludentes peditatum, non habere lixas, equos, famulos, aliaq[ue] impedimenta, exindeq[ue] non posse victu solo diurno damnificare villanum, aut oppidanum.

Tunc primum quando Conspirium contra Regem Sigismundum publicatum est, quando Miles Confœderationi subscripsit contra Dominum; impune grassari cœpit per villas, oppida, Civitates, non tamen ita inverecunde ac insolenter, ut homini misero universa eriperentur, quod facitat modernus Miles. Quanquam alii Confœderati Milites diversi conservationi Regni attendentes, quales erant Lissovienses, præ oculis tamen habebant, Justitiam,

Mi-

Misericordiam, Honestatem, Pietas, quæ omnia Modernus Miles spernit; iamque populum ac Status universos ad extremam miseriam reduxit, et in aliis villarum, pagorum, oppidorum, fructiferæ arbores, Sylvis succrescunt, solitudinemque horribilem loquuntur. Providet enim plebecula Artem Oeconomicam, pro hyeme non habetur quod seratur, pro æstate deest quod metatur: indumenta non auget grex, quia oves, aliæque consumpti etiam cum ossibus, ad quas vitulagi et canes venatici militares, inusitis commessationibus invitantur. Rurisque Tuguria ipsa hærent exposita universæ tempestati, suntque pervia et lupis, et latronibus. Extant signa diuturna Militaris alimoniæ. Nec mirum. Oppidum enim fluvio Ishilso insidens Zauicholtum quondam populosum, et ædificiis spatiosum, vix quinque tiguria habet; quod ante aliquot annos, una Septimana Cohortes numerosas successive advenientes octodecim alere est adactum. Quod oppidum penitus sublatum, adigitur nunc et vexatur Stationes Lanceales omnino persolvant, ac florenis centum pro semestri, quamlibet lanceam redimant, illi qui præsentes habitant.

Invaserant villam unam Milites verby Caruman; occasione assignatæ Stationis lancealis; Arendator villæ, componere cum eos invasorem satagebat ipse tribuens annuatim Contracti Arendatorio Possessori villæ florenos. Requirebant Milites pro semestri millia quatuor à subdito; non habentibus eisdem, equos, boves, vaccas, vitulos, agraria instrumenta, vestes indusia rapuerunt, deductisque omnibus aliorsum, Arendatorem invaserunt, eumque cum spoliaverunt: et convulneraverunt. Oblatæ Regi Ducibus Legionariis, supplicationes, instantiæ Judiciis à Rege Magnis; iisque terminatis universi invicem mandatumque et ad Castra veniant cum invicem. O Mores! ò impietatem! exempla factorum atrocium militum et quidem impune

In vicinia Abbatiæ Claræ Tumbæ, invaserant Milites Cauponem tenutarium, seu propinatorem Cerevisiæ, Cremati: invenerunt ibi homines, et petiverunt prandium, pabulumque equi, et alia. Homo iuramento obstrinxit se, nihil se habere ad parandum prandium, aliunde carere, præter fœnum, panem, caseum, et cerevisiam.

Ventum ad extorsiones, verbera, vulnera. Uxor, liberi, familia aufugit domestica; vicini aliqui fuga sibi consuluerunt: intra horam Cauponarius ille mortuus est. Urgebatur rex, defuit pro peccatoribus lex.

Ibidem non procul ad Sylvas Neopolomicenses, jacet Villula Pomodrium dicta. Feria sexta invaserat Miles hominem, requirebat ab eo pisces, quia in proximo alluit Vistula; Juravit se nescire artem piscariam; neque vero habere, siquidem esse hominem inopem. Mandavit miles ut quaerat saltem; modum se nescire nec habere acquirendi causabat homo. Miles arrepta securi militari perfregit caput hominis et exanimavit.

Crebra admodum similia homicidia perpetrantur in hungaria; et si plebs offenditur in villa incauta, plurimi de ea vulnerantur trucidantur. Hic vindicantur amplius homicidia facta quia timent sibi delatores, et requisitores justitiae, ne perveniant Dominilibus aures.

Propter talem injustitiam et latrocinia, gravi confusione permisceri necesse est dominia et Regna; quae plurima ob iniquitatem ad nihilum pervenerunt, suntque translata a Gente in Gentem.

Andrella in eadem materia.

Gens Hebraea florebat olim sanctitate devotionis, inter alias gentes: ast propter injustitiam gemitusque pauperum dissimulatores, occupaverunt dominia illa Assirii.

Postea Assirii elati fortuna ac victoriis, dum per superbiam subditos proprios oppresserant, oppressi sunt a Persis.

Persas debellaverunt Macedones. Macedonios, Medi. Medos, Graeci. Graecos, Affricani. Affricanos, Romani. Romanos, Gothi. Gothos, Mauritani. Insuper Gentes Christianas non postremas in Asia, Africa, Europa, perdiderunt Turcae et Saraceni. Quid Causae! Primores Justitiae habenas demiserant: Duces Exercituum Disciplinam Militarem dissolverant. Quare Miles effrenatus congregatus, non tantum miseram plebem opprimebat, sed Principes ipsos, exuebat et dominio et vita. Talibus exemplis scatent Historiae utriusque Imperii, Romani et Constantinopolitani.

Deductio Secunda Rationis.

Quod

Quod Clerus exemptus sit ab omnibus oneribus Reipublicae:
ora cum Subditi ~~[illegible]~~ bellis urgeantur, stationibus, Contributionibus, exactiona-
libus: liquet ex Statutis Regni, et Annalibus; inquibus Sanctuaria Dei eorumq
Servi, ab omni onere eximuntur. Si autem recurratur ad Statuta Cleri,
ad Edicta Imperialia, quae universus orbis observat; nihil invenitur quod
immunitates Ecclesiarum et Cleri tollat. De quibus plurima notavit Ro-
boreskij Can. Cracov. et Staff. Hurning Barberini. Cath. Cracov. 113:
aliique plurimi Scriptores. Sed Statistae Seculares, frigescentes in devoti-
one antiqua, novatas haereses amplexantes intervallibus suis [illegible]
cogitabant contra Clerum, quod multas villas possideat, multisque fa-
cultatibus superetur, quod ad onera belli nihil contribuant; ad quae sem-
[illegible] subsidium charitativum [illegible] Clero, pro hac vice; pro
Communi Patriae adiumento: atque consuesta una vice dispersum ad alias
ad agrarias Contributiones, ad Pensiones ad Capitales, denique ad argenti
auri Ecclesiae dissipationem. Conclamatum Lesniq, Aequali Libertate
gaudet Clerus, aequaliter onera ferre tenetur! quia Miles aequaliter
defendat universos. Imposuit itaque [illegible] Clero antea inauditum,
quod fabricaverunt Statistae haeretici, qui Ordini Senatorio incor-
porati licet infames et Religionis corruptores diabolo instigante
ex odio Cleri, Constitutiones, Laudi, Articulos firmaverunt etiam
assensu Spiritualium Senatorum, pro hac vice: pro hac vice: contra
iura Romanae Ecclesiae, quibus semper salus olim florebat Re-
gnum. Nunc autem licet Cohortibus militaribus bona Cleri invadere
diripere; more Regalium bonorum, quae olim intacta habebant.
Nunc autem et bona Regis, et ipsa authoritas Regis violatur,
Omnibus nefariis confoederationibus, conspiratis abominabilibus.
Quarum nationum authores ac incitatores mediationes iam flam-
ma succensa ignis [illegible] administratores et Salvatores et
Patres Patriae [illegible] qui fraudulenter Conscripti nunc-
pandi essent proditores et perditores Regni ac Religionis.
Clerus vero antiquitatem Lesniq spectans generationem pauperum sub-
ditorum tam Regionem quam Spiritualium, et parcerentur Regnum
iam Cohortes amplas ac armis debitis instruebat magno aere
ad Castra dirigebat, donativa privatas offerebat, subsidia
larga charitativa statuebat; usque Claustralium parvitum [illegible]
et praetensa stipendia Militi persolverentur. Jam [illegible] da-
tionum, exactionum, [illegible], laudationum, [illegible] [illegible].

Clerus a militibus oppressus

Quid ostis! Consuetudo quotidiana rapiendi, spoliandi, ieiunandi. Jam Equites Praelatos, benefactores olim suos, nominant Judaeos, Ecclesiasticam (verius patrimonium Christi) in tanta rerum calamitate exprimant; in Conventibus publicis pedagia, onera imponunt, et quasi Mahometanum genus, odio capitali persequuntur. Maxime illi, qui Ecclesiae Equitum promotionibus, stipendiis, crescunt, nihil de paterna substantia habentes, linguis malevolis proscindunt Clerum: ac si non ejusdem Gentis, non ejusdem sanguinis, non ejusdem Matris proles esset. Verificatur illud Psaltis Regii effatum. Psal. 49 de Militibus fratres suos persequentibus. Os vestrum abundavit malitia, et lingua vestra concinnabat dolos: Sedentes (in Statibus) adversus fratres vestros locuti estis, et adversus filios Matris vestrae ponebatis scandalum. Dominus, in dentibus vestris panis Ecclesiastici, pretio estis beneficiis spiritualium in scholis, in Curiis, in Castris, et tamen adversus eos consurgitis, quasi non Fratres, non Patrui, non Avunculi vestri essent. Cadet super Cervices vestras ira Divina, quandoquidem nullus honor, nullus respectus, nulla memoria beneficiorum acceptorum habet locum apud vos. Propterea intelligite haec, qui obliviscimini Deum: ne quando rapiat, et non sit qui eripiat.

Deductio Tertiae Rationis.

Vehementer peccat Respub. ejusque Praesides, qui dissimulative permittunt opprimi pauperes per dissolutam Militiam Polonam. In recompensam enim iniuriarum inopum et egenorum, permittit Deus jamque toties permisit Regnum devastari, Dominia avelli, Regiones incinerari, per flagella tradita Gentibus diversis, quibus Poloniam vexari permisit, a Russis, Moschis, Suecis, Hungaris, Scythis, Valachis, Moldavis, et tandem ultimus terminus imponeretur oppressionis Pauperum, quod est Peccatum Grande, vindictam clamans in coelum. Nec evitabitur illud Decretum Sapient. c. 6. in Dissimulatores latum.

Audite Reges, et intelligite; discite Judices finium terrae. Praebete aures vos, qui continetis multitudines (id est Colonos) et placetis vobis in turbis nationum (id est exterarum Militum) quoniam data est a Deo potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri Regni illius non recte judicastis, nec custodistis legem justitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis: quoniam judicium durissimum his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Quia-

Quapropter propter dissimulatam pauperum oppressionem affligit
et punit Deus Praesides simulq innocuos subditos; qui si corrigi
nolunt: transfert Regna ad manus Gentium, incolasq Regnorum
duro servituti tradit: et vinculis Mahometanis includit.
Talem oppressionem Miles Polonus exercens, (anno elapso) in angu-
lis Russiae, per Cosacorum agmina congregata victus est; atq
ad Scythicos campos perductus. Anno currenti vero indictum est
severe, ne Miles Polonus attingat limites aut Lineam Russicam:
satiusq elegit illa Gens Cosacica pati iugum servitutis Turci-
cae, quam stativa Militis Poloni. Cum vero in Russia ia-
nua clausa Militibus detrachandi; en ab illis versus ad Ma-
ternum sinum Hyberna stativa distributa Cohortibus, in spiri-
tualibus bonis, in Regalibus. Plando itaq certamen consu-
stationum exigendarum a plebe misera per Militiam! Vera sci-
bi infernali modo. Etenim non tribus Mensibus Stativa ab-
soluta, verum insuper educatur Miles ad tuendos Regni fi-
nes: qualiter antea sub severo egressu, practicatum, per Duces
Exercitus vigilantes; sed integris Mensibus octo: egressum su-
um diligentibus ad Castra in fine Aestatis quando frugibus
Granaria et horrei implebuntur. At forsasse in tam longo tempo-
re Stationem expeditionum minus ac parvius progressum perdi-
liter rem populo exhausto! Quinimo arctius: quia ex vero
Lareo alimonia petebatur pro hiberna confiscata, florenis
quadringentis redimenda; praeter olera, ligna aromata: et alia
inaudita inventa. Haec singula audivi curriculando com-
probata a Villanis et Praefectis Villarum; in Castris diversorum
Atrorum. Damna vero citra adeo Villanorum causata, diffi-
cilia sunt expressu. Maledictus est Miles: qui non intelligit Ps. 40.
super egenum et pauperem; in die mala non liberabit eum Deus.
Praecedent Milites Paganissimi, in regnum Dei; Polonos Milites.
Miraris forsasse! Cautum apud Turcas et Persas severis le-
gibus: ut Miles in terra sua stationem nullam extorqueat; sed
militari nummo emat, idq sub poena colli: atq sic in terra sua
pacifice morantur, transeunt, magno cum fructu incolarum; a qui-
bus parata pecunia alimoniam acquirunt, milites: tam equites,
quam pedites. Iudiges exemplo: nota illud. Solimanus II.

Turcarum Imperator, promovens bellum contra Persas, unum Nobilem Turcicum ab Spahiis deprehendit pabulantem equum inter fruges Villani hominis. E vestigio mandavit Turcam una cum equo inter illas fruges suffocari, et in patibulo publico suspendi. Istud Exemplum desumptum ex Scripto Jurgevini Poloni qui Legati vices obiverat pro tunc ad Solimanum a Rege Poloniae. Vigebat Justitiae vigor persimilis in Carolo Chodkiewicio, ex-[illegible]; quorum unum militem, ob lac pauperculae mulieri ereptum, eruptione stomachi indaginis causa, cum negaret, mandavit prendi: alterum, ceterum rapientem militem una cum rapina, in arbore alta strangulari. Rara Phoenix in Mundo, inquies! rarior Justitia Ducum! Ita suadet Divi Joannis Baptistae monitum. Milites estote contenti stipendiis vestris. Suadet et ius Naturae Communissimum. Quod tibi non vis alteri ne feceris.

Publicum et solenne Votum est Rusticorum per totam Poloniam et Lithuaniam! Quotannis Colonus quilibet contribuet libentissime, Quadecem Agrarias Contributiones, idque perpetuis temporibus vulgo dictas Pobory sive Hiberna pars sive Hiberna Marte; dummodo sit liber a Stationibus, ab angariis, a spoliatione, ab iniuriis Militaribus. Quae Contributio Voluntaria quam sit ampla, quam certa quam salutaris, nemo est qui ambigat, si respiciat ad
NB. tabulam, quotam vaiier Contributionis, per totum Regnum!

At Militum omnium numerus, eque esset habendus in publicis Tabulis seu Judiciis, de nomine et cognomine; ut facile dignosceretur quis est author damni in transitu; aut qui a Cohorte fugit. Etenim et Magnifici nonnulli magna damna inferunt Villanis, Oppidanis; per Aulae suae famulos, qui Rhedas et Carrucas sequuntur; dum permittunt Dragonibus et peditibus extorquere alimenta; et pabulationes equinas, nullum ius militare pro illis habentes. Super tales verificabitur illud Ezech. cap. 7.

Nunc fines super te, et immittam furorem meum in te et iudicabo te iuxta vias tuas, et ponam contra te omnes abominationes tuas. Cur ita? Quia ad Comitia peragenda aliosque publicos Actus tractandos, sine militia pauperum, tradendum est.

Provisum quidem esse voluit Rex cum Primoribus in Consilio
Cracoviae post Exequias Regias celebrato; ut Multitudo Exercitus
diminueretur per quam Populus in immensum opprimi et exhauriri vi-
debatur. Multaeq; Cohortes à Servitio bellico Regni, emancipatae
et exauthoratae sunt, ob iniurias vix numerabiles ac computabiles
quae in Commissione Leopoliensi productae et exaggeratione deductae
erant. Sed is idem Exercitus licet sit minor, tamen eandem au-
get oppressionem assuetus rapere Substantiam alienam, nullo ex
Praesidibus belli aut cohibente, aut debitis poenis compensante.
Diminutus itaq; grex Militaris, pars ad angulos domesticos ra-
pini gratia cessit, praesertim brevi saginatus alienis rapinis:
pars ad alias terras convolavit, iam Imperatori Christiano
Leopoldo: iam Duci Brandeburgico: iam Gallicae factionis fa-
vis famulaturus ac militaturus. Reliquae vero Cohortes, ob
ingentem exasperationem plebis, apertissimis documentis computatam,
à Stipendiis militaribus nullo merito praetensis abiudicatae, in
dispersionem quasi actae, Subsiluerunt aquilasq; suas deposuerunt,
attamen ad alias phalanges et catervas accesserunt, ut mutatis
Signis et principibus lupinos pilos mutare campus non daretur.
Plerumq; enim Milites pellibus vestiuntur, sed lupinis non alio con-
sento vocatur, sibiq; universis horrorem dominantibus hominibus
incutiunt: et dignoscunt universi, naturam lupinam imitari velle
Milites in omnibus. Et hac arte villosi Milites, invadunt Villa-
res homines, omnesq; angulos scrutantur aedium, omniaq; rapiunt
nullum scrupulum restitutionis prae oculis habentes. Redacti itaq;
Milites ad pauciorem numerum, magis rapinis dites fiunt: quia quod inter
plures antea dividebatur, hoc inter paucos nunc redividitur. Etiam
licet duobus totam Villam perscrutari, fas est moderno saeculo.
Non conservabit igitur Deus tales oppressores quorum tradet animas Ps. 40.
eorum hostibus. Neq; opem feret illis in adversis; peribit nomen
eorum. Timor et tremor venerunt super eos, et contexit ipsos indi-
gnatio. Veniat mors super illos; et descendant in infernum viventes. Ps. 54
Deus deduces eos, in puteum interitus. Utinam.

Annalis Anni 1668.

In limine ipso Anni praesentis, Vota effundebant plerumq Poloni
ad Divinam Majestatem placandam, ut hostiles furores, et conti-
nuas in Regnum irruptiones ac invasiones, iam per Moschos, Scy-
thas, Kosacos quotannis continuatas, tandem compescerentur reme-
diis à Deo concessis, quandoquidem humana consilia atq Exerci-
tus Poloni vana exubatio, domesticam securitatem, requibant effi-
cax. Quibus votis cum christianis Rex Serenis. Joannes Casimirus
fundebat ad Deum Opt. Max. divosq Regni istius Tutelares, non inv- Januarius
tem expleuit operam Varsaviae, cum tota Aula; à Supremo tempo-
rum Moderatore flagitans Regno felicitatem. Quam etiam Regi
comprecati sunt, praesentes pro tunc Proceres ac Senatores, iuxta
morem consuetum Exordium Anni felicissimum unà cum suo decursu
exoptantes. Adsrat pro tunc ab Imperatore Moschorum Le-
gatus Varsaviae, iam alias aliquot Septimanas residens, partim
super orbitate Regiâ condolentiam facturus, ob Serenis. Reginae
vitam amissam, partim Legationis puncta tractaturus à suo
Domino Epistolis inclusa. Quare ad publicam audientiam in Die 2 Jan.
crastino Festi Circumcis. Dni admissus, magno Comitatu Polo- Audientia
norum Equitum praemisso, atq Rheda Regali ad festivam Legati Mo-
exceptionem, iuxta morem Principum Polonorum, pomposâ ordinata. schovitici.
Is Legatus veniens ad Regiam Aulam, perductus à Proceribus pub-
licis; ad Stubam Aulaeis pretiosis exornatam; in qua Regem in
Throno Regio sedentem offendens Legatus, de consuetudine Mosco-
vitica procidens ad gradus Throni, Epistolam Imperatoris sui
serico obtectam copioso, tradidit, osculo impresso Regio pallio,
quod pro paludamento Regali, signum adhibuerat, in testimonium
doloris, Consortis è vivis, fatis ita volentibus, ereptae. Mox le-
ualiq ab Ostatibus Regis Legatus; Sermonibus Regiis requisitis
de valetudine ac statu Imperatoris Moschovitici; tum de aliis oc-
currentiis; de quibus non admodum dilatatis, reductus est Legatus
ad Hospitium cum eadem pompa; atq ad Mensam Regiam invita-
tus cum suis Secretariis et Aulicis. Pari pompa adductus erat
ad Convivium; in quo seorsive Rex sub baldachino assidebat

Mensa; è regione autem Regis collocatus Legatus in distantia iu-
sta unà cum suis Primoribus. Satrapae et Status Regales ad
obsequia sua attendebant: Tubicinibus omni ex parte resonanti-
bus. Apposita itaq; Bellaria specialia et exoticam artem redo-
lentia magna cum admiratione Hospitum. Subiecti postmodum Ci-
bi exquisitissimi, multis ordinibus succedentes. Vina generosa in-
terposita diversissimi generis. Musica concentu non personaba-
tur, ob diei dolorem propter occasum Reginae iam aliàs ante Men-
ses tres sepultae. Mensae secundae ac tertiae sumptuosis fercu-
lis replebantur; inter quas prolibitum à Rege ad Legatum: aureo po-
culo seu scypho; quem Rex Legato donavit, in tesseram gratiae
ac amicitiae erga Imperatorem Moschoviae. Portractum Convivium
ad secundam horam noctis. deinde Legatus ad Hospitium, cum fu-
nalibus cereis, reductus magna comitatus caterva.

Die 7. Januarii. Puncta Legatus aperuit.

Iam vero post Festum Trium Regum: puncta commissa sibi Lega-
tus Moschoviticus aperuit; super quibus deliberatum à Rege ac Sena-
toribus praesentibus. Inter quae praecipuum fuit. De pace firmiter ac
perenniter stabilienda Imperii Moschovitici cum Regno Poloniae.
Alterum fuit, de Coniunctione armorum mutua; contra Hostes nomi-
nis Christiani; nempe Turcam, Scythas, aliosq; Vasallos Turcicos.
Tertium fuit. De remediis quaerendis ac adhibendis renovandarum
gentium schismaticarum, ad unius fidei propagationem: quam in re po-
tebat Moschus mitti Spirituales, qui possent informare de Romanae
fidei conformitate cum Graecis ritibus, gentem Moschoviticam.
Quartum. De mutua Captivorum libertatione et extraditione; in finem
mutuae fraternitatis sincerè collocandae, et constanter tam in prospera
quàm in adversa fortuna retinendae.
Quintum De damnorum illatorum per Moschos ab annis aliquot, com-
pensatione; ac restitutione. Ad quae compensanda summae pecuniariae or-
dinabuntur, in Mag. Duc. Lithuaniae numerandae per eos qui se sentiunt
verè iniuriatos. Ad quod negotium Commissarii assignandi sunt.
Sextum. De Kosacorum retractione, à Turcica protectione. ob quod
firmiora praesidia cum Exercitu novo, Kiioviam dirigenda erunt; ut
facilior accessus in Ukrainam contra rebelles Kosacos habeatur: qui si
ad obsequium Regni Poloniae redibunt, non irritabuntur armis.

Septimum

Septimum. De Filio Imperatoris Moschowitici; ad Regnum Poloniae
post fera fata Serenissimi Regis, promovendo; qui regiones annuas per
bella continua Regno addere conabitur, armis vindicandas.
Super hisce punctis Senatoriatum abunde cum congratulatione mutua
expressione, quod Deus Opt. Max. tantam inclinationem dederit Impe-
ratori atque Genti Moschowiticae ad unam Fidem retinendam; ad Pacem
perennam foedere arcto stabiliendam; ad mutuam animorum ac armo-
rum Conjunctionem tractandam; fraternumque amorem cum omnibus
iunctis amicitias perpetuas firmandum. Quibus punctis adhaerebat Sere-
nissimus Rex una cum Consiliariis: quae ut per Regni Ordines in Comiti-
is Gratiis comprobarentur, et quidem eo in Mense initium sumpturis ad-
laboraturum se promisit Rex omnibus modis. Interim expediti Legati
Moschowitici post aliquot dies, pleniorem informationem in effectis quas
allaturi; cum Speciali ad singula Plenipotentia. Die 20. Ja[n]
Sub id tempus advenerant Legati Communes seu Ordinarii; tam ab Im-
peratore Turcarum, quam a Chano Tartarorum, praeseferentes pacem,
fraternitatem, foedus perpetuum, sicuti Moschis nihil tentarent Poloni: atque
eorum promissa amicitiam, abiicerent. Quam persuasionem Rex cum
Ordinibus inadmissibilem esse declaravit; quum Poloniae Regnum ea vota
ac desideria perpetua habet ut amicitiam, fraternitatem colat perpetuo
cum Gentibus vicinis maxime cum Turca, Scytha, Moscho. Quare et
Moschowiticam amicitiam et Turcicam et Scythicam licet ambire debi-
tis remediis, ut pax undique firma subsequi valeat, post tot funesta
bella. Exinde Legati praedicti expediti sunt cum Communes communibus
cum responso. Interea Scythicus Antelegatus accusabat insolentiam Ko-
zacorum; qui fractis iuribus fraternitatis tractum Ukrainensem ausi
sunt ingredi ductu Sirkonis; quo ingressu hostili facto, de Gente
Scythica multos homines adultos captivaverunt, senes ac feminas di-
versas necaverunt; iuniores autem cum spoliis ingentibus Humaniam usque
adduxerunt; pecora multa, equos, oves abegerunt. Per quem ausum
coacti erant Scythae, lytro non levi captivos eliberare ac redimere.
Responsum ad eam querelam: per Regni Procancellarium, qui utrumque
Legatum ad Tabulam invitaverat; Gens vestra quolibet anno in-
vadebat Kozaciam Gentem; multosque hinc in captivitatem rapieba-
tis, nullo praetextu habito fraternitatis; quare Kozaci adacti sunt ad

Antelegati Turcici et Scythici

talia vobis respondenda. Quocirca metuendum erit vestrae Grati[ae] ne Co-
sari cum Moschis coniungantur in vestram perniciem: quandoquidem
a se nec Fide nec moribus nec sermone discrepant. Subiunxit Scytha
Nulla gens est quae resistat vobis ac nostro Turcico Imperatori.
Respondit Procancellarius. Unus Turcus molestus est vobis; quid si Deus
providerit eiusmodi Turcos plurimos! Respondit Scytha. Alia est
potentia Dei alia hominum. Tandem paucis donariis oblatis, sunt
expediti; quibus ante Respub. offerendis nimium gravabatur. Ita
si Regestra Thesaurariorum inspecta essent, plus admirandis do-
nariis Scythicis atque Tartaris.

Conversum itaque brevi tempus ad Comitia Gratia inchoanda, die
Comitia Re-gni. die 24. Jan. 24. Januarii: ad quae confluxerant plurimi Senatorum; atque Nun-
cii Terrestres: qui in limine ipso Comitiorum urgebant vehementissime
Legatorum Externorum ablegationem. Quae Controversia omnem ma-
teriam Consiliorum impediebat; adeo ut Rex indignabundus persua-
dere mandaverat Nunciis, ne se ingererent ad ea, quae non sunt iu-
ris Equestris Ordinis. Quia Legati omnes ad ius Regium spectant
in quantum Rex Vivus est: et quidem nefas est eos ablegare tan-
diu, donec a suis Principibus a quibus missi revocatoriis Litteris requisiti
ac obdestinati fuerint. Circa quam Controversiam Legatorum dirimendam
non adigendorum ad egressum aut recessum, multi Senatores debite dis-
suadebant Nunciis Terrestribus, ut ab hac materia invidiis conflanda ab-
stinerent. Principes enim Legatorum missorum derepente ablega-
tionem aut plane ejectionem ac exclusionem a Regno: iustam et legitimam
Causam haberent Contemptus sui vindicandi ac referendi parem con-
tumeliam in Polonos Legatos. Etiamsi enim Legatus criminibus aut sce-
leratus moraretur in Regni visceribus, tamen ablegatio illi non potest in-
dici; nisi Princeps a quo missus de criminibus informetur; penes quem, po-
testas est non tantum et revocandi, sed et compescendi.

Magnam quippe Principes diligentiam in Legatis Oratoribus deligendis ad-
hibere solent, ut maiestatem ac dignitatem eorum a quibus mittuntur prae-
ferant, et mentem atque animum eorum moribus ac vita exprimant. Vetus
enim ac trita Sententia illa habetur, qua prolatum: Quales Oratores videris,
tales eos a quibus missi fuerint expecta.

In Legatorum enim personis maxime prudentiam desiderant Gentes, quae va-
lescit in recte agendis officiis suis; sicuti Temperantia, aliisque virtutibus
fuerit

fuerint coniuncta. Hinc Legati Sancti Jure Gentium habebantur; non tantum propter securitatem omnimodam; ne quispiam eos lædere ad carceres detrudere, aut interimere audeat: sed propter abstinentiam ac continentiam; ne muneribus corrupti in alienam sententiam Pacis aut belli Amicitiæ aut inimicitiæ, abducantur: neve incontinentiis quæ cum Fama bona pugnat facinora nefanda tractent; talique progressu authoritatem suam vocent in periculum. Laudantur Romanorum Legati in Ægyptum ad Ptolomæum missi; qui munera Regia ne crimen prævaricationis subirent, contempserant, licet in tesseram amicitiæ ac honoris fuissent oblata. Hoc cum advertisset Rex, eosdem ad Cœnam invitatos inter epulas aureis coronis iussit coronari. Tulerunt illi Coronas honoris gratia æquo animo: verum postridie eius diei easdem regiis imaginibus, quas in Jovis templo suspexerant imposuerunt, ne quid regii muneris avertere velle viderentur.

Damnantur Persarum Legati in Macedoniam ad Alexandrum Amyntæ Regis filium missi; qui cum invitati essent ad Cœnam, circa quam insolentius se gerere in regias coniuges ac filias præsumpserant, ab Amynta à cœna evocatæ sunt. Quarum absentiam cum legati ægre se laturos exhibuissent; pollicitus Rex venustiores cultioresque confestim redituras. Atque e vestigio mutato habitu supposuit iuvenes Rex ferro clanculum armatos, quibus legatorum petulantiam coërcuit. In reditu Legati opinantes easdem concinniores convivio redditas, licentiose insanire ceperant: quam turpitudinem non ferentes iuvenes, districtis gladiis Legatos trucidarunt. Eam trucidationem indignè admodum ferens Magabyzus Persarum Dux; Bubarem cum exercitu, ut iniuriam ulcisceretur, miserat. Sed re diligenter cognitâ, conclusit Legatos iure cæsos fuisse: et non modo ab omni iniuria in Macedonas abstinuit, verum amicitiam quoque cum Amynta Rege contraxit, et affinitate firmavit; quippe qui illius filiam uxorem duxit; et per illam necessitudinem, Amyntas Rex et eius filius Alexander, perpetuo Regi Persarum, fuerunt amicissimi.

Quare Legatorum functio ac munus, cum sit publicum officium; nec licet eos pro libitu qualicunque ab officio tractando amovere; nec amandare, quum Principum suorum gaudeant Juribus; quæ violare impium esset. Præfectus enim Legatorum iuxta Veteres, Deus Mercurius fuit; ut Legati tanquam Ministri Dei, venerationem sortirentur.

Hinc Legati Caduceatores à Gentibus nominabantur: qui aut publici vocabantur, qui totius Gentis ac Regni publica negotia obibant: ~~aut~~ Aut privati seu liberi; qui voti solvendi causa aut provinciam visitandam gratiâ, morabantur in alienis dominiis, Principum suorum testimoniis muniti.

Controversia itaque ablegandorum Legatorum orta fuit sub tempus Comitiorum, ex parte Gallici Legati Petri de Bonsi Episcopi Biterrensis, in Polonia ultra annum residentis: qui olim Reginae Serenissimae Ludovicae Mariae impensis deductus erat, occasione Condaei Principis ad Regnum promovendi, circa Electionem Successoris. Ast iste Legatus credebatur non à Rege Galliarum missus; sed ab eis, qui obsequebantur nutibus Reginae. Quare residentia illius nimis videbatur Polonis praejudiciosa; quam urgebant Nuncii abrogari; verum Rex Serenissimus conclusit istam abrogationem sub suo esse beneplacito.

Aderat et alius Legatus residens Brandeburgici Electoris; qui in negotiis Domini sui ad Regem veniens, morabatur expeditionem à Rege obtenturus. Hunc factiones quasdam innexisse plurimi incusabant. Quare Secretarium ejus in Aula Nunciorum curiositatis ergo haerentem, contemptibiliter ejecerunt Nuncii; qui tamen et peregrinus homo non erat ejiciendus. Quandoquidem et Poloni in Aulis Principum solent adesse, videndi Status ordinis, Majestatis gratiâ.

Habuerunt itaque suos Defensores plurimos ex Ordine Senatorum; Legati, alii Residentes ne arcerentur à Consortio Gentium, atque sua negotia ac alia, absque praepeditione tractare valeant. Ipseque Rex Serenissimus abituros eos declaravit, obtentis suis expeditionibus. Tamen Nuncii mordicus urgebant, etiam Varsavia pellantur. Quod pro contumelia ac injuria acceperat Rex: declaravitque se non compulsurum eos ut abeant ad Heros suos: quia Literae Revocatoriae mitti debent à Dominis. Inferebant Nuncii eos pellendos ex eo, quia arcana et secreta Regni Consilia, scriptis evulgare consueverunt. Responsum: Nuncii evulgant omnia arcana, circa Convivia et Conbibia. Legati ista omnia abstrusa et occulta habent: quia extra Consilia habitant, et quidem modestissime, functionibus suis immersi. Qui cum statum Reipub. non ingrediantur, et Rex, et Senatus, et Nobilitas, non possunt quidquam de personis Legatorum conqueri.

Mota

Februarius

Mota item erat Quaestio de Senatorio Ordine, qui magis privata commoda tractat, per Legatorum Exterorum interventionem; publicae autem Libertatis servandae non adeo utile esse consultum; quinimo eas labefactari ac everti facile inducitur. Jam vero Status Reipub. Polonae consistit in tribus Ordinibus, nimirum Rege, Senatu ac Nobilitate: qui firmiter inter se connexi, coalescere debent ad Reipublicae commoda publica promovenda.

Qua de re non posterius Senator Regni Sententiam suam aperuit, durantibus Comitiis, talem.

Rempublicam Polonam tres constituunt Ordines Rex, Senatus, Nobilitas. Quorum unusquisque à Jure definitas ac circumscriptas habet obligationes. Rex quemadmodum liberis eligitur suffragiis, eiusque Potestas intra Cancellos Juris defixa est, ita ad conservationem Jurium Religione praestiti Juramenti adstringitur, ut provideat toto tempore dominii sui, ne vel minimo ex dictis Juribus derogetur, sed aequali semper tenore, votis universis subditis annuens Justitiam administret, et Virtutem Mentisque singulorum aequa lance pensitet, ut nec affectu abreptus nec desiderio privati commodi incensus, nec malignis adulantium Ventis obsecundans, sit Imperio praesit, ut prosit. Et licet Imperii sui supremo honore nitatur, tamen oportet ut alta plana et aperta Legum, nihil sibi licere credat; ad easdem Legum normam Actiones suas exigat: Patrem se Patriae exhibeat: et familiam quam singulos eiusdem Filios, debita charitate complexus, compagem sub Reipub. eiusque integritatem per omnes defensionis modos stabiliat. Ita formamus seu verius Armamus Primum hunc Regiae Maiestatis Ordinem simulque Regum Maiores primitus Polonae. Ut Rex dummodo à Bonitate non desistat, dummodo Jura et libertates iuramento vallatas (hoc enim scelestis dominari Genti liberae requirit) non violet, Rempublicamque ac subditos potentia ac factionibus non praegravet; dummodo Genti isti sese imperare, et libertatem Conservatorem esse meminerit, ac demum Saluti ac bono subditorum sincere prospiciat, illorumque Amori semper incumbat, nihil illi ad perfectae felicitatis apicem, nihil ad securitatem, plenamque potestatis gloriam deesse possit. Tutius enim in sinu universae Nobilitatis (quam olim Fortuna beatos se iactarunt Reges Poloniae) coronatum Caput Rex potest reclinare.

Regis officium ac potestas.

Senatorum officium.

Regia dignitati adjunctus est Ordo Senatorum. Is tenetur Jura et Libertates Reipub. sacrosancte custodire et ex nexu Juramenti quod in facie Reipub. palam ac publice professus, adversantia quaeque iisdem Libertatibus avertere; et quidem ita, ut si quo casu potentia Regia plus ultra elata praeponderaret, si inde exinde subditorum injuria fieret: si Jurium ac Libertatum, quas Princeps iure iurando firmavit, convulsio immineret tam aperta quam occulta: tunc Senatus tenetur Principem Officii commonere, seque Medium Conatibus hisce interponere, et negligentem Juramenti Principem, aut ad inferendam cuipiam Injuriam intentum retrahere. Nec desunt priorum temporum exempla; quibus dum Senatoria haec agendi Libertas vigebat, etiam Majestatis Regiae cultus ac veneratio, Patriaeque ac Privatorum Integritas feliciter viguit.

Nobilium officium.

Eidem Majestati Regali adjuncta est Nobilitas seu Ordo Equestris. Atque is Ordo quemadmodum omnes procudit et sancit sibi aliisque Leges, Libertates, obligationes; quemadmodum Dominantibus diademata ac sceptra libere defert; e mediique sui Ministros Majestati ad Consilia ferenda subministrat: quemadmodum fundat Rempublic. ipsis Legibus correspondentibus, eo quod potissima pars Regni sit Nobilitas ac eidem Reipub. in eaque Dominantibus tutissimum e pectorum devotarumque suarum obice Satellitium praestat. Ita in Casu quo laxaretur Compages haec, nexaeque suis gradibus Reipub. libertatumque ac Jurium immutatio tentaretur; in casu quo absolute dominandi ambitus, altius quam par est, desiderata sua intenderet: Eidem Equestri ordini incumbit Fortitudo et Defensio Legum. Ejusdem Ordinis summa praerogativa consistit in voce Libera, quae sicuti libero calculo Principem eligit, libero assensu sancita probat; ita citra ejusdem Liberae vocis suffragium, nihil definiri ac concludi potest. Idem Ordo, quia superante multitudine in tantum effloruit, ut singuli publicis Consiliis interesse nequeant, delegare consuevit e medio sui Nuntios, partim ad tuenda vetera, partim ad condenda nova Jura et Statuta, dictae Liberae vocis, quatenus ipsemet habet Praerogativa usuros.

Hoc tramite et Ordine floruit semper Poloniae Regnum; nec quicquam Libertate ista asperatur eidem successit. Acquiescebant primum in illa Principes, et florente illa, optime Sere-

nitati suae prospectum putabant eamq. adorationi quam pupil-
lam omni diligentiâ observabant. Acquiescebant etiam Vicini ac
Exteri: namq. tota Libertatis huius construebatur Machina, inte-
gritati propriae prospiceret, cum Exteris omnibus inviolata fide
et constantia Amicitiam coleret, nullius illorum Statum impeteret.
inde consequebatur affluentia Pacis ubertas fortunarum eratq.
haec Polonia membris omnibus aptè cohaerentibus valida, nec
ulla Provinciarum abscissione truncata; videbatq. Subditos in
regimine Dominantium, plena animorum contentatione defixos
eidemq. applaudentes. Non audiebat oppressos Cives iniquas da-
minationis mala deplorantes. Nemo Procerum spectabat Pa-
triam factionibus aut perturbatam, aut ornamentis suis exutam. Sta-
tus eius universus immutabili assensu ac unione animorum promoter.
Jura ac Libertates demoveri è suis fundamentis piaculum erat. Non
gemebant privatim publiceq. Cives oppressi. Hunc verò stupent Ordines
violatam Jurium iuramento firmatorum Sanctitatem, ac pene impo-
situm liberis Cervicibus detestandae servitutis iugum.
Hanc sententiam non multi admodum approbarunt, quinimo pe-
stinent interpretationem adhiberi dictorum omnium, quandoquidem sub
spem arcanorum prolatam esse videbantur.
Exacti itaq. multis diebus in diversis controversiis, tamen ordo Martius
Equestris Legatos ablegandos urgebat, eoq. nomine Marschalcum
Aulae suae Nuncii Terrestres adiurabant, ne progrederetur ad ali-
os tractatus decidendos, nisi iste ante omnes terminaretur. Erat
tunc in eo officio Dux Czartorisky Succamerarius Palat. Cracov. Vir
factionibus et ad secundas factiones minime propensus; qui omnem diffi-
cultatem, per eam invitam quaestionem exaggeratam sapiens Supera-
re; caurediturn voris, cum ingenti Cathario acquisiverat.
Cumq. ad Aulam Senatoriam, Nuncii Terrestres vocati essent ad
mutuam Consiliorum terminationem, etiam in praesentia Regis simul-
chini sermones adhibiti, occasione Legatorum ablegandorum. Ja-
ter autem Nuncios Terrestres, emperat cum Vociferamorsa Debi-
eius Vexillifer Sandomiriensis; multis pensionibus annuis assignatis
a Rege Serenissimo ditatus ac impinguatus; qui etiam Dissimula-
tionem Regiam contra Reipub. in foveadis Legatis adinvenit
cui Rex indignabundus torvum aspectum monstraverat, eo lo-

qui parcius intimaverat. Ast ille suam Arcadiam abusive tractans, subdidit si Legati non ablegabuntur, Comitia esse dissuadenda ac rumpenda. Rex ac Senatus temeritatem hominum videntes: permiserunt omnia fieri in ruinam ipsorum. Tandem coactis mussitationibus, inclamatum per Nuncios, ut Marschalcus Nunciorum, valedictoria porrigeret verba Regi Serenissimo. Rex impatiens audaciae, prorupit ipse: Valedicite Valedicite quanprimum. Cui audaciae reprimendae nemo Senatorum aut Officialium Regni obiecit se; quinimo longo silentio cuilibet tempus horae sedit. Tandem malevoli voces iterabant valedictionem: ad quam coactus accessit Marschalcus Nunciorum, cum lachrymis obortis multis inter pauca verba comprehendens va-

Die 7. Martii. ledictionem. Rupta igitur Comitia non propter Legatos ablegandos, sed propter latentes factiones, ac privatos respectus qui semper publicam integritatem Reipub. trahere solent ad potentia discrimina.

Sub id tempus Comitiorum excessit e vivis Joannes Wielopolski

Wielopolski moritur dives. Palatinus Cracov. olim Castell. Voinicensis, Vir opulentus ac prudens. Cuius divitiae creverant maxime ex diversis Commerciis tractatis; praecipue tamen ex diuturna possessione Arendatoria Fodinarum Salis tam Velicen. quam Bochnen. circa quas admirandam Oeconomiam tractabat. Is plenus dierum moderno ac Tymsis, Capitaneatum Heosoviensem emerat, magno cum dispendio Creditorum, qui aureum unum minimum; florenis Polonicalibus duodecim aestimaverat. Is abundans tanto ~~de~~ Borazynio, Palatium Cracoviae, nunc olim Zamosiana, nobile satis exaedificavit. Velicis Domum Zupparii restauravit. Bielis PP. Reformatorum S. Francisci a fundamentis erexit. Bochnae Capellam Beatiss. Mariae Virginis dotatam, ad Ecclesiam PP. Dominicanorum exstruxit; ibidemque Ecclesiam Parochialem restauravit magnificentissime. Varsaviae PP. Bernardinos a nimiis per suos causatis vindicavit, magnaque beneficia aliis per sui praestitit. De quibus posteri eius inventoris possunt gloriari. In grani operum eius magnificorum. Fuit itaque ge-

gen.

gentibus Varsaviam tendens pro Comitiis, uti homo podagrae
obnoxius, levi correptus febre expiravit: mandans se tumulari ac
sepeliri, non in Ecclesiae ambitu, sed in ingressu sub liminibus, et
quidem sine luminibus multis, absque pompa. idque obtestando Filium
Dapiferum Regni Capitaneum Cracov. sub amissione Divinae
benedictionis. Cupiens ut tantum pro funere Imperiales Centum
impenderentur. Cui obtestationi paruit Filius. Sed tamen pietas er-
ga Parentem suasit ampliationem Imperialium. Quandoquidem
et ipse Palatinus, summam notabilem depositam apud eosdem
Patres habens, eisdem Patribus addixit, ut memoriam sui ad
sacra Altaria saepius iterarent.

Ad vacantem Palatinatum Cracov. multi contendebant: Ast se-
reniss. Rex, memor promissionum suarum tradidit eam digni- Palatinat.
tatem Illmo Viro impensis magnae Curiae, et Exercitui attendenti Cracovien.
Alexandro Lubomirski Regni Stabuli Praefecto; de Sereniss. Lubomirskio
Rege optime merito. Praefectura autem Regni cessit Smelingio: datus.
cui cum Externi Natales obiicerentur, Declaratum per Diplo-
mata ac Regni constitutiones Jure Indigenatus eum gaudere, et Stabuli
meritis non contemnendis certavisse, tam in bellis, quam in Legatio- Praefectus
nibus diversis. Smeling.

Memor esse voluit Rex in hac distributione Honorum Domus Lu-
bomirscianae, quam sibi addictam semper agnovit. Marschalci
olim Regni fidem, dexteritatem perspectam habuit; nisi eius me-
rita malevoli adversarii per iniquum Conspirium obnubilare at-
tentavissent; qui in easdem casses ac insidias delaberentur
tempore omnes dolos ac fraudes retegeatis. Quare circa Se-
cretum illud Furtum per adversarios affabre satis elabora-
tum; non ignota sunt Domus Lubomirscianae lumina. Quando
eidem Palatino Cracov. moderno, encomium tale est in solatium
adnexum: Quod in Regno meritis illustribus, et integerrima erga
Rempub. rectitudine, candore, atque constantia praeluceat. Qua de
causa honor, fama, existimatio Prosapiae Lubomirscianae illiba-
ta permansere: ob praestita obsequia rara et admiranda Regibus,
ac Patriae, quibus omnibus Civibus palmam praeripere videbantur.

Aprilis. Sperabatur Mensis iste de rigore hyemali remissurus; iuxta tempo-
ris consuetudinem circa Paschalia Festa: ast de rigore brumali nihil
ferme erat demissum: quinimo nives gelidae admodum deciderant,
que durabant usque ad Plenilunium Maii; indeque flores arborei decide-
rant, omnibus ferme fructibus arboreis ademtis. Quare et vinetis con-
stitutio eadem extitit minora, concretis olerum pretiorum incrementis.

Maius. Jam autem diebus Maialibus non respondit aptum tempus colligationem
florum; quinimo et nives et Grandines, et fulmina crebra persona-
bant, magno cum incommodo incolarum.

Maiora tamen incommoda agnovit populus Russiacus tam inter Kosa-
cos, quam inter Moschos degens. Etenim post Festum Divi Gregorii
Nazianzeni advenerat numerosus Exercitus Moschoviticus in medium Rus-
siae ductu Romadanowii aliorumque praecipuorum Moschorum: tam ad
recuperanda praesidia antiqua Moschovitica per tractum Palatinatus Kijo-
viensis ac Braclaviensis disposita, tam ad firmanda loca illa, contra
apertam rebellionem Kosacorum; qui neque Moschi vicinitatem, neque Po-
lonorum dominatum acceptare decreverant inter se, sub protectionem
Turcicam quaesituri, ac sub ea mansuri. Eapropter ad Portam Otto-
manicam per Legatos Kosacicos supplicatum; requisitaque per eos fo-
ederat armorum Scythicorum, quam Turca facile sibi conterminam Gen-
tem ad praesentem societatem concedebat.

Attamen Exercitus Moschoviticus paulo serius facto rebellionis prae-
ditam fere conterere coeperat, etiam infantes Kosacicos cum adultis
extirpando, quod in aliquot oppidis ac villis effectum. Inde Zapo-
roviensis Kosaci pertraxerant Zadnieprenses ad unionem armorum
et iunctis viribus eadem opposuerant Moschis, suamque rebellionem firma-
rent. Cuius rebellionis author et motor extiterat Bruchowecius
Legionarius ante Moschoviticus, qui circa Borysthenem praesidia dispo-
sita rexerat. Is concitata plebe Russica versus Oppidum dictum Ha-
diacium; praesidia Moschovitica abduxerat cum armatura in Ko-
sacorum partes tuendas, quam amicitiam suspectam habebant Ko-
saci; licet plane sibi adhaesisse Bruchowecium videbant: saepeque de do-
lo ac fraude eius admonebat Doroszenkius Dux Zaporowiensis, legiones
suas. Ast ille constantem amicitiam alium bonum sperabatur, Kosacis.

Æmulus Doroszenkii Sirko collectis aliquot millibus Kosacorum, quos insolenter ac latrones caeteri nominabant, progressus ad Scythicos Campos opimam praedam celeritate invasionis suae abduxerat, qui ad Brechowsium venire vacuus erat exceptus sed insidiose; quas insidias ille evitavit, Brechowsio proptereà indiè iminutis.

Timebant itaque sibi Kosaci, à Moschovitico Exercitu; quandoquidem Moschi aliquot legiones coniunxerant cum Militia Polona quanquam Externa Bialocerkiensi; produxerantque hostilitatem contra Periaslavum; in eoque tractu magnam stragem ediderant inter Kosacos.

Eapropter Kosaci brevi tempore multa damna illata videntes per Moschos, requirebant ad pacis media defendere cum Polonis, idque per istas binas conditiones. 1ma. Ut Exercitus Polonus nunquam hyberna aestivaque stativa colloret in Ukrainae partibus: 2da: Ut Domini haereditarii ad sua redeant bona: sed absque Cohortibus; omnimodam securitatem à Kosacis habituri. Sed violati totiès tractatus Pacis per Kosacos, admonebant Dominos ne credant subditis suis dulciter invitantibus ad mutuam residentiam: quandoquidem intra paucos dies advenerat Nuncius Turcicus cum Praefecto seu Bassa duobus Cohortium, recepturi annuum obsequii ac subiectionis cum expresso iuramento à Duce Zaporoviensi ac Primoribus Kosacorum; quam legationem Doroszenko perinde ac Generalem Ducem Poloni Exercitus Sobiescium praemiserat cum contestatione subiectionis erga Regiam Maiestatem. Ast illi, ex doloso homini nihil responsum, neque accepta eius contestatio; quinimo intimatum ipsi, brevi agnitionem veniam suam; à suis Protectoribus.

Quam quidem Protectionem Turcicus Imperator publicari fecit per ditiones ac dominia universa. Vicinosque Duces ac Reges obdesignari curavit per litteras, ut Gentem Kosaciam firmiter sibi annexam intelligerent. Quare Bassam Sylistriae ac Bialogrodensem alium, submiserat Turca ad directionem Kosacorum: et iuxta mandata Turcica obsequerentur Protectori electo et iuramento approbato. Quae directio non universis Kosacis sapiebat ad palatum; quandoquidem Edicto Turcico iniunctum erat, ut Kosaci arma para-

ta habeant, ad mandata Turcica; quibus intimauerat Præfectis
Transyluaniæ Valachiæ, Moldauiæ, idq; sub pœnis seueris, qd
cum Tartaris Crimensibus, Kaskaicensibus, Bialogrodensibus, q; ac
Rumelensibus inuolis progressuros se breui, sciant ad bellum infe-
rendum Christianis Gentibus: quandoquidem in Statu Veneto multas
Triremes cum apparatu bellico, multisq; hominibus amiserat post
Festum S. Georgii Anni præsentis. Quamquam totam intentionem
Turca dirigebat ad Moschouiticum Exercitum tollendum, ne coniun-
geretur cum Polono Exercitu; siquidem Kosaci Dunenses Moschis
fauentes, transgressi Pontum Euxinum, atq; Maris Nigri ostia
multa oppida ac villas Turcicas inuaserant et circa Varnam
ac Stanbolum, plurima loca flammis adusserant, incolasq; ho-
stili ferro oppresserant. Quamobrem Chano Tartarorum iniunctum
est negotium, compescendi eosdem Kosacos, una cum Moschis co-
niunctos: ne altioribus auxilijs Moschi potentiores efficerentur. Sed
Dux Tartarorum Rescribit Imperatori Turcico: quod pro maiori ha-
beret, pariter propius vitari; propter Sirkonis Kosaci crebram
incursionem; qui et de Gente Scythica, et de pecoribus ac equis, ma-
gnam prædam aliquoties, ad Castra Moschouitica induxit. Inde
usq; Kosaci Borysthenesi subsidia Scythica poterant habere contra
Moschos; ob quotidianas inuasiones insperatas Kosacorum co-
nem, qui Sirkonem ducem sibi elegerant. Quem Doroszenki-
que sibi inuitans ad arma nuntia, nequit pertrahere ad coniun-
ctionem, singulares prædas magis æstimantem, quam communes.
Offerebant tamen Pacis firmitatem Scythæ Polonis, idq; per Dede-
sium Agam; qui eliberaturus Fratrem suum vna cum alijs Scythis
potioribus (qui anno præterlapso captiuati erant;) Polonos captiuos
per diversos tractus colligebat, reddendos restituendos Polonis; pro iti-
dem Scythis recipiendis. Quorum captiuorum permutandorum lo-
cus designatus Kamenecensis fortalitium. Is itaq; Dedesius Aga, Su-
premum Exercitus Poloni Ducem Sobiescium pro nunc assecurabat
de firmis Pacis vinculis, iam alias Anno superiori ad Campos
Podhaicenses factis, ea conditione: si Respub. Polona Ucrania
Scythica; per quinquennium retenta restitueret. Quam inclinatio-
nem Scythicam, etiam Regi Serenissimo intimari curauit: eo
ad-

adiecto, et amicitiam Moschorum abiiciat, ut suo Regno da-
mnosam: fraternitatem vero cum Chano Tartarico renovet, ut
Regno magis proficuam. Ast ista fraternitas Scythica durans
multis annis, innumera millia hominum decepit, de quibus multa
Captivitati Scythicae ac Turcicae tradita sunt: idque per dissimu-
lationem Ducum atque Exercitus Polonici conniventiam; quanquam
et de militia Polona, maior pars militum, abducta est per
Scythas, coniectaque in vincula.
Sub id tempus emerserat quidam Hoholius ex genere Cosacus
Sylvaticis ac montanis latronibus ad se convocatis (quos vocat
vulgus Opryszos) in tractum Kamenecensem; qui sub praetex-
tu Cosacorum villas ac oppida invadens, praedabatur; non tan-
tum armenta ac pecora rapiens, sed etiam homines rapiens.
Contra hos praesidiarii Kamenecenses perdiu emperant, sed
celeritate usi latrones intra montes salvi effugerant.
Interea Centurio Cosacicus Tabelko; incolas diversos oppi-
nebat ratione persolvendi tributi annui, tam in nummis, quam
in pecoribus; ad quam Exactionem familiarem assumpserat, ad
pariter praedis Scytham Batyrem Murzam; qui cum de loco in
locum lentius progrederetur, a Cosacis angariam non ferenti-
bus, et vita et spoliis ac iniuste attentatis privatus est.
Dum talia parata a Cosacis rebellibus cum Scythis conspira- Maius.
tione haberentur; Nobilitas Polona consultum esse voluit peri-
culis enascentibus; per Lustrationem Militarem Palatinatuum ac
Terrarum; ut arma in promptu haberentur. Sed quia consue-
tudo ista laudabilis per multos annos intermissa carebat an-
nua armorum renovatione; ideo pauci conscripti sunt compe-
tenter armati; per quosdam Districtus: qua tamen Conscriptio
perterruerat Cosacos rebelles, qui cum Scythis progressuri e-
rant in tractum Haliciensem ac Leopoliensem.
Interea Rex informatus de Lustrationibus armorum compete-
ter monstratorum in Maiore atque Minore Polonia; et quidem
cum Cohortibus numerosis, debito apparatu bellico instructis; suade-
bat Palatinis; ut supplementarium militem dirigerent in Rus-

siam; ubi dux extenuatus non audebat progredi, adversus re-
belles Kosacos, convocationem factam cum Moschis. Subscripserunt
isti Consilio Regio nonnulli Proceres: dummodo Rex velit Ex-
peditionem publicam Nobilitati tempestive intimare, nove edicen-
donem Regnum seu publicam Intimationem. Ast Rex decla-
raverat, talem necessitatem Nobilitati nunc adesse, atq[ue]
pericula ingruere talia; quibus Nobilitas se opponere cogeretur.
Ceterum Varsaviae Convocationem Procerum ac Senatorum
celebrationem se destinaverat; et quidem in Junio, gratia Senati-
tur publice providenda.

Ast ominosa quaedam praecesserant prodigia, Consultationem Re-
17. May — giam antecedentia. Etenim Premisliae die 17. May, evenit Ca-
sus miserabilis artificum ac murifabrorum circa Novam Ec-
clesiam, Collegio PP. Societat. incorporatam; quam testudine
Casus. Premisl. — murata continuare, et fornicis lateritiis firmare destinave-
rant. Circa quam operam dum Muratores intenti erant, re-
center elaborata testudo (extractis Circulis quos Bextelos
vocant) ex improviso collapsa est magna cum vehementia
per quam obruti ac suffocati sunt operarii fermè viginti;
magno cum damno hominum, atq[ue] operis inaniter locati.
Jam autem Marienburgensi Civitati in Prussia, distantes fossas
circa Moenia habeat, quae cum aquis circumducit; prodigio-
sus Sanguis apparuit in aquis intra moenia stagnantibus
Aqua Sanguinea. — ita ut tota aqua, integris 24. horis die ac nocte, Sangui-
nea adverteretur; quae hausta diversis vasis, cruorem prae-
ferebat, papyrumq[ue] et alia colorem rubrum retinebant, ma-
gnorum stupore Civium Magdeburgiorum. In crastino au-
tem aqua eadem rediit ad statum suum pristinum. De hac
prodigiosa aquae mutatione, varii varia sunt interpretati: At
Experientia et observationes temporum, futurum bellum Cruen-
tum illis in partibus, possunt persuadere. Quando enim Sanguis
e terra instar fontis erumpit, aut quando imber Sanguineus decidit,
indicium est certissimum, regioni illi, ubi talia eveniunt, belli-
co sanguine conspergendae. Etenim dum Anno 1612. in Pa-

latinatu

#

latinatu Podoliae talis pluvia prodigiosa apparuit; cruenta bella subsecuta sunt, multumque profusum de sanguine humano, partim per Valachos, partim per Scythas, Russicas regiones hostiliter invadentes.

Non absimile prodigio ruerat Varsaviae die 3. Junii: dum post Processionem solitam infra octavam Corporis Christi, admodum vehemens pluvia cum grandine deciderat, etiam cum fulminum vibratione, (quorum uno Nobilis Lithuanus feminisque vix non expiraverit) atque impetus aquarum protrusione; ita ut difficulter equitantes homines transirent, ad aedes editiores in loco sitas. qui autem Rhedis vehebantur, periculum aquarum senserunt, fluctibus aquis per gradus superiores Rhedarum. Quidem vehementia pluviae, puerulum duorum annorum, obvolutum aquis cooperatum suffocaverat; lapidesque grandes, ligna arbores, rapiens aqua deferebat ad loca inferiora; ipsumque flumen alluviem distulerat. Aquae die 4. et 5. pluviales dominabantur sed de vehementia remiserat multum. Etenim die post Meridiem Junii quinta. nebulae nimbosae dissipaverant, serenumque coelum mappam suam luminosam expanderat, cum admiratione hominum. Ea enim die, hora sexta erat, cum Nunciatura sua Apostolica post Meridiem, Legatus Romanus cum Nunciatura sua Apostolica Varsaviam appulerat; ad eiusque ingressum ad Regem Serenissimum Varsaviam appulerat, ad cuius ingressum cessavit illa tempestas, exporrecta serenitate Phoebi luminosi. Nam Legatus Prosterius Pignatellius, revocatus est per Sacram Sedem, statimque destinatus ad Nunciaturam Imperatoris Romani Viennae gubernandam. In locum huius successus est ad Regnum ac Regem Poloniae Martinellius de Familia Archiepiscopus Corinthi. Quem ingredientem Episcopus Kiioviensis Visitator de mandato Regio exceperat cum eductis multis Aulicis, ac Rhedis tam Regiis quam Senatoriis, cumque ad Regem salutandum, introduxerat.

Porro in Russia, Moschus praesidia Arma imponenda rexerat tractibus Kiioviensi, Czernichoviensi, Nizinensi; quandoqui dem Bruchoveckus Moschicas partes totaliter abiiciens, adhae-

Junii

Varsaviae.

Pluvia vehemens.

Die 5ta.

Legati adventus.

serat firmiter cerne legionibus Kosacorum; qui multos de praesidiis Moschowiticis excaverant, per insidias nocturnas. Oppida autem noua praesidiis disposita defensa voluerant Moschi: primam enim partem continentem Czudnowiam, Stodobysche Piatki, Kotelnam, Chodorkow, Chwastowiam, Mohilowiam, Wasilkowium, firmis praesidiis auxerant. Alteram partem versus Poloniam protensam continentem Berdiciowiam, Machnowkam, Sollowiam, Bilopolam, Pawolocham, Triliscium, usque ad Arcem Bialocerkiewensem; pariter armis ac praesidiis firmarant.
De quibus edocti Kosaci ac Scythae ad tractum Perejaslawensem processerant; sed amissis multis coacti sunt cavere receptui, majorum discrimine hominum ac equorum. Quare Scythae Kosacorum sortem exsecrati: in socios suos atque Kosacos ferrum hostium strinxerant.
Quare Doroszenko Dux Zaporoviensis Legatos ad Portam Ottomanicam miserat Korobkium, Bomnium, et Seleninium: petitum subsidia protectionis contra Moschorum potentiam in dies auctiorem Exercitus promouentium; quia vero Valachi, Moldaui atque Scythae propinquiores visi sunt ad ferenda subsidia Kosacis, requirebant a Porta istas Gentes designari ad armorum coniunctionem, sed ab Imperatore Turcico denegatum pro nunc subsidium; solos Scythas minores Adiutores designans. Misit et alios Nuncios, is idem Doroszenko, promittens de occupatione breui Camenecium, Podoliam, Volyniam, atque Turcico imperio traditurum. Sed Porta Ottomanica respondit, se, solis Sociis Tartaris, omnia possessuros Kosacos.
Breui post submissus erat Bassa Turcicus, et ad Paganismum induxerat Kosacos; qui sese protectionis ratione, a partibus ultraque Borysthenis manentes Paganismum amplexi sunt, infantes Circumcisioni Turcicae submittentes, et in Orationibus suis pro Imperatore Turcico, preces instituentes.
Tandem de Campis Zaporoviensibus Vasilio Lepioany Kosacus prodierat transiturus Moraviam trans Borysthenem, cum Decem millibus, Bruchoveciam secundaturus; ad quem cum Doroszenko Dux legiones alias ordinauerat, congressus factus

Ad Turcam Legati Kosaci.

cum

cum Exercitu Moschovitico. reluctante ab utraq[ue] fortunâ: ea de Causa Armistitium Mensium Duorum conclusum, maiores suppetias restauraturi, ad futuram aream belli. Interea Instatores Turcici advenerant, conscripturi regiones Russicas, ad quarum protectionem vocabatur Turca. Terminosq[ue] Imperii Turcici assignabant Mendzibosium, Lubartovum, Zabunum, Potomnium: Cratunowce Kosacii. Ad quos terminos cohortes suas disposuerat Polonus Exercitus unâ cum Externis signis consistentium locantes in Braclaviensi tractu facta annexio: Constantinouia nova, Starianus, Chmielnikka, et Lahrovcius. — Ad Fluvium Slucz

Convocatio itaq[ue] destinata Varsaviae initia sua sumpsit, ad quam plurimi Senatorum advenerant, non tamen universi. Convocatae ac congregatis Senatoribus in Aula Regia, talis Propositio à Sereniss. Rege publicata est, per Procancellarium Regni mentem Regiam explicantem. — Die 12. Junii. Convocatio

Non ignotum est plerisq[ue] Illorum Ordinum utrarum Consilium diuturno tempore involutum Sac. Regiae Mtatis, et superstite adhuc Serenissima Reginâ, multo magis post fata eius firmiter institutum de abdicatione Regni. Cum quo proposito cunctando praestolabatur S. R. Mtas temporis parati ac tranquilli decursum; quandoquidem Confoederatio Exercitus, tum bellum Moschoviticum, ipsiq[ue] Motus interni Civiles, intentiones Regiae Maiestatis retardabant, ne Reipublicae perturbatae variis seditionibus, pericula ob interregnum adderet maiora. Iam verò nunc cum habeatur ab intra quies, Deo ita disponente, Foedusq[ue] cum Moscho clausum est: ideo intentionem suam à tempore multo constitutam, S. R. Mtas ad effectum deducere adnititur, cupiens in tranquillo statu Regnum relinquere. Non deerant Sac. Regiae Mti nec desunt adhuc Considerationes privatae; praecipuè sanitatis fractae, laboribus Regnandi iam ineptae perferendis: maximè verò Conscientiae emundandae, quae suasit Serenissimo ut inter curas Principis, et extremum vitae terminum eligat salutare spatium, ad necessariam cuilibet, sed — Propositio.

69 potissimum Monarchiæ debitam recollectionem. Adduxit
itaq ad hoc propositum terminandum Sac. Reg. Mtem Re-
spectus boni, et quietis publicæ; ipsaq ætas multis laboribus
fessa; suadet ne amplius differat salutaria vota. Perspe-
xit enim Serenissimus abunde toto cursu regnandi; quantam
interpretationem adhibuerat malitia humana, piis intentionibus
Sac. R. Mtis prospiciendis, quâ mediante Rempub. diversis su-
spicionibus Electionis similis turgebatur pariter in varias;
quam salvare ac in tranquillo statu denuo consistere cu-
piens Sereniss. per exinanitionem suimet ipsius, in documentum
amoris erga Rempub. assumpta via abdicandi Regni, relin-
quet ac conservabit in liberrimo Electionis statu. Quare in
isto Conventu DD. Statuum Illrium et quidem publico, Sacra
Reg. Mtas, post longas deliberationes promulgat suum proposi-
tum firmiter in Corde radicatum: nempe Abdicationem Regni in
manus Reipub. de cuius manibus Sceptrum ac Coronam per
vota liberrima acceperat. Haec insignia integra relinquit Se-
renissimus; ac in sinum totius Reipub. deponit. Quam abdicatio-
nem tamquam à libero Principe promanantem; in libera voluntate si-
tam ac fundatam; nulla consilia aut persuasiones Prin-
cipum Externorum, e sua firmitate movere poterant, et licet
SS. Ordines Serenissimus convocaverit ad eum actum promulgan-
dum; non tamen ad eum eventum et discursus ac vota libera
de negotio in pectore iam concluso instituantur; quia non
exoptat Serenissimus constans et immobile propositum suum
exponere oppugnationi DD. Statuum, quo frustra tentaretur
contra liberam voluntatem. Ast censuit convocandas Se-
stas Ordes Serenissimus; ut maturis consilia sana ineant;
de Modo fundamentalis abdicationis per Sac. Regiam
Maiestatem constituendo. ut fiat cum securitate Reipub. et
cum Interregni tranquillitate, pacatoq Electionis libero iure.
Ad quem Modum inclinabit se Sac. R. Mtas sincero affectu,
in confusionem linguarum falsarum; quæ perforabant Se-
renissimum Regem cum quopiam Principe de Regno transegisse.

Ea-

Ea propter toti Reipub. ac Ordinibus Universis, liberrimam Ele-
ctionem ac Optionem Candidatorum cupit Serenissimus relinquere
abstinebitque à recommendatione Candidatorum: et insuper praesen-
tiam suam removebit sub tempus Electionis ne videatur liber-
tatem eius labefactare. Adhaec circa Electionem interessa sua
propria quanquam iusta Serenissimus non interponet, motivus
difficultates aut nexus moras Eligendi Principis; certo sibi pro-
mittens, quod Electores futuri Regnantis, habebunt in pro-
spectu eadem interessa Serenissimi, procurabuntque eidem condignam
ad vitae tempora subsistentiam. Hanc igitur resolutionem
ad Consultandum tradit Sereniss. Ordinibus Vestris, modumque
congruum expectabit; iuxta quem cum honore ac commodo
Reipub. terminabit Abdicationem in proximis Comitiis Gene-
ralibus; quae indictura est Serenissimus ad ultimos Augusti
dies. In quibus Comitiis cum effectu parato celebrabitur Ab-
dicatio; atque ad Interregni necnon Electionis solennitates li-
berum erit Ordinibus Universis descendere.

Ad talem nexum Propositionis factae, obstupefactusque Ordo Sena-
torius; qui personis Triginta quinque constituebatur; silentium
plus iusto tenuit; perturbante materia insperata, omnium vo-
ta futura atque Consilia.

Soluto silentio diuturno, Primas Regni petiit inducias tem-
poris à Serenissimo concedi, ad deliberandum ac responden-
dum. Confirmavit eandem petitionem Epus Cracovien. aliique
Senatores; petieruntque Propositionem promulgatam sibi tradi;
ut eius momentis pondus considerandorum adhiberi possit.
Declaravit Serenissimus tradendam Propositionem in manus Episcopi
Cracovien. atque sit dies prima Convocationis in Stipore constitu-
ta.

Altera die Congregati sunt Senatores ad Regni Primatem Ar- 13. Junii
chiepisc. Gnesn. in cuius Aula praemissis Consiliis certantibus
conclusum, ut Serenissimum submissa petitione praevenirent, qua-
tenus à proposito recederet. Ventum ad Aulam Regiam atte-
ndiren; instituta petitio ab omnibus cum lachrymis, ne Rex Pa-
triam sibi addictam eiusque Incolas fideles velit deserere, ac

in aperta discrimina Vacantis Regni provisere, ad quod Consen-
su bellorum eventu procederetur. Alii suadebant, Serenissimum
maiores actus meritorios non posse instituere, nisi velit regere
ad ultima sera fata, concreditas sibi a Deo Gentes. Quod regi-
men si fuerat, eritque molestum ac grave, maior a Deo speran-
da retributio.
Ad eas instantias Respondit ipse Rex. Diu multumque super eo
Actu deliberavisse, quem hesterna luce promulgari fecerat.
Quare nullo modo propositum mutaturum se asseveravit; quum
Deus ipse, et rationes Conscientiae ad privatam vitam nos [illegible] vo-
cent et trahant.
Iterabant [illegible] petita sua cum lachrymis Senatores. Ad quae
replicavit ipsemet Rex. Multi sunt motores istius propositi;
etiam ex Ordine Vestro. Multum passi sumus, propter Regnum
temporale, non propter Caeleste aeternum. Nemo in Comitiis, qui-
cumque volebat, impune lacerabat nostrum honorem, etiam cum
multorum applausu. Nemo in praesentibus Comitiis velanter
admodum contra Legatos nostros loquutus est Petinus; cuius
vocem clamorosam et Maiestati Regiae probrosam, nemo ausus
est praepedire. Nemo absque fundamento iusto, itaque rupta
sunt Comitia; super Legatis Externis in continenti ablegandis.
Sunt aliae rationes, quae nos alio vocant; quas solumque esse
expressas, ne videamur in certamen rationum infinitarum tan-
quam mare deliberationum descendere, atque propositum no-
strum vagantibus ventis concredere.
Eiusmodi Regiis responsis acceptis, redierunt ad suas resi-
dentias Senatores turbati.

14. Junii. In Crastino iterato Sessionem ad Regni Primatis Aulam
Senatores instituerant.
Serenissimus advocari curavit Legatos Externos ad au-
dientiam; coram quibus incipiens a Nuncio Apostolico, propositum
suum exposuit Regni abdicandi; permisitque intimari suis Prin-
cipibus hocce negotium; simulque vigori Legationum suarum re-
vocationes. Sed negotium postquam innotuit Senatoribus con-
corditer conclusum, adhuc Serenissimum precibus flagitandum.

Dix

Die itaque 15. Junii. Iterato ad Palatium Regium Congre- Die 15. Junii.
gati sunt Senatores quorum ingressum antevertendum ratus
Rex, egrediens ad Judiciariam Stubam. Tandem pauco silentio
interposito, Primas Regni nomine totius Senatorii Ordinis, itera-
vit petitionem submississimam, ut Serenissimus velit deponere pro-
positum abdicationis, amore filii Ecclesiae Christianae retinendae
pro qua, et cum qua mori gloriosum semper fuit Principibus Zelan-
tissimis. Etenim per viam abdicationis, multas vias accipient
persequendae Christianitatis, hostes eius antiquissimi; omniaque at-
tentabunt per latera Poloniae, si careret Capite ac Principe suo.
Impatiens morarum Rex, praeripuit sermonem Primatis, inqui-
ens: Nihil restat nisi de modo abdicationis concludere. Ea
abdicatio in corde ac pectore est ordinatissima.
Resum per Epum Cracov. Tempus Conferendi de Modo abdi-
cationis esse perturbatissimum; quoad usque Senatores, qui
insperatam promulgationem deserendi Regni, penitus facti sunt
elingues. Et quidem metuunt sibi ne per eum modum ordinan-
dum, in materiam Electionis descendant, ad quam accedere si-
ne aliis Ordinibus prohibitum est legibus. Quare petiit adhuc
Inducias concedi ad conferendum. Quae sunt concessae.
Iterum praevia Deliberatione mutua Senatores in Aula Pri- Die 16.
matiali; accesserunt ad Sereniss. actu residentem. Exorsusque est Junii.
Epus Vladislau. Dux Czartorys in haec verba.
In re tam difficili ac ardua, Exemplum in nostro Regno non
habente, difficile est verba, consilia, sessiones etiam formare ac
firmare; neque de isto negotio potest quisquam libere loqui, de
nobis praesentibus Senatoribus qui adhuc Triginta quinque; quan-
doquidem Corpus Reipub. constituitur, ex multis millibus virorum libe-
rorum. Neque ordo noster Senatorius praesens plenus ac integer est,
qua praerogativa Senatoria possessores sunt personae Quin-
tes et ultra; quae ad eam Convocationem in tam gravi tra-
ctatu convocandae erant. Et licet Senatus plenus ac integer de-
cideret quidquam in eo negotio, tamen ista decisio stare non pos-
set absque Ordinis Equestris consilio ac votis. Quare ad tra-

statum Abdicationis eiusq Modum constituendum pertinet
omnes absentes Cives ac Ordines, ex ea ratione quia ob abdica-
tionem (quam Deus avertat) deveniendum esset omnino ad Ele-
ctionem. Deus vindicet tales Consultores, qui Maiestati Vestrae
persuaserint Abdicationem, per cuius viam promoveri suas Electio-
nem: quam nefas erat etiam nominare, et Constitutiones ve-
titae extant, sub poenis clausis. Haec abdicatio consistit in
sola Voluntate Maiestat. Vrae, quae debet regulari ad volunta-
tem Supremi Coeli et Terrae Moderatoris: et in terris fiat
voluntas eius non nostra. Humanae enim voluntates, si non
habent approbationem à Deo Omnipotenti, inanes sunt ac vani-
dd. Solus Deus est inspector Cordis abdicatorii Maiest. Vestrae; in
quo si Deus non consentit negotio impresso, frustra insudabitur
Divinus assensus, quem penetrare non est humani ingenii.
Quare in tam gravissimo puncto, et sentiendum et orandum
est cum omnibus, neq existimo quidquam concludendum cum
gauar. Sumus quidem Consiliarii à Deo destinati; et per Ma-
iestatem Vram installati; ad consulendum Regno huic, una
cum Maiestate Vrâ, dependentibusq Ordinibus: cum quibus Sten-
rum Maiestas Vra ... rior sit modo concludendi de Modo Abdicationis. Sed ne ad
istud punctum tractandum revocemur, humiliter petimus di-
gnetur S. R. Mtas propositum istud relinquere, atq statum suum
Deo Omnipotenti conservare, Regnum hoc ad Dei voluntatem
gubernaturus. Soluta tandem Sessio; et ad feriam secundam
reiecta; tam ex parte Regis, quam ex parte Senatorum.
Die 18. Junii. Ad diem 18. Junii; instantiis eadem tractatis. Sed frustra.
Tandem pro Conclusione Sessionis illatum.
Quemadmodum unanimi voto et concordibus animis elegimus Maie-
statem Vram, atq in Solio eo Regni collocavimus: ita unanimibus
verbis Materiam obiectam Abdicationis tractabimus ac
modificabimus, omnibus Ordinibus ad id negotium vocatis. Timen-
dum enim est ne per velocitatem conclusionum accelleremus
praecipitem ruinam Patriae nostrae; quam tutelae Divinae conse-
crabimus. Fiet cum Regno prout destinavit Maiestas Divina
et nobis neq deliberantibus, neq cogitantibus, gubernato à
Su-

Supremo Gubernatore decernentur.
Conclusum itaque est Comitia Regni promulgari futura post
Festum Translationis S. Casimiri in Augusto; ad quae Parti-
cularia Comitiola, more ac tempore debito praemissa celebra-
bantur in suis Palatinatibus ac Terris. Ut quidem in Julio post
Festum S. Margaritae fuit celebrata. Julius.
Terminata Convocatione Rex ad Venationes processerat, ante
omnia Legatum Gallicanum Episcopum Bitirensem expediens,
cui in discessu; Rhedam, Equos, Gnosos admodum donavit
et ex domestica supellectili speciatim donatia addixit, multis
Sermonibus per biduum cum eodem Legato tractatis.
Post Legati expeditionem noverat Rex versus Palatinatum Pod-
lachiae ad Venationes prosequendas; sed imbrium ac aqua-
rum inundatione permotus, mox Varsaviam redierat, disposi-
tiones varias tractans Regiae supellectilis; de qua quibus
placuit, multa donaverat, praesertim Majestatibus addictis.
Varii interea discursus agitati sunt inter Polonos Legationes de
Abdicatione Regni, quam Rex assumpserat effective absolvendam.
Et cum Motiva istius perpensa multa essent. Tum quod Serenis-
simus toto Regnandi tempore bellis diversis et quidem continuis Motiva
molestissimis, Lassam aetatem, amplius ferendis incapacem red- Abdicatio-
diderit: Tum quod Procerum multi diffidentem sibi Principem ef- nis.
fecerint. Tum quod Exercitus abiectis fidelibus obsequiis, aliquo-
ties commoditatem hostium cirradonem reliquerit, pessimis
consiliis adhibitis. Tum quod Comitia Generalia, e quibus salus
publica atque securitas dependebat, plurima malitiose aut po-
tius seditiose rupta fuerint, ne in illis Gratitudo pro tan-
tis sudoribus Regi provideretur. Tum quod Officiales Re-
gni nonnulli factiosi movere Regem de Solio conspiraverunt.
Rege ignorante Electionem vivente Rege celebrandam statuerunt.
Tamen istis Motivis Revelatorium quoddam, dubio procul con-
fictum adjectum esse voluerunt. Quod scilicet e PP. Sant- NB
Scnafius olim mortuus, Confessario Regio Solis cogno-
scenti, apparuerit visibiliter, qui praemonuit solem
praedictum; ut Regi absque procrastinationibus deferret. Regem
nullatenus salutem aeternam consecuturum, si in istis ultimis

75 vitæ suæ temporibus condignæ pœnitentiæ fructus non ferens
totaliter abdicavit Regno. Tale Consilium non erat profectum
à Divina Voluntate; quia hæc ad talia monita usa fuisset
aut S. Casimiri aut S. Joannis, aut Angeli singularis exhi-
bitione, per quam admonitus fuisset Rex de talibus. Quamquam
et in Conclavi Regio, sive abdicatione, plurimi Regum posteriore
exempla admiranda obibant, animasq suas lucrati sunt. Jesu-
per poterat Deus Prospectans animas Christianorum repræsentare
Regi quas Moschi, Kosaci, Scythæ, Suevi, Hungari è corporibus
insperata hostilitate exturbaverant violenter, dissimulantibus pro-
hinc omnibus et Militibus et Ducibus et Regi. Etenim toto tempo-
re Regnandi ab Anno 1649. ad Annum præsentem, de Gentibus
Christi, in Polonia utraq in Lithuania, ac Russia, etiam Prussia
Millia innumera hominum et omissa sunt et abducta in diram ser-
vitutem atq protracta ad Sectas varias et Paganismum exercendum.
Multi degunt in Moschovia de utroq sexu, qui schisma ample-
xere. Multi in Turcia, qui labem Ethnicam contraxerunt. Multi
in Scythia, qui consortium vitæ nefandæ cum Scythis elegerunt. Mul-
ti inter Suecos, qui Hæreticismo imbuuntur, Apostasiam maledi-
ctam sequentes. Quot homines ac personas degunt sive in liber-
tate, sive in servitute constituti: tot animæ Christianæ amis-
sæ sunt, ac in perditionem prolapsæ. Horrere fortasse motivum
Conscientiam urgere debet numerus Principis, qui aut dissi-
mulavit aut procuravit tanta damna Fidei in hominibus. Ta-
ceantur Ecclesiæ spoliatæ! Claustra violata! Personæ Clau-
strales violatæ, constupratæ. Aurum argentumq sacrum raptum!
Grandia ista sunt motiva, restitutionis et satisfactionis at-
tentandæ aut procurandæ, quæ superant numerum capillorum.
NB. Innumera enim bella fovebantur in Polonia: dum hostes Cal-
vinistas Suevum ac Rakocium, quos delere potuerant,
stupendo favore prosecuti sunt Poloni, armaq Catholica cum
hæreticis maluerunt coniungere quam ea contra hostem mo-
vere: atq sic bellum, foventibus multa infortunia, multosq cla-
des accesserant. Maledictiq pœnas effusæ sunt in eos, qui pe-
regrinos et hæreticos Exercitus introduxerant in Poloniam.
Tot

Tot itaq. Animas protrusas in perditionem, expressum vindi-
ctam; cum sint pretiosiores omnibus Thesauris, possessionibus omni-
bus bonis mundanis; et tamen ob amissa bona ac fortunas
indoluerant plurimi: ob amissas animas, nemo indoluit:
quinimo amissio ac perditio earum, visu saepius experitur.
Ad extremum: rationabile Motivum erat abdicandi Regni, <u>Pu-</u> N.B.
<u>blica Servitus</u>, quae in sublimi Throno Regio maxime oc-
cupatur. Bonum enim Regem, quando subditi experiuntur,
dicuntur ipsum esse servum publicum: ad cuius Thronum
ac Tribunal deferunt suas iniurias, violentias, querelatio-
nes; quibus indagandis, cognoscendis, decidendis, totum tem-
pus regnandi impendere debet; vix sibi partibus gratiam
ante obitum relaturus. Inde Rex licet habeat in Regia po-
testate ac iurisdictione exercenda plurimum gloriae, at quie-
tis nihil habet; vix tempore nocturno sibi acquiescere rationes
persuadentes. Quare Clarissimum nomen Regium, cum du-
rissimo officio connexum, satius videbat Rex relinque-
re et de Regni molestia sibi solo ostendens, ad privatae
vitae quietem ascendere quae tranquillior gratiorque est; sub-
latis orationibus ad conquirendum; de minus sententiis
de non agnitis meritis; de exiguis praemiis, ac de aliis; pro-
pter quae et chlamis Regia, et Sceptrum ac Diadema pon-
derosissima sunt, quum sibi et Regni curas, et subditorum
querelas, et casus diversos habeant adiunctos. Et quem-
admodum Excelsi montes aut arbores excelsae, crebris ve-
hementibus ac fulminibus formidabilibus maxime quatiuntur.
pari fortuna solium Regium obiici solet frequenter; si
accesserit subditorum protervia ac diffidentia.
Quare Cogitatio Regia de dimittendo Regno plurima mo-
tiva habuit; ut sanus ac valens Princeps cederet Imperio.
De ea voluntate certior factus, Romanus Pontifex Cle-
<u>mens IX.</u> requirendum censuit Regem Casimirum, Aposto-
<u>licis Litteris</u>: ut Consilium de Regno dimittendo relinqueret
neq. permitteret sibi persuaderi a dolosis suasoribus tale
propositum, quod multa pericula et Regno et Reipub. cre-

stiane posset adferre. Quare Apostolicarum Literarum ta-
lis erat contextus, prout inseritur. Die xx. Julii sigillatarum.

Pontifex scribit ad Regem.

Charissime in Christo Fili Noster.

Salutem et Apostolicam benedictionem.

Etsi Maiestas Tua ex aliis Literis, quas nuper ad eam scri-
psimus intelligere potuit, quàm ingentem molestiam et solli-
citudinem animo, mentem nostram inplevent consilia abs Te
de Regno dimittendo suscepta; tamen cum assidue Nobis
cogitantibus, usque plura et maiora succurrant quae detrimenta
quae pericula, tam Regno quàm etiam Reipub. Christianae
toti, ex eiusmodi re, procul dubio hisce temporum articulis
extitura. Denuo Te rogare, et in Christi visceribus obsecra-
re constituimus: ut omnem cogitationem hanc deponere velis,
aut saltem supersedere: donec nobis de Causis quae Te mo-
vent rationibus plane reddideris, de re tanta, et ad Conservationem
quoque Tuam vel maxime pertinente, communicatis Nobiscum
Consiliis maturius deliberare possis. Quare si quid in hoc
habes, quod animi Tui rationes tangat, etiam atque etiam
petimus, et antequam aliud quidquam decernas, id amori Pa-
terno Nostro fidenter aperire non omittas: memor quod Æ-
terno Deo rationem reddere in re praesertim ad tot alia-
rum animarum et populorum securitatem, et salutem omnino
spectante, districte teneamur. Age igitur Charissime Fili
Noster, Patrem Tuum salutaria suadentem audi; respice
tot hominum millia, quae Deus curae custodiaeque Tuae credidit
ex tali facto Tuo graviter periclitatura: et privatae Vo-
luntatis Tuae quosnamque sensus, quamvis aliquin generosos
publico bono, nedum Regni Tibi domusque amplissimae Tuae
Die 20. Julii. tam devoti atque devincti, sed Universae rei Christianae mul-
to generosius remitte et condona: aut certe tantisper in
tempus opportunius provide differ; uti uberius planius ex Ve-
nerabili Fratre Archiepo Corynthi Nuncio Nostro coram
audies. Quam profecto sententiam et animo aequo pio, ac
pro

pro excelso Tuo iudicio pro summa Misericordia sua Domi-
nus insinuare dignetur, enixe precamur. Maiestati
Tuae benedictionem Apostolicam amantissime impertimur.
Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem. Die XX. Julii, An-
no 1663. Pontificatus Anno Secundo.

Tractavit igitur cum Serenissimo Nuncius Apostolicus perceptis li- Augusti.
teris Pontificiis, easque ad manus Regis tradens multas rationes de-
posuit ad pectus Regium, quibus intentionem Regis labefactare ad- Die 12.
laborabat, maxime propter pericula Cultus Divini, Regni ac popu- Augusti.
lorum, quae singula confundi ac perturbari facile possent, si
toti Europae promulgaretur Regis intentio. Super quibus repli-
candis spatium sibi dari deliberandi expostulavit Rex post Octa-
vas Assumptionis Beatissimae Mariae Virginis. Cui postulato
subscripsit Nuncius Apostolicus. Interea Rex in Vigilia Festi dis- Die 14.
cesserat cum pauco Comitatu, ad Camaldulensem Conventum
uno Miliari distantem a residentia Varsaviensi; ubi Consistens
relegaverat Comitatum, tantum personis quatuor pro famuli-
tio relictis, ut Festivitatem liberius ac devotius posset expe-
dire. Interea populus ingemiscens alta vota proferebat, ut
Deus Regis intentionem permutaret, maxime in loco devotioni
tranquillo designato. Ad quae vota Episcopus Cracoviensis publi- Vota pu-
cis ex toto universo Regno Poloniae, auxit devotionem per blica.
Processionem in sua Ecclesia, et Clerus universus; et illius exhor-
tationibus et sacris Missis, Maiestatem Divinam exoravit, quo
Regis propositum averteret, et bonas spes regnandi ad vitae ex-
tremam periodum eidem instillaret. Expleta itaque devotio-
ne Rex; (quam quotannis celebrare consueverat Serenissimus mo-
do etiam circa Dominicam Passionis Quadragesimae eodem in Conventu)
Varsaviam rediit. Cuius reditum Nuncius Apostolicus praesto-
lans ad Festum diem Translat. S. Casimiri congratulan- Die 26.
dum Regi accesserat, atque sacrum Missae officium absolverat, in
ea intentione, ut S. Casimirus mentem Regiam illuminaret, in
bonum totius Christianitatis, ut singularis Patronus Polonorum
ac Lithuanorum. Tandem reductus Rex ad Aulam; petiit Nun-
cius expediri deliberationem in iis, quae a Sancta Sede erant in-

ducta. Reddit Rex brevi habiturum Sacram Suam Respon-
sum, precatur nihilominus Excellentiis cum Dominis vocatis in ho-
ras ad Comitia Generalia Regni pertractanda, pluribus; quando-
quidem magna pars praesenti solennitati aderat, maior tamen de-
NB. siderabatur, qui tardius congregabantur ob imbrium inundantiam.
Comitiorum Initium. Quanquam pro ipsa Festivitate magna frequentia Senatorum
comparuit, ad Divina audienda in Ecclesia S. Joannis Varsa-
viae Titulum habente. Quare universi Senatores Festivitatem Re-
gi comprecati cum votis, ut Deus prospera vota ac intenta Serenis-
simi transferat ad annos plurimos, cum felicitate diuturna regnan-
di. Singulorum affectum, grato animo excepit Rex, reciproca
incolumitatem omnibus comprecatus est.
Neque Ordo Equestris seu Nuntii Terrarum ac Palatinatuum
27. Aug. congregati erant in iusto numero; atque ad Aulam Equestrem
desideraverant Electioni Directorem seu Marschalcum pro Comi-
tiis Generalibus tractandis. Caeterum alienum sensum quidam Nun-
tii habebant, ne Novus Director eligeretur, sed sub directione
Antiqui Comitia celebrarentur. Quod res movit quaestionem ac-
errimam inter; pluribus sentientibus, quod instantia Comitia
sint praeteritorum ruptorum Continuatio. In quo sensu licet non
omnes dissentiebant; tamen soli Maioris Poloniae Nuntii re-
nitebantur. Negotium itaque Eligendi Directoris dilatum est ad
28. Aug. Diem 28. Augusti. Ad quem eligendum pariter nolebant accede-
re; insistentes ante omnia An Serenissimus Rex exoptat se Re-
gno abdicare: nam supra ea materia Antiquus Director mag-
Iurandus esset (opinabantur Maiores Poloni) vel Sacramenta-
ny Cracoviensis Dux Czartoryski. Replicarunt nonnulli; praeser-
tim Judex Sandomiriensis Zareba talibus verbis.
Sensus D. Zarebae. De rebus arcanis abstrusis in solo corde latentibus non potest
fieri deliberatio. Atqui Abdicatio Regni est res arcanissima
de qua solus Deus scit et solus arcanum tenet vel Princeps.
Quomodo ergo de Re ignota, abstrusa nobis non divulgata
instituemus deliberationem, et quidem sub antiquo Directore, cu-
ius potestas evanuit, nisi eum iterato religamus. Neque no-
bis deliberatio instituenda est de aliquo Regni negotio, prius-
quam de Directore eligendo e medio nostri, qui Serenissimum

Regem, nomine totius Ordinis Equestris salutet; qui nos conflu-
xisse declaret ad Regias mandatas; qui petat negotia pro-
ponibilia; inter quae si Abdicatio proponetur, de ea colloquemur.
Placuit sententia omnibus D. Zarbe, et destinatum ad Marschalcum
eligendum. Propositi itaque Candidati Succamerarii Trez, Sanctien-
sis Ludgerius, Brestensis, Strohonsky. Tecknowski Savnouius.
Paritate votorum gaudebant fere omnes. Sed Ludgerius vota sua
condonavit Savnouio, qui sub tale tempus spartam molestam
vix acceptavit. Quare de more Nuncium; praemissi ad S.
R. Mtem quinque oratores de Collegio, significantes Electum
Marschalcum. Responsum nomine Regis per Vicecancellarium
Pro omni bono Serenissimum Regem accepisse, concedere Electionem
Directoris, atque praesentiam eius, cum universi Collegii gratu-
latione, cum debito affectu. 29. Aug.
Die Sacra Decollationi S. Joan. Baptistae, Ordo Equester
adiit salutandum Serenissimum Regem. Quem Savnouius Ele-
ctus Marschalcus eleganti sermone salutavit in haec verba.
Ominosi profecto adveniunt dies Serenissime Rex: Alter, venerat Allocutio
elapsus dicatus S. Casimiro; Alter hodiernus dicatus S. Joanni Directoris.
Baptistae. Ille praefulsit initiis nostram felicibus Comitiorum; iste prae-
lucet salutationi Mtis Vestrae ab omnibus Palatinatibus ac Terris.
Ille praetulit sceptrum mutatum Divo Casimiro. Iste praefert
ferrum strictum Divo Joanni. Quare universa Respub. ter-
rorum in motu, aut Regni alio transferendi, aut Patriae hostibus
vel obsidendae. Dii avertant et sustentant talia omina. Meli-
ora nos ac laetiora exoptamus Maiestati Vestrae universi. Adve-
nimus enim prompti conspiratione omnes diuturnam incolumita-
tem cum solatiis exoptatis S. Mtis Vrae, cui nunc salutationis
nostrae pendimus humillimam tesseram. Salutamus ut Patrem
obsequentissimi filii: ut Monarcham, fideles subditi: ut Domi-
num humillimi subditi. Salutamus eo animo, ut Comitia ista
perducantur ad salutaria media securitatis ac tranquillitatis
publicae. Ut Maiestas Vestra negotia suavia ac iucunda
deferre iubeat, ad tractandum, taliaque negotia, quae cum vo-
luntate Divina cohaereant, et ad salutem universorum collineant.
Dirigemus universi voces, vota, consilia nostra, ad palatium

Maiestati Vestrae quam ut Deus conservet sanam ac incolumem in plurimos annos, universi vota humillima ad Divinam Maiestatem deferimus. Jam enim Ordo universus noster petit humiliter admissionem ad dexteram illam, quae gloriose retinet sceptrum Regni à Deo sibi tributum; dexteram illam, quae pluries à jugulis nostris hostem repressit; dexteram illam, quae plurimis Civibus benemeritis Diplomata subscripsit variarum gratiarum; dexteram illam, quam plures nobis benigniter expansam obtulit; ad cuius nunc accessum facultatem nobis gratiose exhiberi.

Respondet Ostrowsky. Ad eam salutationis formam Respondit Vice Cancellarius Regni Ostrowius Eppus Cujaviensis taliter. Paterno affectu S. R. M[aies]tas Dominus Noster Clementissimus admittit Vestras Dominationes non tantum ad solium Regale, sed ad Dexteram Regiam apprehendendam et exosculandam, quam nunquam absconsam esse voluit Civibus benevolis ac benemeritis. Quia vero DD. Vrae circa modernam salutationem ominosum tempus insinuavere circa haec initia Comitiorum Gratium non apprehendit ea omina Serenissimus Rex esse infausta; sed futura fausta et Christianitati et Regno et Reipub. et Dnibus Vestris. Inchoari enim desideravit Sac. R. M[aies]tas Comitia publica sub solemnitatibus Sanctis S. Casimiri ac S. Joannis; ut inchoata sub tantis Patronis feliciter terminari possint, cum sint Tutelares non tantum Sereniss. Maiestatis sed totius Regni ac M. D. Lithuaniae. Quare uti initia Comitiorum publicorum ordiuntur cum Divinorum assistentia; ita cum eorundem felicitate eadem terminentur ad gloriam perennem Cultus Divini, totiusque Regni tranquillitatem. Hunc autem Sereniss. Rex iubet accedere DD. Vras ad suam dexteram.

Processerunt itaque suo ordine, iuxta Palatinatuum ac Terrarum consuetam seriem, Nuntii universi ad dexteram Regis, etiam de Primariis Civitatibus.

Ante egressum Nuntiorum Marschalcus nomine universorum requisivit à Sereniss. Rege: An sit vera et genuina Intentio Sac. R. M[aies]tis de Regno abdicando; quam ad certos Palatinatus per Litteras suas notificari curavit Celsissimus Primas Regni et Archiepp. Gnesn. Ad quam quaestionem perturbatus

Regi

Regni Primas, cum vellet Respondere: Interrupit eum Responsum Vice Cancellarij talibus ex ore Principis. Notificatio Rmi Primatis in ea materia; quia praecessit, haud V. DD.nibus Serenissimus plenius notificabit ac declarabit die crastina, ad cuius auscultationem DD. Vrae invitantur. proinde Propositionem suorum Consiliorum accepturi. His peractis soluta Sessio.

Die 30. Aug.

Die Sacra SS. Felicis et Adaucto: congregati ordines, processerant ad Audientiam. Propositionem quam ViceCancell. Regni ita instruxit, verbis compositis ad horrorem et admirationem.

Propositio Comitiorum.

Placuit Supremo Regnorum Moderatori; qui voluntates humanas rectas, ac intentiones bonas excitare ac promovere consuevit, et Serenissimi Regis Dni Dni Clementi diu agitata ac trutinata proposita, dissolvere voluerit; et quidem Regno nostro toti inaudita, ordinibus ac Regnicolis insolita, Gentibus vicinis ac distantibus admiranda; quod insuper eorum nos universos iam deceperunt. Deponere enim ultro ac libere Diadema, ad quod ambitu diverso atque concursu vario Candidati pervolare consueverunt; quod Principes in terris pro suprema felicitate reputant ac venditant. Cui adeundo diversas orbitas promotionum quaerunt adhibent; deponere inquam Diadema benevole! negotium est vix perscrutabile. Dimittere spontanee Sceptrum insigne Excelsi Regiminis, illudque in sinum Regni demittere atque abs gestatore reponere; admiranda produciter serena. Et cui, aut quibus Gentibus! Nobis omnibus in Regno existentibus, manere sine Patre, sine Matre, sine Capite, sine lumine, sine praesentia Maiestatis Regiae. Ad cuius abscessum, recedet felix ac laeta facies rerum; accedet securitas ac Regni tranquillitas dubia, congregabuntur omnia pericula, omnes terrores, omnia irritamenta quaevis audendi, agendi, ac pro libitu etiam in fraternum sanguinem saeviendi. Quod negotium ac propositum dum per me vulgatum esse Rex Serenissimus desiderat, ea in parte lingua mea titubans est, sermo ipse minime promptus, labia inepta, ingenium perturbatum, praesertim ad talia promulganda; quae universos no-

bis perturbationem ac paratissimam orbitatem sunt indu-
chia. Satius utpotem ex animo ea proposita taciturnitatis si-
lentii mei obvolvere, quod dignovi in corde Serenissimi Regis
stabilita ac decisa esse. Ast officium meum urget volun-
tas Principis ac fortissime instat ut DD. Vestris recitarem
eam, quâ destinavit ultro dimittere Regnum, seque onere
regnandi absolvere. Quare dum talia ex propria mente Se-
renissimi Regis, invita mea lingua pronuntio, Deum Optim.
Max. summopere flagitandum censeo, ut hoc propositum Serenissimi
Regis opportunis Consiliis permittat exhauriri, ne cultui Divino, tum
Regno, ac nobis, discrimina aliqua cum mole difficultatem accelerentur.
Tam itaque materiam DD. Vestris Serenissimus Rex tradit decidendam
sub eo tempore Comitiorum, quod faustum W. Dnibus Rex Sereniss.
percupit ac exoptat. Quia vero istud propositum incidit suis pun-
ctis, placuit Sereniss. Regi W. Dnibus eadem intimare.

Puncta annexa. 1mum. Ea intentione abdicaturus est Serenissimus Regnum, ut habeat
iustum tempus Revolutionis vitae peractae, ante fata extrema sua,
tum ut W. Dnibus paratum relinquat modum Successoris eli-
gendi.

2dum. Interest Reipub. ut faciat assecurationem Serenissimo Regi,
quod post abdicationem non descendet ad eligendum Haereticum aut
Schismaticum Successorem; sed talem qui sit cautus et stabilis
in orthodoxa Fide.

3tium. Aequitate suadente postulat Sereniss. Rex a Repub. ut sibi
ad vitae tempora providcatur sustentatio condigna; tam ex Oe-
conomiarum proventibus, quam ex Teloneis, insuper ex Salis
Fodinis.

4tum. Eadem suadet Justitia, ut Respub. providiat modum
persolvendorum debitorum, per Sereniss. Vladislaum Fratrem
tum per Sereniss. Reginam contractorum; quorum requisitio
spectat ad Sac. R. Maiem. Haec puncta Serenissimus Rex Rei-
pub. in deliberationem deponit; his autem decisis descendet ad
abdicationem.

Eam propositionem cum annexis punctis, vario sensu suscepe-
runt Ordines, quam ventilandam per sua Consilia, ad Aulam
suam

Suam reservarent, adiunctis precibus ut sibi porrigeretur in scri-
pto, salubriore ergo trutina. Id non est denegatum.
Die ultima Mensis Augusti, Ordo Equester Propositionem illam Die 31. Aug.
trutinare inchoavit. Sed cum durum pondus trutinandi ex-
periri coepit, Alii postulabant ante trutinam Colloquium fieri
cum Ordine Senatorio idque absente Principe; et post finito Collo-
quio ulteriorem deliberationem in negotio tam arduo institui.
Alii sentiebant, Serenissimum Regem exorandum cum humili
submissione, quatenus ab ea Propositione formidinis plena
recedat; aliamque materiam Ordinibus exhibeat, respectu ad
securitatem totius Reipub. In ea ambiguitate, variis sensu et
consultatione disiunctis cordibus, negotium relictum ad perno-
ctandum.
In crastino autem die 1. Septembr. Consultabant Nuncii inter Septembr.
se discorditer. Alii cum pacatiores exorandum Principem omni-
no urgebant, quatenus recedere velit a proposito. Alii cum factio-
ne non esse adhibendam exorationem censebant, quod maxime
impediebat Nuncius ex Polonia Maiori Gurdynski Calvi-
nisticae sectae homo, omnia adversa in Principem reiiciens Die 1. Septembr.
fata: qui non cogitandum de provisione urgebat, ob tot
amissas regiones ac Provincias; ob tot millia hominum in ca-
ptivitatem protrusorum, ob tot damna illata per militem in-
disciplinatum; ob inductam pessimam monetam, per cuius
dilutam fabricationem, optimum aurum ac argentum fa-
ctiose est in Regno eradicatum. Gordynskio itaque fulmi-
nanti adhaeserunt pauci; plures tamen tonitrua in Regem
proiecta, retorserunt in sectarios Calvinistas, Evangelicos,
quia illi Regem Sueciae ad Regnum fatalissime vocaverunt,
quia Rakoczium eiusdem sanae rebellionis sollicitaverunt, iamque
Maiorem Poloniam Suecis; Minorem Poloniam Rakoczio in
rebellionem armata tradere admittebantur; qui progressu in
Repub. Polona a suis initiis, consilio Glivicensi assumpto
gladio iustitiae erant praescindendi, ac praesidendi, ne corpus
Reipub. permitteretur involvi tot periculis, quae experti sumus.
Sectani itaque consentientes, alterationem assumptam ad diem
sequentem reiecerunt.

Die 2. Septemb. Die Dominica privatis tractatibus indultum est, peractis visitationibus et congressibus multis; in quibus alii Electionem novi [illegible]lenter sentiebant alii suadebant novum Regimen non esse quaerendum; sed superstitem retinendum. Alii deducebant Abdicationem non posse fundari in sola voluntate Principis; quandoquidem iste actus instar Divortii tractandus esset per multas quaestiones ac decisiones, non tantum Reipub. sed etiam Sedis Romanae.

Die 3. Septemb. Post disceptationes interpositas, Maioris Poloniae Nuncii consenserunt ad invitandos Senatores, et iuncti pariter cum Ordine Equestri exoratum accederent ad Regem, quatenus ad ultima vitae tempora dominari non repugnet; quandoquidem et Lex et Iuramentum per Regem circa sui inaugurationem factum, non permittunt Regni dimissionem. Ea de causa Archiepisc. Gnesn. ad intercessionem et submissionem Senatorii ac Equestris ordinis, exorabat Regem compositis verbis, ut taedium istud animi deponere velit, regnandi; neque permittat Gentes sibi fideles proiectas in orbitatem atque pericula patentia. Adiecerunt preces suas Ordines Regni cum expressione [illegible]. Ad quas Rex per Procancellarium respondit. Gratas

Archiep. Gnesn. interposuit.

lachrymarum. Ad quas Rex per Procancellarium [illegible] incomparabilibus nemini promeruisse sibi esse istas instantias, quas incomparabilibus [illegible] toto orbe Europaeus testatur Regem serenissimum, qui integris annis vigiliis publica in luce desudavit promovere tranquillitatem Reipub. Quia vero Ordines Regni istos sudores approbant gratitudinis diversis remediis, praecipue petitione submissa, ne deserat quos Cives suos, paterno affectu exigens istos conatus utrumque Ordinis, promittens ad ultima vitae dies curam Reipub. istius non se depositurum; caeterum in materia ista disceptabili exoptat terminum auspicatum imponi, ne nimus profusis prologuiis exhauriatur tempus. Circa quam dies crastinus adferet declarationem.

Die 4. Septembr. In crastino convenerant Ordines rati se audituros declarationem auspicatam; quam Spes elusit. Etenim Procancellarius Regni de Principis mente tali declaratione usus est.

Declaratio Regia. Quemadmodum semel constituit cum firmo proposito Serenissimus Rex dimittere Regnum; ita constantem eam sententiam firmiter retinet. Ad quam non adducit Sac. R. Mtem aliqua erga Patriam indignatio; aut profectum erga Cives odium; aut durus modus

regnandi

regnandi, eorum gravamina ac sola Securitatis Cura, potissi-
mum autem cura publicae salutis ad quam habens vires suas
debilitatas, Statumque Gubernationi ulteriori minus aptam, elegit con-
ducibilem modum Successoris quaerendi unionis ac robustioris,
ut Dictis relinquere Reipub. quam in florentissimo vigere
statu sub Regimine Successoris exoptat animitus. Requirit itaque
Serenissimus ut Respub. eidem provideat de congrua persona sua
Sustentatione cui publicis curis laboribus attenuato ac fesso.
Quae Provisio cum desit in Deputatorum instructionis articulis,
posse adhiberi medium opportunum per Conventus Deputatorum
et quod fraterni sermones decidere non possunt absque fra-
tribus (uti saepius inculcatum) id fraterno mutuo concludatur
assensu.
Post talem declarationem Ordines reversi sunt ad Locum De-
liberationis. ubi conclusum esse volebant, ut Colloquium cum Se-
natu absente Principe instituatur, de propositis Sac. R. Mtis;
Quid impetrandum censuerint a Rege ipso per missos nuncios,
Dicto et obtinuerunt.
In Crastino reassumptis Consiliis urgebatur Colloquium per Die 5. Septemb.
Ordines cum Senatoribus. In quo Modus abdicationis cum Provisi-
onis assignatione, disquirebantur. Status enim nolebant assensum
praebere, super designanda provisione absque consensu Universali
Fratrum absentium. Senatus e contra promittebat, actum esse
cum Repub. atque cum Successore, ut condigna Statui Regali,
designetur Sustentatio. Alii assecurationem fieri certis in pro-
vinciis sentiebant. Alii in Conventibus Palatinalibus tractari de-
bere tam perplexam materiam concludebant. Diverso itaque Sen-
su evacuata est deliberatio istius diei.
Tandem ad Colloquium Serium accessimus partes, absque prae- Die 6.
sentia Regis. Exorsus itaque Marschalcus Curiae in eum sensum Septembr.
Accedimus ad Ordinem Senatorium non coacti; sed publici negotii
tractandi moliminis stimulati, ut tanquam a Fratribus Maioribus ex Oratio
debito officio lumen communicatum habeamus, praesertim in talibus Colloquium
negotiis qualia extra praxim et nostram et Regni proposita Marsh.
sunt a Throno Regiae Majestatis. Novis enim morbis, nova

medicamina sunt quaerenda. Novis difficultatibus facilitandis novae Leges ac Constitutiones apparandae. Non extat enim Exemplum Regni resignandi, neque extat norma provisionis Resignanti statuendae ac concedendae. Quod utrumque pugnare videtur inter se, quum resignans pinguioris fortunae gratia, resignare consuevit felicioris fortunae sortem. Jam vero circa intentionem Serenissimi Regis, adjicimur et gaudeamus sua Majestas de annuis proventibus quasi inopia ac paupertate laboraturo. Quoniam vero a VV. Dnationibus per nuperrimam Convocationem convocatis, praecupit ea difficultas, ita eam in sinum DD. Senatorum deponimus, et a se opus fabricatum ex perceptibili facilitare velint. Trahimur enim ad minus iusta media, et abdicationem suscipi, et provisionem assignatam ad extremum relinquimus sanguini nostri amittendi. Quae fabricatio quam sit artificiose in Rempub. non ordinata, etiam orbi oculis possunt dignoscere Respub. nec ordinata, etiam orbi oculis possunt dignoscere, per modernorum Comitiorum tractabiles anfractus et formae palpabiles. Quod non licuit decursu sex aut octo annorum, producere in scenam publicam; hoc iam producitur. Jamque inviti urgemur ad quaerendum Dominum destruendo, carentes Domino Legitimo. Jam coarctamur Interregni, cui una subscribere, a quo liberi et alieni esse cupiebamus. Jam ad Electionem aggregabimur, quae libere celebranda erat. Desuper tractamur ut mancipia, taliaque nobis propinantur, quae per quadriennium in Montano Machiavellistico praeparata per turbido Respub. omittebantur. Consistens itaque tanquam in turbido Respub. omittebantur. Consistens itaque tanquam Consiliorum a- et non potest Ordinem suum, qui et primarius est Consiliorum apex, et novis istis perasangis debita adhibere remedia. Itaque et VV. DD. remedia omnium nostrum ad scopum suum collimat, et VV. DD. de Capita primaria una nobiscum ineant deliberationem de congruis Respub. universae rationibus suadet. Addet Ordo noster faciles assensum in eis quae possibilia ac licita per leges Regni videbuntur.

Ad talia Marschalci verba, Archiep. Gnesn. Dnus Primas replicavit. Inprimis collaudans consuetudinem veterem, a qua nunquam deflectere Ordines Regni in conjungendis mutuo Consiliis, praesertim de novis in Respub. Polona emergentibus. Post

Ordu-

deduxit Serenissimum Regem esse ultimum palmitem Domus Jagellonicae. Cuius Avus Sigismundus Augustus providerat ca- Primas Sentit.
vit circa unionem ac incorporationem Mag. Duc. Lithuaniae
ad Jura ac praerogativas Regni. Ut de posteris eius, in quan-
tum aliquis eorum, ab Electione in Regnum libera excludere-
tur; aut in quantum civitatis per naturam regnandi videretur
ut à Republ. certa provisione ac stipendiis sustentaretur ad
vitae suae tempora. Qua de re extat documentum in volumine
legum. Quia vero Serenis. Rex exuit se Regno, et propter
Sigismundi Augusti id, expedit Reipub. et ex debito, et ex
grato, ut suae Maiestati provideat convenientem provisionem
et quidem intuitu tranquillandae Reipub. Futurae enim con-
gestiones aut tacitae querelationes Regis, possent perrumpere
coelum, et indignabundum Deum commovere, si ei denegaretur
condigna provisio. Quam incomparabiles labores S. R. Ma-
iestatis, etiam testimonio nobilissimorum pronunciant. Ea
propter W. Dominationes inveniant modum istius iustae gratificationis
erga S. R. Maiestatem quae quia cupit se exuere Regno, istam
abyssum distinctè est penetrare. Operae pretium est ut W. Dominationes
et Regis dignitati, et securitati Reipub. provideant, et quidem sine pro-
crastinationibus, et sine prolongatis disceptationibus.
Primatis sensum confirmavit Zarebius Judex Sandomir. quem
alii secuti, ut ad vitae tempora Serenis. Regi, condigna pro-
visio annua destinetur: et quidem ex Gedanensi [illegible]:
tum Oeconomia Magdeburgensi, ad quam provisionem, etiam M.
D. Lithuan. assensum Nuncii praebuerunt: aliis tamen Nunciis
assensum suspendentibus. Residentiam autem determinaturos se
sunt polliciti; idque in Regni visceribus, ut Maiestas Regia alie-
nos quaerat ac terat angulos. Quam inclinationem pluralita-
tis grato animo Rex excepit, uti in amore Statuum funda-
tam. Tandem de modo ac tenore Diplomatis Regii in- Dies 7. Septembr.
sumptum tempus, quod iam Rex ad abdicationem consignatum
habuit, eliberaturus Rempub. à iuramento fidelitatis suamque per-
sonam à regnandi pondere ac potestate. De quibus dum in con-

claui Regio facta est mutatio! Declaravit Rex se in Fani Cale-
sii sua olim facta Inauguratiōi ossunem; ac Diploma Electi-
ōis ibidem Statibus redditurum. et Abdicatiōis Lrar Regis ex-
hibiturum, reliquis solennitatibus ad tempus Regnum reservatis.

Vacantes dissi- bus. Quia vero sub id tempus Palatinatus Kiovien. vacare vero
declaratus est, post fata Michaelis Stanislawii; qui sub tempus bel-
li Swedici Rakocianae factiōi adhaeserat: ideo Sereniss. Rex
Andreae Potocki Regni Vexillifero Palatinatum Kiovien. con-
tulit. Vexilliferatum Regni Siniausko, qui agebat pro tunc
Exhibitorem Regni. Exhibitoratus Regni collatus est Bidzinsko
non contemnendo oppressiōi plebis sub praetextu Militaris Li-
tae radicando: ad quam accesserat sub tempus Lubomirsciani
cum Rege dissidii.

Sub id tempus Exercitus Polonus ad Ducem Wisniowecensem Cā-
Campiductorem confluxerat, continuatq[ue] arma et Castra cum Mo-
schowitico Exercitu, ad Ukrainae possessiōem attendens. Moschi-
cum circa ripas Borysthenis morari diutius desiderabant con-
tinuatiōem Exercituum: a qua Sobiesky Cā Dux Supremus Exer-
citus moras durbat ob Abdicatiōem Regis: ne Exercitus Po-
lonus a partibus Moschowiticis staret sub tempus Interregni; quando
quidem a Gallicana parte et ante et nunc fortiter haerere sit
notatus, licet a Gallis ad summos honores Marschalatus et
Generalatus supremi evectus non fuerit. nisi forte promotus olim
Sereniss. Regina, quae uxorem Consortis ejus Gallam genere, (quam
post obitum Zamoyskii Joannis Palat. Sandom. in Consortium
sine solennitatibus acceperat) ad eos fasces posuit suchen-
dum: odio Georgii Lubomirskii, qui praedictis honoribus ante
sua fata exutus erat. Quare apud Milites Sobiesky vacilla-
bat in affectu; ob disciplinae militaris effectivam reparatiōem
qua mediante rigorem justitiae in delinquentes milites adhibe-
bat. Jam vero Wisniowecius Dux. delicta militaria dissimu-
lare assuevit, exindeq[ue] maiora obsequia Milites eidem prae-
stiterunt se Saramento quasi Militari obstrinxerunt. Quan-
quam laxatio disciplinae militaris, semper fuit perniciosa Rei-
pub. Polonae; indeq[ue] turbae adhaesiones hostiles, relicta de-
fensi-

ore Patriae: quam olim Milites disciplinati ad extrema vitae
pericula tutari consueverant, indeque gloriam summam assequebantur, non tantum inter domesticos Cives, sed etiam inter hostes.

Neque omittendus est Casus ominosus Cracoviae die 19 Augusti
circa Festivitatem S. Hyacinthi, in Ecclesia SS. Trinitatis Cracoviae
PP. Dominicanorum causatus, sive nebulonum hominum prae- Casus
cipue Judaeorum Cracoviensium insidiis, sive claustralium mi- ignis.
nistrorum negligentia: Etenim post terminatam devotionem di-
ei ejusdem ad vesperam productam, infelici casu fomite igneo con-
cepto, Altaris Majoris in partibus absconditis flammam ingentem
evomuit ante mediam noctem, Claustralibus prorsus dormienti-
bus; atque occupatis partibus Altaris omnibus Machinam ac
structuram universam deauratam consumpsit, ac incrus-
tavit favillarum suarum vehementia; ob quam nec ac-
cessus patebat ad extrahendas particulas Sacrae Synaxe-
os in pixidibus reconditas, nec ignis lambentis distrahendi
modus erat; per quem et organa propinqua Altari Majo-
ri et Imagines Grandes et Altare S. Spiritus, in quo in-
signis Reliquiarum Sacrarum collocatio habebatur, et stalli
eminentiores partes sunt combustae; magno cum periculo to-
tius Ecclesiae; quandoquidem flamma vehemens per fissu-
ras ac foramina testudinis Ecclesiae ad ligaturas ar-
boreas tecti grandis prorumpebat, quam cohibebant aquis
ac aliis ingeniis Monachi: ne tota structura spatiosi
Monasterii periculo patenti exponeretur. Quae flamma
pervolitans intra Chorum Minorem Ecclesiae postquam per-
venit ad Crucifixi imaginem sitam in Medio Templi, repres-
sa est ac sopita mirabiliter, hominibus idipsum cernenti- Sedatus
bus, qui viderant S. Hyacinthum delatum e Capella sua ignis mi-
ad pedes Crucifixi; quos cum non parva interposita mo- raculo.
ra apprehenderat S. Hyacinthus; flamma illa sedata est,
quamquam ab ipsis flammis Organa majora atque imagi-
nes superiores destructae in magna parte remansere. Talis
Casus torquebatur in Malitiam Judaicam; qui odio summo,

Casus autho-res.

Conventum hunc prosequuntur variis modis aperte ac occultis: tam propter illum Judaeum blasphemum Petricoviis custoditum ante annos quatuor, tam propter alium Judaeum à Judaismo recedentem Anno praesenti; qui in eadem Ecclesia Sacro fonte baptismati ablutus est, ipso Festo Assumptae B. M. Virginis. Ad quem Casum ignis occulti inferendum; utebantur Malefica femina, aliisq[ue] asseclis, ut non tantum Ecclesia, sed totus Conventus in cineres converterentur. Nam praeparati asseclae erant ad praedam nocturnam; qui dum advertunt sedatam flammam vehementem, ulteriusq[ue] non progressam iuxta vota eorum: ad Conventum Paulinorum in Rupella S. Stanislai sitam, Casimiriam descenderunt et commoditatem nocturnam nacti, Sacristiae parietes ac fenestras perfregerunt, totamq[ue] supellectilem tam in auro quam in argento, apparatusq[ue] universo indumentorum Sacerdotalium exhauserunt; ita ut in crastino non haberetur de amictu quidquam, ac de necessariis ad Altaria Sacra ornanda. Etiam eadem nocte accesserant ad Ecclesiam Carmelitanam in Arenis sitam, praedicti gregis nebulones, iamq[ue] in Capella B. M. Virginis Sacra vota argentea deradebant; sed tamen advenientibus Monachis impediti, salvi evaserunt, circa fores ac fenestras aliis excubias agentibus. Quare numerosus grex iste furum ac praedatorum a Judaeis apparatus erat; ut etiam vehementibus flammis in Conventu [illegible] saevientibus: auferendâ Supellectili Ecclesiae S. Trinitatis attenderent praedamq[ue] sacrilegam cum Judaeis exdividerent. Ast Divina Maiestate placata per intercess. S. Hyacinthi, et Judaei nequam et latrones inducti, sunt elusi; quandoquidem damnum illatum est Ecclesiae satis damnosum; ast non Generale ac Universale, quod universum ambitum Ecclesiae ac Conventus capiebant esse, per ignem adiiciendum per partes, devastatum. Etenim circa muros circios adhaerentes eidem Conventui, vana praeparamenta ac instrumenta sunt deprehensa; quae iam [illegible] erant iniecturi; scalis etiam ad commoditatem augendam flammarum, adhibitis ac derelictis.

Sed

Sed ad Actus Varsavienses redeundum. Continuata itaque deliberatione de Modo Abdicationis, et provisione Abdicantis. — Die 8. Septembris
Post Festum Nativitatis B. M. Virginis atque Diem Primum in privatis Colloquiis transactum, iterato descensum ad Colloquium publicum Principe absente Senatorum cum Nuntiis Terrestribus: — Die 10. Septembris
Quibus Archiepiscopus Gnesnensis modos Provisionis designandae Principi ad abdicationem propensi, suppeditabat. Cujus voto adstipulabantur Episcopus Cujaviensis cum Procancellario Regni, ut de condigna provisione firma designatio statuatur, frustra reclamantibus nonnullis. Quando vero cum Serna dicta numerabantur plurima nihilominus quo ducta ac Spiritu ordines M. Duc. Lithuaniae diversissime promulgaverunt. Utrumque in abdicationis modos regi sine strepitu promulgaverunt. Utque in Abdicationis modos regissimo stilus promulgaverat. Utrumque in abdicationis modos regni provisionis media desideraverunt. ast Status persuadebantur Regi Dominatus summus usque ad ultima vitae tempora. Horum voces et contrarias refutabant Nuntii Poloni, et ardentes dicebant ut sibi sint constantes: quandoquidem antecessores Status contradictionem et concordibus suffragiis contexebant. Statuere contradictionem sustinebat Zukomski velanter de quo zelo remittere est adactus una cum Nuntiis Palatinatus Minscensis; ob evidentem pertinaciam; bonarumque partium dissolutionem.

Ad sequens Colloquium descensu facto mutuo Senatorum ac Nuntii. Primatem Regni interloquentem pacatis animis audiebant: declarantem, quod in talibus Actibus Abdicationum seu Cessionum Regiis, Status provisiones largas designare consueverunt, Principibus de jure ipsis Senatores. — Die XI. Septembris — Primas interloquitur
Ita factum circa Caroli V. abdicationem Regis Hispaniarum: etenim a Statibus Regni illius, designata erant Carolo Auxiliorum Centum Millia quotannis hoc autem onus persolvere Filius ejus Philippus, uti Successor in Regnum, susceperat quolibet anno persolvendum. Ita factum circa abdicationem Regni, per Christinam Reginam Sueciae, cui Status Sueciae designarunt provisionem annuam Sexcenta Millia Florenorum Rhenensium ad vitae ejus tempora. Quam provisionem Carolus Gustavus Sueciae Rex uti Successor acceptavit.

rat quotannis fidem Christino persolvendam. Pari provisione certandum esse statu Regni Poloniæ deduxit Primas Regni quandoquidem pro Serenissi. Rege militar. Imperatorio magnarum Regionum per Sigismundum Augustum Regno adjectarum; de quibus omnes redditus pertinerent ad dispositionem Serenissimi Regis; in quantum provisio ei denegaretur.

Ad hanc interlocutionem Primatis dissentiebat tunc Palatinatus Russiæ Succamerarius Leopol. tum Vexillifer Culmensis; cum nodum provisionis trahentes ad Fraternum assensum requirendum: quandoquidem Instructiones Regiæ non continebant potestatem de provisione difficultatem. Ast maior pars Nunciorum asseverabat, omnino designandam esse provisionem. Cui asseverationi opponebat se Palatinatus Siradiensis

Sensus Gomolinscii. Nuncius Gomolinscius exaggerans, quod sub velamento Abdicationis ac designationis annuæ provisionis lateant Imbus Electionis quæ occasione Serabantur ac Conatabantur. Tandem Principis Desiderata disquisitioni Nunciorum ac Senatorum subjecta. Circa quam idem Gomolinscius constatebat; ut in Regni visceribus maneat abdicatus Rex. Comprobavit id exemplo Sigismundi primi Regis qui An. 1530 filium suum Sigismundum Augustum secundum dictum decem duntaxat ætatis suæ annos habentem ad Regnum Poloniæ tractandum admiserat idque per Coronationem Cracoviæ celebratam; quæ tamen Consilio Regni inter Patrem ac Filium notabiles diffidentias ac discordias multiplicaverat, ex eo quia Sigismundus primus Magni Duc. Lithuan. annis septendecim gubernium moderabatur. Quod tempore vitæ paternæ producta, filio videbatur iniquum et importunum. Quare ne fit occasio rixarum inter Principes duos, in uno Regno habentes aliorsum Regem abdicatum trahebat. quandoquidem et Cœlestis Sphæra duos non adhibet soles, quum enim dissimulatura. Idem Gomolinscius sentiebat provisionem congruam assignandam esse non verbalem sed realem et quidem publico omnium Ordinum scripto confirmandam. Ob quam provisionem

nem Vir certam non ambiguam sensit Serenis. Regia petendum ut ad Exemplum Divi Memoriae Sigismundi III. Parentis Sui, ac Vladislai IV. Fratris, cedat omnia Reipub. dimittat, et ea provisione, quam Ordines assignabunt, contentus sit. Quia vero de Abdicatione Serenissimus nihil demisit, sed eam Servi instat, ideo post Abdicationem (quae omnibus nobis complanitatem est inductura) curabit Supremus Regni Exercituum Dux ac Marschalcus Dnus Lubomirskij, ut Fortalitia Prussica novis presidiis firmet, antiqua presidia removeat, et officiales presidiorum Nobiles Polonos instituat, et quidem bene possessionatos.

Dumque iam parati sensus omnium videbantur in decernenda quota provisionis: per assignationem quotannis ad vitae tempora Regis Casimiri, Centum Millium Florenorum Polonicalium, de Regni proventibus certis persolvendorum: etiam M. Ducatus Lithuaniae, quotannis Quinquaginta Millia Florenorum adiungente eidem Provisioni; Vexillifer Sendom. Debinskj una cum Pokostanio Palatini Sendom. Haerede retardamiat declarationem omnium, tali inserto puncto de novo exsurgente: Quod stabile in designationem provisionis consensuri essent, si Sereniss. Rex Clenodia Reipub. ex Archivo Arcis Cracov. deprompta ante ingressum eiusdem, et post apud Sereniss. Reginam deposita seu asservata, in integro restituerit: atque alia Clenodia, quae impignorata erant apud Successores Leszynii Thesaurarii Regni, iam per modernum Illustrissimum Thesaurarium luuata ac redempta reddiderit, quae pignora respective Legationis Austriacae expeditis; redemerat idem Leszynius quanquam non satis aequa fide; haec autem Clenodia retineantur a Sereniss. Rege licet eam sint exempta. Adhaec Provisio stabile decernetur Serenissimo Regi: si Sua Maiestas Sigismundi Augusti Regis Supellectilem totam, Reipub. donatam olim, iuxta Regestrum ac Consignationes, tam in Clenodiis, auro, quam in Aulaeis

Die XII. Septemb.

Sublimi arte contexta reddet: quae Aulaea Augustus compara-
verat Millione et Ducentis millibus aureorum florenorum (pro-
tunc enim aureus unus floreni unius valorem habebat) eaque in
signum ac tesseram amoris sui erga Rempub. tum in pro-
videndum summae necessitati Reipub. donavit ac reliquit. Ea
singula in Archivo Reipub. ut publica supellex asservabantur.
et nonnisi pro magnis solennitatibus Regum exponebantur; at-
que sibi quidpiam juris in his usurpabant Sigismundus III.
ac Vladislaus IV. quia per modum Mutui extradita erant à
Thesaurariis cum consensu Procerum Primorum, ad decus Re-
gium, non ad alienationem. Quare si in his non claudita-
bit Rempub. facile sequetur declaratio Provisionis.
Addidit Pokostawus quod etiam Aulaea Funeralia Sigismun-
di Augusti, semper mansura in Arce Cracov. sint delata Var-
saviam, ex Nigro et Albo Holoserico contexta, iamque residen-
quo iure PP. Societatis Ecclesiae sunt adscripta, per solam
usurpationem. Et dum ad Exequias Serenissi. olim Caroli Prin-
cipis Fratris Serenissi. Regis erant appensa, hucusque retinentur
à PP. Societatis nullo iure militante pro eis. Quare Cracovi-
am sunt reducenda, vel inde cuncta. In his de novo erar-
gatis deliberatio est facta.

Die XIII. Septembr. Expedita deliberatione, in castiao Senatores Consilio visi sunt
privato in Conclavi Regio. Tandem regressi ad Colloquium
mutuum ex parte Hunnorum, per Primatem Regni interlo-
cutum; extra praetensionem de Supellectili Regia; quod Serenis-
simus praetendat sua debita apud Rempub. quae superant Duo-
decies centena millia; quare Clenodia et Aulaea restituentur
si fuerit satisfactum Serenissi. Regi. Hac interlocutione dissol-
cit Hunnis. Quas rectificavit Eps Cracov. deducens
praeeminentiam Parentem Serenissimi Regis, tum Fratrem, tum
ipsummet Majestatem, qui Gubernaculis Regni 30. annis
praesidebant laudabiliter; et cum Sua Majestate de rigore trac-
tetur, procedatur, sed bonitate sua confidatur, et promissio

mutuo

mutuo assensu deservatur: per quem modum absolutum ali-
modi subsequentur tractatu fuere quibus et Clenodia resu-
gellex ad locum proprium ac destinatum olim redibunt. Quod
attinet oppignorationem eorum apud Dnum olim Lestzynium,
vigore Legationis expeditae, ac Subsidii Austriaci impetrati, cum
40. millia accepta erant ad exemptionem; post Legati alia
80. millia numerari debebant; quae si sunt numerata, iam
DD. Successores nullum ius habebunt ad Clenodia. Alia
Clenodia asservantur in Monte Claro Czestochoviensi, quae
non peribunt, sed ad Regni Archivum redibunt, praevia revi-
sione iuxta quam assignata satisfactione Serenissimo Regi, pa-
ratis regula restituentur. Est enim Constitutio Liquidationis
debitorum S. R. Mtis; contra quam, nullae factae sunt Prote-
stationes; quia subscriptiones Deputatorum ab Aula Nuncio-
rum omnia firma ac rata reddiderunt.
Ad hanc sententiam Episcopi Cracov. Podhostanius invectiva
usus in auctores Constitutionis praeiudiciosae ratione liquidationem
debitorum S. R. Mtis: quae Constitutio licet lecta fuisset, tamen
est lacerata, neque poterat inseri iam annihilata, Volumini Consti-
tutionum. Qua in parte mala fide egit Kotowic propter Di-
versos Ordinum Regni; quia Ordo Equestris non consensit in eam
Constitutionem; quae nullo modo stare potest pro Lege. Quare
agat Respub. cum D. Kotowic, de tanto praeiudicio inserto;
quod nullum valorem habet, propter Contradictionem multorum
illis temporis Nunciorum.
Ast sopitas dissensiones sopiendas duxerant Nuncii Palatin.
Wolhynien. qui urgebant assensionem mutuam ex parte provisio-
nis designandae cum Residentia nominandi Serenissimo Regi Consilium
ut in Consiliis Regni sit Pater ac Protector residat, iuxta Welem.
suum beneplacitum. Qui sensus placuit fere omnibus, Nunciis
Sandomirien. solis renitentibus qui salvas praetensiones Reipub.
promovebant, et quae sunt ad Archivum Reipub. illata olim; omni-
no volebant ad publicam suam clausuram et confirmationem.

97 Adlaborabat itidem Epps Cracov. ut Provisio determinaretur ac
Die 14. Septembr. in proventibus certis specificetur quam Sereniss. per assecuratio-
nem Reipub. in scripto tradendam sibi ad manus requirit et qui-
dem meritissimo iure, quia Atavus Sereniss. Augusti Rex, Mag.
Duc. Lithuan: adiunxit Coronae Regni, ac abnepotes sui Seri-
ssimi careant debita ac congrua provisione, in quantum consti-
ti fuerint extra Regnandi dominium.
Eandem sententiam firmabat suis datis Procurator. Regni, for-
malia Serenissimi referens postulata. Ea Serenissimus postulat
assecurationem non verbalem sed scriptam, ab omnibus Ordinibus
praesentibus subscribendam, ex parte provisionis certo ordinan-
dae.
Interea Ciechanovien. Palestaund. dissolvebant vota, in-
cipiebatur apud omnes deliberari, ut Provisio ad futurum Re-
gnantem pertineat, idque deponenda ex bonis Oeconomiis Rega-
libus, ad ultima vitae tempora Serenissimi Regnum abdicantis.
Repugnit isto modo provisionis omnes: quem incertum fore plurimi
conclusere: Ita enim provisio promissa est Carolo V. per fu-
turum Filium regnantem Philippum: quam nec primo anno ex-
pleverat Filius et ideo fato cessit, ob iniuriam illatam Patri
per denegationem Provisionis. Quare de praesenti statuendam pro-
visionem censuerunt, non de futuro. In quem modum consentiebant
plerique: sed non omnes, ob praetensa Oeconomia ac Aulas Rei-
pub. a Serenissimo retenta.
Ad quam difficultatem Epps Vladislavien. respondit. Quae nunc
a Serenissimo detinentur Oeconomia et alia possessionata: quando-
quidem Respub. tenetur reddere Sereniss. summam magnam
ultra Milliones duos excrescentem: sed omnia restituentur, quan-
do fiet Exsolutio integra a Repub.
Accessit ad sui desiderationem Vilnen.; referens Constitutionem
scriptam esse respectu debiti liquidati Serenissimi, apud Rem-
pub. manentis: quam Constitut. duo Senatores, atque Nuntii sex
ad eum actum Deputati, subscripserunt. Haec dicta Constitutio
in dubium vocari debet, cum sit instar assecurationis publicae.
Ad eam

#

Ad eam instigationem Kotovicii Judex Sandomir. Zarbius
Respondit: Haec Constitutio iam est inserta ad Regni Metricam. *Responsum prudens.*
Sed mala fide Dni Kotowicz pro tunc Marschalci Ducatûs.
Etenim licet cassata fuerit in facie Ordinum; tamen eam ad sub-
scribendum supposuit, et sic Deputatos decepit, etiamque eos ipsum:
qua de contentis eius Constitutionis, neminem instruxit, et in
magna farragine foliorum inclusit ad subscribendum, pessimo
exemplo. Qui progressus praejudiciosus promanaverat ex Consi-
lio Dni Vicecancellarii M. D. Lithu. Quaelibet enim Constitutio
debet legi et ab Ordinibus approbari, statimque ad Acta Castri Var-
saviensis ingrossari. Jam vero in praedicta Constitutione magnus
error factus: quia omnibus non placens lex, protestationibus
est sancita. Quare de commisso tam gravi Errore, reque-
rendus D. Kotowicz, atque omnino iudicandus.
Eustachius Comes Kotowic Primas Regni, declaravit Serenis. *Declaratio nomine Regio.*
Regem consentire in Cassationem Constitutionis, ex parte debito-
rum, quorum Regestra proferentur ad liquidandum, coram Or-
dinibus. Super Aulicis eliberandis, etiam Serenissimum annu-
ere, per votum Ordinum velle. Quoad Clenodia recuperanda, ta-
lem modum Sereniss. adinventum esse vult, ut Summa dictibo-
nae et durationem nullum, ex proventibus ac bonis Oeconomi-
cis per tempus Regni vacantis, congregatur; quandoquidem
redditus omnes usui Reipub. servituri sunt, ante Electionem
novi Regnantis. Quae Clenodia, ad manus Thesaurarii Re-
gni reddentur in tanta qualitate ac quantitate, iuxta descri-
ptionem ac delineationem eorundem. Quod ut celerius fiat;
Oeconomiarum atque Regalium bonorum Administratores cu-
ram adhibebunt, et quantocius praeparent Summas, a Sere-
nissimo praetensas, Suae Majestati numerandas.
Contradicebat isti declarationi Capitaneus Vlodimiriensis, sed
nullis rationibus alienum reliquit eandem: descensum est ad le-
gendum Scriptum assecurationis, quod firmandum Diploma-
te Regio omnes censuerunt.

99

Die 16. Se-ptembris. Protractis variis deliberationibus ac Controversiis frustraneis de-
scensum tandem ad Negotium Abdicationis. Gratia Cuius auspicate
tractandi; in Ecclesia Varsav. Divi Joannis, sacrum Missae Offi-
cium per Referendarium Regni R.Dum Malachowium; pariter
Concio per Pikarskium S. Soc. Jesu. sunt absoluta. Quibus ad-
Abdicatio facta. fuit Rex praesens una cum Ordine Utroque Senatorio ac Equestri.
Tandem ad Aulam progressus Regiam; atque ad Stubam Senatori-
am veniens Rex, Diploma Abdicationis mandavit legi, in facie
Utriusque Ordinis, quod Referendarius Regni voce alta ac intelligibili
postquam Universis promulgavit; in continenti Rex subscripsit illud
tradiditque ad manus Primatis Regni. Lectum et Diploma Electionis
ante 20. annos in personam Regis, ab Ordinibus susceptum;
quod eius traditum est Primati Regni. In tali actu sine mora
Lectum Diploma Reversale a Reipub. continuatum per Directo-
rem Nunciorum; cum assecuratione provisionis atque debitorum
ad quod Diploma Senatores ac Nuncii omnes, propriarum ma-
NB. nuum subscriptionem apposuerunt, dictis peractis. Voce propria Va-
ledictorium Sermonem Rex inchoaverat, quem ob lachrymas
Sermo Regius. obortas cum non posset terminare; tradidit ex scripto terminan-
dum Regni Referendario: atque ordinibus exprimendum.

Sermo Regius ad Ordines habitus; post Actum
Abdicationis: Lectus a Referendario.

Diuturnum hoc erat meum firmissimum ac immotum pro bono
publico ac Conservatione mea institutum Propositum; Diadema
hoc a VV. DDnibus Capiti meo impositum, plurimisque annis per
Maiores meos possessum, reddere in manus ac liberam disposi-
tionem tradere, idque per solennem Actum Abdicationis Vestrae
Dominationibus custodiendum. Quod propositum in Comitiis Anni Mil-
lmi Sexcent. Sexag. Primi. ex Charitate mea erga Rempublicam
exprimi ac declarari curaveram, ut superstite me consulerent ac
antevenirent omnia pericula; quae insperate vacante Regno
poterant multiplicari per Interregnum non divulgatum.
Vix tandem hoc idem propositum eventum suum sortitum: hoc
nempe tempore, quo Respub. a Confoederatione Exercitus a Sedi-
tionibus domesticis; a Moschovitica invasione prostrata; po-
test

tiste commode suæ indemnitati providere, atq; sine distractione animorum optimè consulere Liberæ Electioni. Non miretur factum à me Actum istum Abdicationis, neq; sinistrè interpretatur; cum in eo nihil de fraude, dolo aut execratione cogitaverim. Adduxit enim me ad Abdicationem huius Regni, ante omnia Cura Æternæ Salutis: quam difficile est assequi absq; contemptu terrenarum divitiarum ac dignitatum. In throno enim excelso, cogitare de excelsis, sedenti, ac Regimen tenenti, plena res distractionis ac periculi. Eapropter malui spoliare me atq; exuere istis impedimentis, quæ Animam meam efficiebant inutilem, ad ea meditanda, quæ inclinant ad veram felicitatem; maluiq; isti resolutioni, reliquum ætatis meæ ante fata periculosa conservare. Atque me adduxit ad eam Resolutionem, Patriæ huius Amor atq; VV. Dominationum: quam ita diffusè ac insueto modo contestari volui. Sentio enim me ætate ac sanitate debilem: fermeq; tot laboribus castrensibus tot Consultationibus gravissimis peractis iam inutilem; exindeq; vires meas Regnandi curis non posse sufficere persensi; qui vires exinanivi Sanitatem meam publica non privata commoda promovens. Malui igitur Portam ad Regnum relinquere Successori apertam: quam Clausam Æternitatis invenire. Licet autem sinceras meas intentiones plerique sinistre sunt interpretati, quasi invitæ Electionis factionibus oneratas persuadendo: aliter non poterant clarificari ac detegi; nisi per Abdicationem per quam cuilibet libertas relinquitur quempiam Eligendi dummodo non Schismate, aut labe hæretica affectum. Per Diadematis igitur in manus DD. Vrarum repositionem solvo Vestri omnes timores gratis, ac si procuratum fuissem, idem collocare alieno Capiti Ordinibus invitis. Plus enim in eo passu, operabatur apud me Publicæ quietis ratio ac Amoris debiti erga VV. DD. vestr: quam quietis privatæ consideratio, cuius moderatè expectabo terminum. Demonstrat idipsum Actus hodiernus, quo quæ sunt Carissima apud homines, ea universa amore Reipub. posthabeo.

Protestor coram Maiest. Divina, quod per eum Modum Abdicationis nullum praejudicium Libertatibus Vestrarum DD. inferre non recepturum, nec collocare Regnum in periculis adlaborem; quinimo excepto, ut per apertam viam ac paratam Interregni, libertas avita augeatur: quod isti Reipub. sit faustum ac Felix; mihi autem coram Deo, totoq Orbe gloriosum.

Abdicatio nis forma.

Matura enim praemissa deliberatione per octennium, sanus mente et corpore, liber, non coactus: Diadema et Sceptrum, Dominatum Regnandi, ipsumq Regnum, ita uti mihi est in Electione delatum et in Coronatione confirmatum; cum omnibus Praerogativis ac Juribus Maiestatis Regni, ac Magni Ducatus Lithuaniae, prout ab antiquo subsistunt nihil mihi de his aut uspiam retinens, totaliter in Manus Senatorum Equestris Ordinis ac omnium statuum Utriusq Gentis, abdico, restituo, reddo omniq meliori modo ac forma Resigno. Omnes Status et quemlibet sigillatim, a Juramento Fidelitatis vel quovis mihi praestito adstricti solvo: et ab omni Subjectione, obligatione Homagio, Vasallio emancipo ac absolvo. Pereque Duces Excellmos Brandeburgicum, Curlandicum, ab omnibus obligationibus, pro meo interesse tantum quoad vixero, liberos pronuncio. Quae singula non tantum hac mea viva voce, sed et Diplomate publico in manus Reipublicae restituto confirmo et ratifico. Ac insuper Diploma Electionis meae A. D. 1648 Authenticum, Originale reddo, relinquo; ac demum cassando illud et annihilando, hoc etiam meo trado liberrimam facultatem Reverendissimo Archiepiscopo Gnesnensi, declarandi Vacantiae Regni, totiq Reipub. ac in Interregno providendi ad liberrimam Novi Regis Electionem. Insuper declaro me ac promitto, nullo modo me impeditivum Actum Electionis futuri Principis; quinimo in confutationem eorum, qui circumferebant me transegisse de Regno cum quopiam; submitto me nec propositurum, nec commendaturum aliquem ex Candidatis, et propterea personam meam subtra

ham

tam ab Actibus Convocationis ac Electionis; quod Consilium meum nuperum per DD. Vras non divulgari; quandoquidem Principes Externi sollicitabant me et ardenter sollicitant, ut assumptum Consilium VV. DDnibus non notificarem.

Jam vero Civibus ac Regnicolis cum grata recordatione testimonium hocce relinquo universis, quod nullus hominum pertinentium ad Regni incolatum persuaserit mihi Abdicationem; quinimo plurimi erant dissuadentes assumptam intentionem. Agnosco eum Actum processisse à Consilio Divinae Maiestatis. eamque Vocationis partem confirmavisse; quandoquidem nemo Principum ac Amicorum; poterat eam de Corde meo eradicare. Quo in Actu toto, nemo dubitet DD. Vrarum de Amore meo erga Rempub. quem ego reciproce mihi polliceor non evulsum in cordibus DD. Vrarum; qui patuit in assignanda congrua provisione Statui meo, quam tamen exoptarem meliorandam; ratione recipiendorum ab hac provisione, redituum ad mensam meam pertinentium Ex Oeconomia Malborgensi, ex salis fodinis Wieliczensibus; ex Teloneis Regni ac Prussiae; item ex Oeconomia Grodnensi, Schaulensi; quae singula possunt caveri per pacta Conventa à futuro Principe, quandoquidem nihil decedet de benemeritorum gratitudine, si ad me deserentur proventus omnes vacante Sceptro; qui ordinaria via ad me pertinebant. Etiam gratitudinis notam nuperam mihi testatam per capitulationem debitorum meorum Futuro Principi Simulque persolutionem. Exigit id utrumque à DD. Vestris Domus Jagellonica recordatione felix; regnum hoc gubernantis ultra annos Ducentos; per quorum decursum continuum Reipub. huius libertates creverunt, dureque confirmatae.

Jagellonio itaque Valete paterno Corde Vestris DDnibus; iamque recedens à Throno. Regio peractas esse volo, ut eum Amorem paternum omnes charitates superantem cum recta intentione gratis excipiant animis, servitiique interpretentur mentibus. Vale lachrymabile

Restat adhuc ut W. Dignitatibus gratias reddam; pro exhibito-
ne integrae Fidelitatis Subiectionis, quas utraq: in temporibus diffi-
cillimis ac periculosissimis abunde sum expertus; Existimo non re-
perturum me tales qui dominii mei rationes ingerent, aut de
me querulam possint. Caeterum si Regimen meum aliquibus
displicuit; obsecro ut iniurias aliquas meae fragilitati adscri-
bant; a qua nemo Coronatorum liberari potest; quandoquidem
rationes status non possunt omnibus connivere. Eapropter si
commissa sunt per me, peto eas condonari mihi a W. Dnibus.
Ad extremum sciant W. Dnes amorem meum erga Rempub.
propensum futurum usq: ad extremam vitae meae periodum, neq:
sum me exuturum cum Regali paludamento, sed in Corde
profundissime mansurum. Maiestatem enim Divinam ardenter
exorabo, solutus Curis Regni huius Inclyti: ut W. Dnibus
suppeditet Consilia firma ac concordia; per quae accelera-
to termino Interregni, pacatissime constituere valeant in
Throno Regio Principem exoptandum, praecipue ac semotis omni-
bus simultatibus ac factionibus. Id pleno voto apprecor.
Tali sermone Regio promulgato, allocutus est Regem Ca-
simirum iam Abdicatum Regni Primas Praemowsky, in eum
contextum verborum: non sine lachrymis.

Sermo Primatialis ad Serenissimum.

Nunquam profecto Omnipotentia Divina, admirationis ac
tristitiae plenam in eo Orbe Polono ab initiis sui usq: ad
haec tempora edidit scenam, praeter eam hodiernam; ad quam
Spectatores omnes obstupefacti coguntur collachrymari. Dum
Maiestas Vra, universa haec, quae praecipua, sublimia, hu-
mana iudicat ac aestimat ambitio; haec inquam universa Ma-
iestas Vra benevole abiicit, abdicat, resignat: Nempe Regnum
Poloniae, Magnum Duc. Lithuaniae, omnes Terras ac Palatina-
tus! iamq: se exuit citra omnium spem ac vota Gentium tan-
tam dominationis. Grandis ac luctuosa Scena! Modera-
tionis

tionis in homine Corpore induto! quod semper requirit de-
cora; ambit sublimia; inquirit ditissima dominia, provincias
Regna. Dicam verius Grande portentum est! hoc Pomum au-
reum de manibus propriis ultro dimittere, magno labore
ac dispendiis diversis acquisitum; ad quod cursibus concitatis
provolabant plurimi; et provolabunt in oculis Maiest. Vrae.
Grande portentum est! recedere ultro ab eo Throno, in quo
Divi Reges Praedecess. Mtis Vrae decernebant Iustitiam; quibus
per annos trecentos sessio et gubernatio non fuit molesta.
Grande portentum est! Patriam derelinquere Patriam; in qua
Maiestas Vra, nata educata, et ad Regium Thronum evecta
est; propter illos bellicos sudores, quos in iuventute sua ad la-
tus Desideratissimi olim Parentis Sigismundi; in Prussia, in Vala-
chia; tum ad latus Fratris Vladislai IV. in Moschovia ef-
fervebat ardenter ad Cultus Divini ac Regni huius propagatio-
nem. Hos sudores adlibrabat Respub. in concursu ad Regnum
Magnae memoriae Principis Caroli Fris Mtis Vrae: pro hisque in
recompensam Diadema, Sceptrum contulit gratanter.
Grande portentum est, ingeminare Vale et quidem ultimum
Ordini isti Senatorio, quem dextera Maiest. Vrae plantavit.
Nemo nostrum est, quem Maiest. Vra dignitate Senatoria non
decoravit! omnes sumus Factura, ac creatura placiti Regii.
Nemo nostrum est, quem Gratia Mtis Vrae non sublimavit, non
sublevavit; Crevimus enim ultra omnium spem; sub iuribus
Mtis Vrae. Tibi debemus omnia Serenis. Rex: nostrasque grates
ferimus.
Grande portentum est! Inclytum Ordinem Equestrem derelin-
quere; quem in bellis atrocibus voluit esse Mtas Vra derelictum.
Stupebant omnes Maiest. Vrae Vigilantiam, Fortitudinem; con-
tinuam pro Deo, Patria defatigationem, istumque contemptum
periculorum asperrimorum; Mirabanturque innumera trophaea ho-
stibus erepta: quae tu non sibi, sed Divinis pedibus conculcanda
reliquisti. Jamque omnes Victorias ac triumphos, per decursum

annorum viginti soli Deo victorias tribuendas censuisti.
Insuper fatendum est. Gratias immensitati nobis aut ingratas publi-
cas exhibere, quum a nobis omnibus perennes Gratiae essent me-
ritò instituendae Mti Vrae, per quam incomparabilibus laboribus, vitae
nostrae etiam fortunae sunt servatae! per quam tot signalia be-
neficia patriae multis declarata! per quam liberalitate stipen-
dia tot Viri Militares sublevati! per quam denique Cultus divi-
nus in suo vigore confirmatus; iam Suecis, iam Hungaris ulti-
mum discrimen expectantibus. Multa beneficia Mtis Vrae enume-
randa essent, nisi ploratus communis impediret verba, quae be-
neficia Deus Opt. M. Maiestati Vestrae certò remunerabitur. Jam
pridem linguae nostrae ad depraedicanda ea sunt ineptae factae; ni-
stupore etiam insueti perturbatae.
Humiliter itaque universi precamur Mtem Vram: ut imperfectio-
nes nostras innata sua Clementia contegere velit; propter quas non
valuimus obsequiis congruis certare, pro tantis beneficiis in nos
ac Rempub. collatis. Quidquid offensarum nostrarum fuit erga Ve-
stram Maiest. admiranda bonitate sua condonare velit omnibus.
Quidquid incautum proiectum est per totum tempus Regnandi Ma-
iest. Vrae, per quod Maiestat. Vram saepius sugillatam ac laesam
magno cum dolore circumspeximus; oblivione hac Regia esto sepul-
tum. Quia verò iam nos Maiest. Vra deserit, ac firma volun-
tate non dignatur nobis amplius velle regnare; quamquam fi-
delibus subditis saltem hoc in consolationem omnium à Mte
Vra relinquatur, ut te Patrem agnoscamus: nos verò devoti
Filii omni tempore quoad vixerimus Maiestatis Vrae Amorem,
Bonitatem, Clementiam, coram omnibus Gentibus depraedicabimus.
Terminatâ allocutione Primas Regni, accessit unà cum Epi-
scopis, Palatinis, Castellanis, Statibus Regni, atque M. Ducatus
Lithuaniae: ad Solium Regium; ubi in tesseram Valedictionis, ali-
i manum Regiam; alii vestes Regias osculati sunt, magno cum
animorum dolore.
Post nomine Equestris ordinis, omniumque Nunciorum; Mar-

schal-

Scheltus Ordinum valedictionem exorsus est taliter.
Sac. Regia Mtas Dne Dne Clementissime.
Utinam Universo Ordini nostro nunquam contigisset necessi-
tas, Maiestat. Vram perenni valedictione alloquendi, quae
perennem gratitudinem promerita est, toto regnandi decur-
su, ipsis caelis ac terris contestantibus. Terminus enim Ab-
dicationis à Mte Vrâ factae, initium est infelicitatis com-
munis quando destituimur gubernatione in annos plu-
rimos exoptanda; quando derelinquimur inter nostros va-
rios quaerendi novi Domini quando abiicimur fortasse ex
indignatione Maiestatis Vestrae tanquam rebelles subditi,
tanquam inobedientes filii, tanquam molesti inquilini, et
protrudimur ad varios scopulos infortuniorum degustan-
dos. Qua in sorte constituti et admiranda et deploranda,
quali methodo valedictionem institutur(us) esset Ordo noster
penitus ignorans, cum lachrymis lachrymas dolori dolo-
rem, protundant ob infestatam Mtis Vrae contra nos indi-
gnationem, quam causaverunt aut obsequia nostra mo-
lesta Sti Vrae aut mentes improbae eorum, quibus avi-
det mutatio Regni Poloniae in deterius. Felices eramus
semper tot adjectis victoriis trophaeis, Gentibus utrisque cum
Sceptro vicinorum Dominiorum; at nunc infelices mansuros
videmus nos, orbatos Bono, Clementi, Forti, Patrio
Principe, cui parem aetas nostra nunquam sortietur.
In eo itaque infelicitatis nostrae iam publicato termino
ac limine ultimo, petimus humiliter ut ad sacras dexte-
ras Mtis Vrae admittamur, cui per oscula nostra ultima
ultimum imprimamus nos miseri orphani Vale. O diem
inauspicatam atroque calculo notandam, quae Maiestatem
Vram à nostra fidelitate separat, quae Dominum à servis
dividit, quae Patrem à filiis seiungit, quae solium Re-
gale unà cum insigniis Regni, lusui fortunae concedit.

quo donec Jnidem animorum ad partes varias trans-
eundi dissoluit, utinam eurati non infeliciter. Quare Ordo no-
ster universus immensas gratias Mti Vrae deferendas re-
servat et temporibus sequentibus, pro omni genere beneficiorum
Reipublicae Nostri contestatorum, humiliter Numen Divinum
exorabimus pro incolumitate Mtis Vrae diuturna, quam inenar-
rabilibus curis, laboribus incommodis defatigationibus pro
Dei Gloria augenda Regnoq conservando, amore boni publici
insigniter minuendam ac atterendam non recusavit, omnium
bellorum quotquot erant, periculis, aerumnis discriminibus totali-
ter degustatis: quorum omnium spectatores nuper ac testes
oculati adfuimus universi. Alta vota ac suspiria inge-
minabimus et Deum O. Max. Athlanticos tuos labores Ma-
iestati Vestrae felicibus solatiis recompensare velit. Quam
in regressu nostro insperato, sanam ac incolumem, quoad
Deus volet, peragimus ac exoptamus.
Ad istud alloquium Regni Procancellarius Olszowski, adivit
ultimum Ordini Equestri, Regio nomine Valete dicendi.

Responsum Ordinis

Jam tandem Serenissimus Rex Dux meus Clementissimus, magnum
et inclytum Gentium nuper Rex, Spatiosi Regni gloriosus
ac potens Monarcha, die hodierna praesenti hora, no-
vo momento, triste dictu, imposuit Lemma Victoriarum
suarum immortali Colosso: Regnavi. Jam valde tediosa
transferens ad alios angulos vota, gratum se exhibet
impetratae Missionis a Reipub. a multis annis desideratae.
Jam recedens ex hoc Orbe Polono, radios Maiestatis suae
absconsos esse voluit: hereditaria a Serenissimis Maioribus
propriaq decora, victorias, triumphos, uti proximus post
Deum Patriae isti, Filiisq eius legat, addicit, consignat
memori corde hac relicta: dire me, perenne tamen Amantur.
Deposuit Serenissimus de Capite suo Diadema, quod valde

grave, durum, ac ponderosum, inter varias mutationum di-
versarum casus, constanter erecta cervice non demissa ge-
stabat. Reddidit concreditum manibus suis Sceptrum Rega-
le, quo procellas et turbines Reipub. sedabat, naufragia
multis omnibus salvabat. Reliquit circularis Regni globum
sub quo licet oneroso, uti Athlas laboriosus, annis vigin-
ti non collabebatur, neq humeros avertebat suos; quem
globum Regni non proiecit, nec protrusit, sed de manibus
suis ultro elabentem, rotari ac girari permisit cum eo
voto. Vale dignissime. Exprimit dies hodierna Serenis-
simus quanquam infuso cursu ac saltu; attingens eum
scopum ac Metam ultimam, quae aeque Regibus paupe-
ribusq est communis. Sub qua unus cinis aequat omnes.
Ultro itaq ac benevole recedit Serenissimus a foribus
Regalibus, ad oras finemq perducti; iamq subducit ra-
dios suos fulgentes ab eo excelso Throno, solam praesen-
tiam tantummodo relinquens, suiq altam memoriam, non tan-
tum in eo loco; sed praecipue in Generosis Polonorum
cordibus, mentibusq transactorum annis viginti recordatio-
nem: quorum respectu sine dubio praesens ac perennis
in personis DD. Vrarum residebit atq perennabit. Quare
circa eam ultimam separationem sui ac DD. Vrarum po-
test Serenissimus uti illis verbis, quae quondam Magnus Im-
perator adhibuit in extrema valedictione Civibus suis,
concludens vitam simul ac dominium, circumstantes sibi
sistitatis. Bene ne Rempub. gessi? Illi capitibus inclina-
tis respondebant, sat optime: mox intulit Caesar. Er-
go valete et plaudite. Recepit eam Serenissimus publi-
ca ore Senatus et Equestris Ordinis, rei bene gestae di-
gna praeconia ac testimonia. Respondent et VV. Dnis
ultimis verbis oraculo, ultimum paternum Vale. Quid
ergo Vris Oraculis deest, praeterquam et extremum be-

redirent laetiora comprecatur tempora Vestris Ordinibus addens immutabili affectu imperiale Votum. Ergo plaudite. Sit ergo bene, laetaq. tempora sequantur et Patriae Carissimae et Vestris Ordinibus. Jamq. Voti tesseram, avitaliq. ac immutabilis affectus signum, producit suam dexteram in vim stipulationis firmissimae. Dexteram illam sacra Unctione prounctam; qua gratias et beneficia abunde VV. Ordinibus dispensabat. Dexteram illam! qua hostes diversissimos profligabat, expugnabat, et à finibus ac limitibus Regni arcebat. Qua dextera simul ad se proximos invitans Serenissimus, et ad cor applicans Vestros Ordines, foedus perenne ratum esse percepit, sponsionem fidei interponit arrhas, quod licet ad privatam transiret Umbram, semper tamen ex bonitate sua et amore erga VV. Ordines et pro nunc praesentes, et in domibus remanentes in affectu paterno manu tenebit constanter. Eosdem itaq. à subiectione, ac obligatione iuramenti iam emancipatos, ut reverenter manu misit, tamen ad externam apprehensionem dexterae libenter admittit.

Progressi itaq. Universi Nuntii ad Regiam dexteram ultimo exosculandam. Qua solennitate insolita peracta recessit Rex iam non ad aedes ac Cubicula Regia; sed directus ad gradus Circulatos, quem comitati sunt Senatores universi, ac Nuntii Terrarum magno numero Rhedarum, ac equitantium usq. ad Palatium in Horto Regali existens situatum. Ubi rursus certatim Valedictiones cum lachrymis, Rege respondente singulis; Omnia Deo prospera efficere. Nobis sollicite esse, neq. contristemini.

Interea Primas Regni non reduxerat Regem, ast remanserat in Aula Regia, ordinaturus ianitores atq. Custodes et Cubicula Regia cum supellectili integrâ mansuras.

In

In Crastino igitur Regni Primas Sessionem instituit cum Senatoribus ac ordine Equestri in Aula Regia, in qua per Consilia decisum. Die 17. September.

Primo; ut Legatus Moschoviticus ante omnia absolvatur.

Secundo ut Legatus Scythicus retineatur, cui Stipendium Scythicum in parte notabili per Centenum octo Millium numeretur, ordinibus Scythicis deferendum.

Tertio. ut Legati alii Exterorum Principum, ad suos Dominos remittantur.

Quarto. ut Exercitui Regni in Russia consistenti, hyberna tempestas per pecuniam paratam redimantur Militesque illi in obsequio a Duce retineantur sub gravi Poena.

Quinto. ut Primas Regni publicet Interregnum, convocetque ordines ad Conventus particulares pro die 15. Octobris celebrandos aliis de more adhibitis solemnitatibus, Judiciorum statuendorum tempus dictura

Sexto. ut Generalis Convocatio Ordinum pro die 5. Novembr. instituatur.

Septimo. ut Primas Regni resideat Varsaviae in Aula Regia, propter occurrentes expeditiones. Cui pro socio laborum adjunctus Cancellarius M. D. Lithuaniae.

Rex igitur jam Abdicatus cum consueta Caterva Militum tam equitum, quam peditum Hungarorum, progressus ad residentiam Nieporetanam, respiraturus post molestias circa Abdicationem sibi attentatas, per Senatores ac Nuncios, eosque sine intermissione. Post cujus recessum et Civitas et Aula Regia multum demiserunt de sua hilaritate. Sole enim recedente ingruunt nebulae plenaeque minusque jucundas exponunt horas. Die 18. Septembr.

Quanquam à Regni Primate Praemonitus, invitaq; Rex ad epulas versus Varsoviam, advenerat lectiamq; et hilaritatem expresserat cui plurimi Senatorum ac Officialium adsisterant, de rebus diversis confabulatus. Aderat et Plocensis Episcopus Gembicius grandaevus: qui gratias retulit Regi, quod Rhedum Madalinium in Coadjutorem Epatus sui assignaverit; virum non fastuosum; sed ad vitae sacerdotalis integritatem retinendam aptissimum. Is Madalinius Camerae Regiae erat et Notarius et Thesaurarius, ad expeditiones Regias vigilantissimus et celerrimus. In crastino Suppellex diversa Regia, ex Aula Regia evecta est, ad Palatium Regale Horto annexum; quam pro libitu suo Rex disposuit, multumq; inter addictos Aulicos de ea distribuit.

Residentiam interea occupaverat Primas Aulae Regiae situs in Civitate; quam usurpatam plurimi Senatorum reprehenderant satiusq; in Aula Archiepiscopali residendum concluserant. Quem sensum Primas acceptavit, Aulamq; suam inhabitare non recusavit.

Promulgatum itaq; est Interregnum; Legati Externorum Principum expediti; Ad rationem Stipendiorum Scythicorum pecunia numerata. Consilium cum Deputatis Exercitus Regni initum nomine totius Cleri; ut pro futuris hybernis ordinandis Trecentis Millibus Florenorum acquiescant ante Festum S. Martini colligendis ac numerandis, ducta proportione omnium Episcopatuum, ac fundorum Spiritualium. Quam summam promissam acceptarunt Deputati Exercitus, etiam Sobiescio Vice supremo Duce Exercitus ipsum approbante. Ad cujus summae dentium pensio Florenor. de Lasso ano, sexaginta, destinata est, sine mora exigenda, et ad cumulum extradenda.

Sed iste Exercitus tempore aestivo nulla pericula bellica degustavit; quinimo oneratus à Moschis in societatem belli contra Tartaros ac Scythas cunctatione usus, pascendis equis tempus insumpsit, quos multos perdidisse proclamaverat, ob incepta et angusta pascua.

Interea Cosaci Legatos suos ad Duces Exercitus Regni, tum ad Rempubl. ordinaverant, submittentes se fidelitatem pro-

stitu-

stitueros omnimode servandam; quandoquidem Praetextu
assumptis armis Turca praesidia Turcica Fortalitiis imponi
Kosaciis destinavit, desumpta ex Cohortibus Janizerorum;
quae mandata Turcica et molesta et praejudiciosa futura
sibi animadverterent, iuxta Tractatus Adrianopolitanos per-
bant suam Gentem ad fidelitatem diram ac obsequia admitti.
Ast Legati ex utraque parte non admodum sunt auditi, ob
perjuria multa admissa, rebellionisque crebram innovatio-
nem.
Tandem a Primate Regni Vitae Literis cum Instructionibus
directis sunt ad Palatinatus, et die 15. Octobris Conventus Par-
ticulares instituuntur, in quibus de Securitate Regni Vacantis
deliberatio formari quaeat. Sub id tempus Moschoviticus
Exercitus et Kosacos et Scythas notabiliter profligavit, du-
ctu Sirkonis Kosaci, cum Calmukensium Scytharum, qui ca-
pitales hostes sunt Scythis Crimensibus, aliisque Ordinibus
Tartaricis, Russiae et Ukrainae vicinis. Ob quam victoriam li-
mendum ne Moschus usurpet sibi totam Russiam avitis quae-
sitam, cuius Polona Respub. domina erat una cum suis
Regibus. Facto igitur Kosaci, Tartari Moschique Tractatus
Pacis Triennalis concluserunt, ne Scythae invadant praesidia
Moschovitica quae diversis Fortalitiis imposuerant. Achmeque Se-
no cum Scythis et Dorosenkum degradent; Praefecturamque Exer-
citus Kosacii, quietioni ac pacationi Kosacorum tradant; quem dum
aliquot diebus impensius inquirerent, Suchowiejum Kosacum Du-
cem Exercitus Zaporovianis nominaverunt, insigniaque Guberna-
tionis tradiderunt eidem, Clavam videlicet ac Vexillum. Vigore horum
Tractatuum firmandorum Scythae, a Moschis notabilem sum-
mam receperunt permisso foedere ad triennium. Quare Kosaci
a Novo Duce Exercitus ad Portam Ottomanicam Legatos ex-
pedierant cum renovatione subiectionis Imperatori Turcico, ma-
gis inclinati ad obsequia Turcica exhibenda quam ad Con-
iunctionem Moschoviticam Fide Graeca et Lingua non valde
discrepante, eandem persuadentibus. Ioannita sui degradatio-

NB.

ae Porossenbus ad Fortalitium Czhenio dictum, se cum fido
affectu recepit: quo in loco oppugnationem (in quantum Foede-
rati hostes eandem attentare elegerint) omnibus viribus exce-
pturum se pollicitus: ad cuius rei feliciorem eventum Vexatores
Humanenses pro suppetiis accedere invitavit, qui non gravatim
eas laturos se promiserant, in quantum potentia hostium es-
set superior.
Interea Conventus Particulares celebrati in Palatinatibus, in qui-
bus privatae factiones dissidia animorum causaverant, et
in Terris plurimis, dissoluti sunt praedicti Conventus; in Ma
iore autem Polonia, in Sessionibus publicis processum ad arma
propter factiones antiquas, inter Lubomirskium ac Regem
diutius promotas. Porro in Palatinatu, seu Ducatu post
Masoviae, Varsaviae Conventus celebratus cum Zelo Fidei
Catholicae à Haereticis ac Iudaeis coinquinationis, elibe-
randi: et iuxta Privilegia antiqua Ducum Masoviae, nullus
Calvinorum, Lutheranorum, Iudaeorum audeat morari in
dictis Terris ac Districtibus spectantibus ad eundem Duca-
tum: sub poena confiscationis bonorum, ac poena colli.
Quam intentionem strenuiter promovebant, praecipue Ma-
zovitis Ducatus, etiam Episcopo Posnaniensi Wierzbo-
wskio, ad eundem finem adlaborante. Quare in triduo
Mercatores omnes, Scoti, Angli caeterique diversarum Sectarum in-
quinati de Civitate cedere sunt adacti; Protectionem
tamen à Primate Regni aliisque Senatoribus impetraverant,
ne desperato fulminis proscriptionis et ejectionis percus-
si, damna incomparabilia in fortunis suis pati cogeren-
tur. Laudabilis profecto Zelum ac factum illius Ducatus
restrinxit plurimos Sectanos, qui totum Regnum Polo-
niae ferme occupaverunt, damnorum plurimorum adhibitum
occultum exercentes, contra iura Fidei ac Leges Regni.

Publicati

Publicatâ Abdicatione per Vicina Regna; Imperator Romanus Leopoldus, Exercitus Germaniae partes notabiles, à bellico Turcico, expediuit; relictis tantum Offitialibus cuiuslibet Cohortis ad faciliorem in quantum tempus suaserit militum lectionem. Per quam exauctorationem Militis, vicina Regiones stabant latrociniis etiamque Regni Poloniae angulos idem inuaserat infortunium; quod tamen Primores Regni, Cohortibus armatis ubique reprimebant, multosque de audacioribus gladio, sub Judicionem Capitalium rigore, consternebant.

Porro ad terminum Mensis Octobris, Nobilitas Polona Conventibus Particularibus partim peractis partim distractis in quibusdam Palatinatibus propter aemulationes factiosas, Publicum Sessum Candidati ad Regnum quaerendi, in eo prospectu tenendum decreuit. Quem tredecem Conditionibus firmandum censuit. nempe.

1. Ut Candidatus Regni quaeratur, Princeps Catholicus nec Haeresi nec Schismate infectus, à Maioribus Catholicis Fidei Orthodoxae lineam continuam trahens. Magnum enim Regnorum stabilimentum est, Fides intaminata.

2. Ut quaeratur lineam Regalem aut Ducalem habens, trahensque eam antiquitate ac Prosapia eminentem. Natiui enim Duces aptiores sunt ad regimen Reipublicanum; quàm nouiter facti ac creati.

3. Ne habeat tempora sua redimita Corona aliena. Non enim duobus Regnis praesentiam suam poterit impertiri: quinimo Vice Regum uteretur ministerio: quos populus Polonus pro legitimis administratoribus Regni, nec agnosceret, nec eis facile obtemperaret.

4. Ne sit succinctus propria potentia neque aliena seu externa. Libertatibus enim Regni formidabilis esset quas leui de causa omnis exactis frangeret. Statumque Polonum libertatibus eximiis fulgentem facile immutare posset.

5. Ne quaeratur Candidatus ille qui percupit dominari Polonae Genti; sed ille quem Polona Gens desiderat Domi-

aut eligere. Invita enim Electio nunquam succederet bene, si aut per clandestinas factiones causaretur, aut per armorum ostentationem curaretur.

6. Ut quaeratur ad Res bellicas aptus, omnibusque bellicis incommoditatibus ac tempestatibus perferendis assuetus. Poloniae enim Regnum, ad quamlibet Anni Partem expeditiones agere assuevit, eiusque populi nec ardore solis, nec rigore brumae, a hostibus arcendis impediuntur, quandoquidem vicina hostilitas tempora omnia Anni, suae commoditati ac hostilis invasioni solet accommodare.

7. Ne quaeratur Candidatus aetate provectus, aut admodum Juvenis. Aetas enim media, ad naturas regnandi functiones plurimum apta esse solet. Neque multa prole beatus aut gravatus quaeratur. Magis enim prolem suam ditescendi modis augeret, Campusque deesset Cives benemeritos sublevandi. Ideo Poloni de Gente sua Dominum ac Regem eligere non permittunt, ne Sanguis Nativus Regis splendore Regio nitens, ditesceret, paritatemque ac aequalitatem Civium contemneret.

8. Ut ad Liberalitatem, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem tractandam sit cautus; istis enim dotibus Principum Regna florent ac in statu pacato conservantur.

9. Ut sit Candidatus parato ingenio, subtilitates, artes factiosas contemnens, adulatores spernens, inimicitias Civium inter se componens, admoto etiam Legum rigore. Ita enim pacata tempora Regni numerabit in annos plurimos.

10. Ne quaeratur Regni Candidatus flagrans odiis ac inimicitiis Externorum Principum ac Regum. Ad has enim sopiendas enervaret vires populi sui, quae sunt servandae et armandae ad vicinos hostes propulsandos Poloniae Regni, non autem ad longinqua Regna perturbanda; cum quibus Poloni nullam vicinitatem habent.

XI. Providendum ne quaeratur Candidatus alumnus alicuius
Regni aut Imperii, neve propriam aut alteram dependentiam ha-
beat, per quam suum alienumve interesse promoveat. Ita enim
cum alienis curis modificandis et facilitandis occuparetur
Polonusque populus, Proinde ad tractanda aliena commoda, incom-
moditates summas invitati experiretur.

XII. Quaerendus talis qui Polonis Gentis moribus conformetur
et quique Leges Regni invertere non praesumat: tum qui Sae-
vitatem poenarum in legibus descriptam ad crudeles modos evo-
care non audeat; sed Clementiam Regiam habeat ante ocu-
los imaginariasque iniurias sanguinariis poenis non compenset.
Severa enim et crudelis animadversio, Subditos fideles ad
ausus desperatos plerumque armare consuevit.

XIII. Quaerendus non egestate laborans, sed nervo belli valens,
maxime ad restaurandas partes Regni, avulsas vindican-
das. Quandoquidem pro eo statu temporum, Regnum Po-
ad mutilatum est, atrocibus bellis valde diminutum, ita et
necessario Rex Poloniae conatus de repetendis Regionibus
avulsis cogitare debeat, ex quibus multi proventus ac redi-
tus ampli proveniebant, aerariumque Regium augebant.

Facta itaque Ventilatione Conditionum praemissarum, Promo-
tores propensi in diversos Candidatos, providere tenentur,
ne propensione sua nimia et quidem factiosa inutilem ac
infructuosum Principem praeficiant Regno Catholico. Dis-
sidentes enim Religione Nobiles Poloni, ambiunt quae-
rendum talem Principem, sub quo sectas haereticas firma-
re novasque aut iam e Regno proscriptas inducere posse[nt].
Sed illi Genti atque Regno non est quidquam boni exo-
ptandum, quod in sinu suo fovet Iudaeos, Calvinos, Lu-
theranos, Atheistas Fictosque Catholicos, qui statum Ortho-
doxae Fidei pessundant, invertunt, inquinant, infirmant, se-
verasque Maiestatis Divinae poenas provocant, et dira duraque
flagella in terga Polonorum praeparant.

117. Sed quia Publica Vox ac sensus communis Polonorum
diversos Candidatos ad Regnum Poloniae per Abdicatio-
nem vacans Serenissimi Joannis Casimiri proponit, Saxonem
Gothorum, Vandalorumque Hereditarii Regis obtrudit, iam Gen-
ti Polonae iam Religioni bene ac male affectos: ideo Sen-
sum eorum apponere, non extra materiam, licebit: per pa-
ragraphos. De Inclyta Domo Austriaca. §. 1.

Circa eam Domum, Religionem Catholicam promoventem,
diversi sunt sensus Polonorum. Alii eam venerantur ac am-
biunt; alii metuunt, et odio fundamentum non habente pro-
sequuntur. Sed iste Metus premit Dissidentes ac Haereticos
urgeat: qui in Regno Poloniae liberrime vivunt atque ad
Electionem Principis admittuntur. Qui Sectarii ac Profani
Cives Poloni metuunt ne ista Domus Absolutum Dominium
ad Poloniam deferat, quo importato paucorum aut multo-
rum Dominatus per licentiosam libertatem firmatus, tollen-
dus esset, Liberaque Exercitia Sectarum essent prohibenda.
Metuunt item atque fundamenta ac Turcici belli fontes
à Domo ista in Poloniam ordinarentur. Metuunt item ne
Gallicae Coronae Aemulatus ob Imperium in manibus Austriaco-
rum haerens, implicaret Gentem Polonam bellis ac damnis.
Insuper asserunt eam Domum non sufficientem bellis continu-
andis, aut inferendis quasi esset exhausta, ob amissas vi-
res per diuturna bella. Ridiculus sensus Sectariorum pro-
fecto! qui Turcam non poterant exturbare e Poloniae Re-
gno nisi vocatis subsidiis ab Austriaca Domo. Jamque be-
neficii immemores, spuunt in caelum, atque hanc Domum ex-
cludunt à Regni Consensu. Non sunt somnia de ea Do-
mo fingenda, ut non ambiret Regnum illud, in quo
Sectariis omnia licent. Attamen Religio Sacra, alta desi-
deria ac suspiria promovet, ut ex Domo Catholica peteretur
et quaeratur Rex inaugurandus. Quare sola Protectio Au-
striacae Domus uti Potentissimae ac Zelantissimae, esset im-
petranda, ne Grex iam pusillus Polonorum, à lupis ac Vi-
sis

sis diuexetur et laceretur.

§. 2. De Regno Gallicano.

Hoc licet Liliis abundet, Statuunt tamen plerique Poloniae
Proceres, importatum in Regnum infelix Lolium, perversi
suorumque Conversum. Licet enim Catholicae Fidei Virtus pro-
movere videatur; tamen contra Sectarios militiam non e-
duat, magisque aestimat unam et alteram Regionem armis
acquisitam quam Religionem. Hinc Sectariis ipsis domi-
bia in Gallia non inhibentur, lucra de illis non tamen dubi-
ae salutis, quaerens. Et quamquam asseratur Virtute et
auro seu aere (quod est inusitum per Gallos in Poloniam)
potens, tamen Virtutis Gallicanae distincti fuit per diversa
Dominia, Morbi fastidiosi. Crepitant nonnulli promptos
esse Gallos ad vindicanda ablata, et restaurandas ruinas,
aptosque ad rem Oeconomicam, ad Commercia, ad opes acquiren-
das: ista tamen nequiunt acquiri, nisi cum aliorum damnis
ac ruinis. Allegant ceteri. Domum Gallicanam ob artem
regnandi in prole, Regnum ab exactionibus Militaribus, atque or-
dinariis Contributionibus gravaminosis obliviaturam Regnum id
ruisseratum. Id profecto magis esset optandum quam de-
[spe]randum; quia ex unguibus facile cognoscitur Leo.
Edocta Polonia quam nocivus fuit Conventus Henrici, li-
multis exemplis! Metuendum et nunc Regnum istud, cum Prin-
cipe Condaeo; qui etiam Turcam provocavit et cum ad Regnum
promoveat sive per fas, sive per nefas. Edocta Gallia
quam sibi paravit ingenio Condaei! Poloniae opus est
Rege recto, pio, zelatore Fidei non factioso, non avaro.
garo: non promotore ac Protectore Sectariorum.

§. 3. De Filio Moscoviae Imperatoris.

Multa promissa suadent Filium Moscoviae Imperato-
ris vocandum ad Regni habenas tractandas maxime ob
bonum publicum, quod Moschus Dominia Sua Fide et bar-
bare coniuncturus esset cum Regno Poloniae, viresque copula-

turq et animos, Fide Communis et Matrimoniis liberis
Subditorq Domini sui emissurum, in aequalem unionem Polono-
rum communicationem; ut ex eo fundamento Polonia tutior
sit a suspicione potentiae Moschicae, ad normam Ducatus
Lithuaniae omnia conformando. Qui Moschus juxta sen-
sum Polonorum maxime vero Lithuanorum) civium Arbiter
Filium suum promotum ad Regni Fasces tractandas
per viam educationis eruditionis, vinculi Matrimonialis cum
Consorte Catholica insuadi, qui moribus ac lingua pro-
ximus est Genti Polonae, ipsisq habitu non dissonus ac
discrepans. Talique modo ablata Dominia ac Terras sub-
mittet se restituturum Polonis ac ab aliis possessa recuperan-
dum, et arte et potentia, finesq Regni muniturum.
Egregia profecto sunt promissa, sed alieno ore ac ingenio
amplificata, vix precatum optandum sunt habitura. Gens
enim Moschica barbara est, et ad novandas res proclivissi-
ma; ad credulitatem per naturam propensissima. Schisma-
ti tenacissima. Latinis inimicissima. Servitutis perpetuae
circa subditos exercendae accuratissima. Quae omnia dsii-
cere naturamq suam permutare, vix possibile est per in-
va humana; nisi sola Divina ex lupo efficiant agnum.
Per eos potentiam Civis Polonus frangeretur, Jura subver-
terentur, Porro levi de causa trucidarentur juxta con-
suetas domini Moschovitici censuras. Per eos inaugura-
tionem Turcicum sustinere bellum exurgeret, ipsisq Scythis,
hostes Valachi, Moldavi, etiam Transylvani ac Hungari ho-
stilibus armis Poloniam impeterent odio ac metu potentis
Moschicae. Ceterum accederet vera lucerna Fidei, Morum
ac Legum, omnia florescerent, Divinique Imperii nota es-
set admiranda.

§. 4. De Principe Neoburgo.

Sensus est multorum, esse natum Catholicum affinitate
Regno Polono proximum; sed quia non a Polonis gub-
itur

vitur, quinimo ille promotione Interessatorum Exter. Po-
lonis periculosiorem, Regnum vacans sibi deberi autumat,
illudque se justissimum armatis potius committere, metuen-
dum ne suo ambitu amittat liberae Electionis Iura. Tali
enim facto violaret iura Electionis liberae, quo pactos
animos vulneraret Polonorum. Et quidem Consilium eius-
modi, Consultoribus esset nocivum, qui promoverent eum
per aspera consilia, etiam obedientiam parandi, induce-
rent, qua durante, non diuturnum foret eius dominium,
neque tutum ac firmum. Adhaec prole numerosa gaudens
multum detraheret de bonis Reipub. eorumque proventibus,
quibus aucti domestici, praecluderet viam benemeritis,
potentibusque Regiis concederetur abusus. Ideo etiam terre-
stria bona exhaurientur Militiae alimoniis, quaerendis
quum Sortes Principum exemptioni subiici deberent.
Indeque sequeretur defensionis Reipub. ac Libertatum cui-
dam difficultas ac praepeditio.

§ 5. De Principe Brandeburgo.

Is est natus Helveticus, qui licet labem suam abdica-
verit propter Regnum Poloniae, tamen magis esset Catho-
licus fictus quam factus. Et licet sentiant quidam Re-
gno Prussiam incorporatum iri, eadem foret restitutio
quam incorporatio, quia tota Prussia Juribus Poloniae olim
subiecta erat magnis praeliis peractis cum Cruciferis:
sed Tractatus ac Foedera praejudiciosa, injuriosam pos-
sessionem tradiderunt Vasallo. Adhaec Filios habet
multos, habiturus plures ex novo Connubio, per quos o-
pera Consiliariorum in ditionibus suis foveret haere-
ticos, in Regnumque Poloniae induceret Sectas, per conniven-
tiam vel per impunitatem vel per Matrimonia, sub pal-
lio Juris ac Legis in Polonia a multis annis prohibi-
tionis satis sancitae: (Pacem inter Dissidentes tuebor)

taliq modo Heretici in regnante Augusto, reuiuisce-
rent, caputq suum monstrosa Hydra erigeret, magno cum
periculo Fidei Romanae utriusq Regni Poloniae. Etiam
incorporatio Prussiae frustranea esset propter exdiuisi-
onem inter filios, et propter ambitionem Grandis Electo-
ralis: qui tamen Ducatus desolationem notabilem videret
in futurum, ex eiq prouenientibus penuria diis sedes obori-
tur.

§ 6. De Principe Florentiae.

Hunc existimant plerique, Poloniis gubernio accom-
modatum esse, cum sit vere Catholicus et longinquus
Princeps; aliis Principibus nec odiosus, nec inimicus, ad
res bellicas idoneus, aetate florens, auro non indigens
quibus omnibus praesidiis, posset leuare cives Polo-
nas, atq regiones ablatas recuperare. Quem si Pon-
tifex Summus Clemens IX. recommendabit Poloniis, eli-
gendi rationes fortiores essent ac firmiores.

§. 7. De Principe Lotharingiae.

Licet excludatur à Concursu ad Regnum, Domus Gallica-
na, eo quod ante tempus et modis non admodum congruis
ac licitis urserint Electionem, tamen in Principem Lothari-
giae futuram sortem Regni plerique concludunt, licet fu-
gas coniunctiones cum Gallicana Domo habeat, eo quod
non admodum Factiones ac Factiosos sapiunt: tum quod
ad opprimendos subditos aut conseruandos difficilis sit, ali-
ter Consiliariis suadentibus: ac insuper quod et Summus
Pontifex modernus Clemens IX. existimet eum esse eli-
gendum, istaq Domus Austriaca utriusq Imperator Romanus
promotionem eo in negotio (multis aliis postulantibus)
illi non denegat. Qua de Causa sub tempus Conuocatio-
nis Generalis Varsauiae celebratae à die 5. Nouembris

usq ad diem 29. Mensis, Sanctissimus Pontifex Summus
Clemens IX. Annum Jubilaei Regno Poloniae concessit
Ut tempore Interregni supplicetur Maiestati Divinae, qua-
tenus illa ipsa dignetur providere Principem accommodum ex-
genti Poloniae et Christiani antemuralis defensioni.
In qua quidem Convocatione Regni Proceres id statuendum ad-
mittebantur, ut quilibet Nobilis ad Actum Electionis conveniens
ante nominationem futuri Principis expresso corporali iu-
ramento confirmet, quia eum quem nominaturus est, nosset
sibi Reipub. utilem futurum: tum quia pro isto suffragio ni-
hil accepit nullamque compensationem sperat à quoquam
sive directe, sive indirecte Corruptore. Modus quidem is
plurimis visus debitus ac rectus: attamen Ordo Spiritualis ei
fuit contrarius: aut ne periuria admittantur, aut ne ipsi no-
minationi palliatae subiiciantur. Quilibet enim pro voto suo
promittit sibi Gratiam Regiam certo licet incertam nomina-
tionem promoveat Principis. Scio sententiam de illis qui
aut epistolariter aut per intercessores requisiti sunt, versa-
bant illi, qui favorem sibi postulant. Attamen Juramen-
tum ad eam Formam renovatum stetit: quod quilibet Nobilis
ad Electionem praesens, facere tenebitur coram Palatino aut
Castellano aut Officiali Palatinatus ac Terrae suae, sub one-
re conscientiae. Ipsiusque Juramenti tenor eiusmodi conclusus
Ego N. N. iuro Deo Omnipotenti in S. Trinitate Uni, quod
non interpretare ullo modo Juramentum meum in Electionem
Principis futuri non sum, nec volo esse obligatus neque ver-
bo dato, neque aliquo modo adhaereo gravis factionibus, neque
donaria accepi aut accepturus sum sive per se, sive per substi-
tutas personas: sed iuxta Conscientiam et Leges Patriae
Principem ad Regnum eum nominabo quem dignum exi-
stimabo, neminemque promovebo, inducam ad thronum Re-
gni, nisi eum qui unanimi consensu, et concordibus voti-
omnium eligetur. Quod si pars sequebatur cuiuspiam ante
eas totaliter relinquo ac abnuo. Et qui regnante Rege

abdicato modis incompetentibus, contra Jura Regni conne-
rebat ad Sceptrum, cum nec eligam nec nominabo. Stante Reg.
adiungit et hoc Sana Dei passio.
Conclusum quoq[ue] in eadem Convocatione Publicam Nobilitatis Ex-
peditionem haberi in promptu paratam, ad quaecunq[ue] orienda peri-
cula extinguenda, obviandam. Exurgente enim quod Deus aver-
tat dissensione animorum Ordinum ac Statuum eligentium Principem,
indubie exurgerent commerciatum motus, qui difficilem modum
facerent unicandorum votorum pro Principe accommodo Regno.
Cui Expeditioni contrarii erant Proceres Lithuaniae, eo quod fa-
ctionem antiquam Condaei promovendi, stante Expeditione non
possent ad vota sua pertrahere. Istis Consiliis non aderat prae-
sens Marschalcus Regni et Dux supremus Exercituum Sobiesky.
quia post abdicationem publicatam, Varsavia moverat, ad For-
talitia Prussica in Limitibus Regni haerentia revidenda, eisq[ue]
praesidia firma relinquenda. Circa quem Actum immoratus, nun-
cium acceperat de reditu Coniugis suae ex Gallia parati: quae
securioris partus gratia discesserat in Galliam, permensis Polo-
niam periculis ante lapsi anni, ob Scythicam invasionem et
grassationem per Districtus Russiae. Illa illa est foemina, quae
Zamoscio primis Nuptiis coniuncta erat non admodum fidam
coniunctionem retinens cum eo, cuius Clenodia aurum, preciosamq[ue]
Supellectilem in Gallias transportaverat. Quare et Sobiesky ve-
hebat, ne simili arte peregrina Coniux Domi residentem Ma-
ritum eluderet. Quare rediit una cum Filio infante, quam
gavisus Maritus redeuntem salutavit versus Gedanum.
Quia vero Annus Sancti Jubilaei Duabus Septimanis durationis
publicatus erat per totum Poloniae Regnum ac M. D. Lithuaniae.
istius absolvendae Devotionis Gratia, advenerat Rex Suetiae
Die 20. Novembr. ante Poloniae abdicatus Varsaviam, in Palatio proprio veli-
natorium habens: cui plurimi assistebant ex Proceribus, cumq[ue]
ad Ecclesias visitandas comitabantur. Regiis Literis instan-
tia facta ad Ordines Regni, et de Summa Provisoria Regi
abdicato providerentur, tanq[uam] Moneta numeretur, quam ad Ex-
teras Regiones requirat importari Moderna Moneta. Respon-
sum est; et Rex Suetiae permutatione Status, perversa Monete
in ne:

in meliorem, et quidem ministerio eorum Consultorum qui
tam exitiosam Nummariam artem, in pernitiem Regni totius
excogitaverunt. Ex qua occasione de reparatione eiusdem Monetae
consultatum quam impossibilem plurimi deduxerunt: quia in solidis
materia adulterata aeris resultat, in Tynphis seu Fertonibus ar-
gentum bonum suppressum: ita ut ex decem Fertonibus nequeat Ta-
leri unius prodire bona qualitas. Quare deductum apparenter, Gentem
Polonam omnesque status habituros damna evidentissima brevi, ex ea-
dem pecunia falsificata quam omnia Regna ac Terrae vicinae iam
exosam pedibus conculcant. Ad ingressum enim Novi Principis no-
vi nummi erunt producendi quibus productis antiqua Moneta
nullum valorem est habitura: redibuntque illi casus metuendi, qui
sub tempus Valachicorum solidorum inductorum, et Poloniçorum anti-
quorum Abrogatorum nullo quidem iure aut commodo publico, fre-
quentes erant. quando et Mercatores et Villani homines violentas
manus sibi inferebant ob damna evidentia perditae Monetae.
Etiam ipsi hostes Poloniae domini: et post Tartari Moschi
inter praedationes tales nummos invenientes aquis eos immer-
gebant, aut coeno luto iniiciebant: Captivosque potiores se-
veris verberibus castigabant, eo quod essent auctores cum suis so-
ciis tam perversae pecuniae. Profecto castigandi essent et in-
ventores et artifices et officinae Nummariae Praefecti severis
suppliciis qui ingentem copiam Auri, argenti adulterata mixtura
corruperunt talemque monetam induxerunt ablatis ac spoliatis
Ecclesiasticis vasis argenteis, nullo merito, quinimo impio ausu
à Cleri usu pio ereptis: cum dira et severa animadversione in
reluctantes contra quos etiam Censurae Ecclesiae fulminabantur.
Ita Auri Argentique sacri fames impia pectora armaverat, ut fa-
cilia essent in spoliatione Ecclesiarum, Claustrorum, Capellarum
Praebendarum, etiam Xenodochiorum, quae loca, donariis amplis ad
Cultum Divinum servientibus, pii Fundatores auxerant, dotaverant.

Jam vero de Russiae statu atque foedere Moschorum cum Tarta-
ris diversi eventus subsecuti. Pertaesi enim Scythae quietis ac
naturalis depraedationis ruperunt initos Tractatus, suosque ordines
ad Moschos praesidiarios exturbandos converterant, ductu Sucho-
wini recentis Ducis Zaporoviani: qui etiam brumali tempore Mo-
schos turbandos per literas Vezyrem suasit, ne dissimulatione

diuturna, et prosperiore tantarum Virium potentiores evadant Moschi, futuri post et Kosacis et Scythis et Polonis graviores.
Ex adverso Doroszenkius antiquus Dux Kosacicus degradatus, Ordines Kosacorum sibi adhaerentes stimulat, ad Concordiam cum Polonis ineundam, debitamque fidelitatem servandam; et contra Moschos arma praeparanda. Eapropter Dorovulicius et Romanadonius praesidia in ulteriore Russia ats Ukraina locata firmaverunt; ad quae supprimenda Agmina Scythica sunt deducta magno cum robore hominum: quod robur prostracturos credunt Calmutenses Scythas, qui adhaerent armis Moschowiticis: Moschi enim non tantum in hominibus ac accolis illius Russiae, magnam stragem causaverunt causantque sunt; sed fruges in campis devastarunt, devastantque in hucusque flammis ad acervos adiectis, servatas autem in fossis fruges in granariis, aquis profundunt, ut putrescant, et corrumpantur: sicque per inopiam penuriam Kosacos eorumque socios Scythas, enervare nituntur. Quanquam Scythae Moschis non parcunt, ipsosque Kosacos extra Castra et Cavagines vagantes detrudunt franciis? superantes quamprimum solitudinem et vastitatem efficere in illis partibus, quae olim abundabant cuiuscunque generis alimoniis ac divitiarum domesticarum.
Ast Varsaviae infelix omen acceperant Ordines sub Consultationis ex cuina Fornacis noviter extructo in Stuba Senatoria; quae in ferramentis robustis ac columnis ferreis constituta videretur, tota cecidit, divulsaque est in partes multas. Is tamen casus fornacariis
Casus. a quibusdam adscriptus: aliis casum tribuentibus obnimiam lignorum iniectionem per calefacientes pedites. Ut ut est. Stet casus Fornacis, non autem carabonum consultantium.
Torquendum etiam esset infaustum omen, ab Universitate Cracoviensi, quae Regno Poloniae est Assymbola et Parallela: eo quod in Rectore Eligendo Mense Octobre, dissidia disiunctiva pro
Omen. Professores publice cum scandalo effecta sint; quae adscribenda sunt ingeniis fervidis, non animis; quandoquidem penes eos est Cultura animorum arctius tenenda, quam ingeniorum: quia superba et fastosa ingenia raro faustas Consultationes efficiunt. Etiam Scholasticos discolos ab inhabitatione Parnassi, quondam Apollo exacerbatus, proscripsit, solearque Pegasi frontibus
eorum

eorum ingressione ignita efformari curavit; ut dignoscerentur fa-
cile seditiosi à paratis improbi à probis.
Ast vigore Juramenti adimplendi; iuxta tenorem superius inser-
tum, Episcopi urgebant Sententiis liberis, ne ista lex Clerum nec-
sitet atq; stringat; quum fides totius testata Reipub. atq; Principi
eximendum esse non dissentiat. Ceterum Secularis Ordo pars con-
sentiebat, pars dissentiebat, ne Clerus eximeretur ab onere iuramen-
ti, quandoquidem pervulgatum habebatur ante biennium fortiter
promovisse partes Gallicanas, ob donativa ac munera accepta Clerum
Superiorem; quae promotio nunc abiuranda est in facie Reipublicae,
ut unio animorum illibata persistat in eligendo sine factionibus et
corruptionibus Principe idoneo.
Interea quidam ex Ordine Spuali sententiabat unumquemque Civem
sive Spualem sive Secularem praestare iuramento, non debere esse
contrarium, ad evitandas corruptiones, quandoquidem certum sit ac
probatissimum unum è Primoribus Ecclesiasticis, accepisse Imperiali-
um 70.ma praeter Aulaea pretiosa, atq; donaria metallica. Ad haec
sententiam Seculares, tanquam multos congregat, requirebant ex-
primi, ut persona nominaretur. Quo in puncto exortis contentio-
nes pluribus alios Corruptos à Gallis referentibus.
In crastino Primas Regni, valetudinem suam debilem admodum ex-
ponebat, petebatq; Convocationis terminationem seu aut dispen-
sari Senium; si praesens non fuerit quaestionibus reliquis terminandis.
Reclamatum eius petitioni nullitatem praestatur Conventus omnibus
inferentibus. Tandem ex contentione Spuatium obiectum Cuidam
Tiarato Senatori eum accepisse ac possedisse Tiaram, non sor-
tibus Apostolicis sed sorte Chartarum lusoriarum. Obiectori respon-
sum est, quod Tiaram Superiorem accepisset, per promotionem mu-
liebrem. Haec Contentio gravis et scandalosa fuerat, et in pu-
blico Consessu prolata. Quapropter infensis animis ac lassis cor-
dibus, vesperam seu crepusculi tempus adiit medellam, sessioq;
illa inauspicata in diem sequentem dilata.
Certatum deinde diversis Consiliis, multisq; dies, etiam gelidissimi
usq; ad Festum S. Andreae Apli in altercationibus consumpti.
Tandem terminus tribus diebus adiectus pro Electione destinanda, fa-
ctus: atq; in futuro Anno, limen Electionis inchoandae assignan-

tum; dies nimirum Secunda Mensis Maii. Non omnibus istud ta-
men placuit, Subveniebat praecipue ac commoditas temporis Elec-
onis peragendae Statuta, commoditatem Candidatis porrigeret
ad ducendos Exercitus aut arma producenda; quae Hybernum tem-
pus facile impedire posset. Eo enim tempore vel Verno, Flori-
bus Poloniis inimicus aer potent adducere commenta aut inter-
na aut externa. Stetit tamen destinatum Electionis tractandae tem-
pus.
Quare de more laudatissimo, Judicia Capturalia in Palatinatibus
ac Terris Regni, aperta sunt gratiâ Securitatis publicae tuendae
quae ob Interregni licentiam solebat violari. Judices itaque Electi
apti plurimi, qui materiam Judiciorum celebrandorum vix habebant
propter incolarum modestiam, qui variis seditionibus per multos
annos vexati, satius eligebant quietè vivere, quam securitatem
publicam perturbare. Attamen milites exauthorati, et ex variis
praesidiis praesertim Bracławensi ac Biłocerkiewsi educti, quos Sta-
churstig non inepte dixerat, Servitio militari carentes variis in-
cursibus latrociniis attendebant, quos Judiciorum potestas coerce-
bat Stylo ferreo, maxime nimirum diversorum convictos.
Etiam Silesitani praedones uti contigui limitibus Regni trans-
gressi limites, Spoliabant plurimos, etiam necabant eos qui se
defendere adlaborabant; sed etiam in hos Capturâ animadversum
tandem capitalibus poenis provisum Securitati.
Jam vero Miles Ordinarius Regni excubabat ad limites Russiae
usque ad Festum Natalis Domini tandem moram pertaesus descen-
dit ad Hyberna quaerenda, licet tempore aestivo ac autumnali
careret experimento bellico, ob castra locata in longinquis par-
tibus à Kosacis ac Scythis, Ulteriorem Russiam commeantibus.
Etenim à Turcico Imperio Bassae quatuor Submissi; qui acervi-
tis agminibus Scytharum, Kosacos fluctuantes in Subjectione Portae Ot-
tomanicae, etiam invitos juribus Turcicis ac mandatis Sereni vale-
ant subiire. quandoquidem Doroszenko Dux Exercitus Zaporovi
redire ad Subjectionem Polonorum Gentem Kosaciam permovebat,
jugumque Turcicum excutere, et promissam Protectionem abiicere
persuadebat. Ad quam invitationem Turcicam complendam, Scythae
pertraxerant Kosacum Suhowiejum, ut iuxta illorum linguam
Su-

Suhabry: quia submisit se transitum ad Turcicos intus pagani-
tatis, etiam per Crimensionem adversam. Quare, et Duren se Kosa-
cum appellitabat, pertrahebatque Kosacos multos ad societatem sui; ne
deflecterent ad Moschos sanguinis et ritum Graecum, et mores con-
similes coniunctione armorum, coniungerent. Metuebat enim Turca
ne tali animorum et coniunctione armorum Moschorum cum Ko-
sacis potentior fieret Moschus vicinitateque transitum ac viam in
Valachiam, postmodum Turcicos angulos penetraret. Eapropter
Scythae Kosacis remotionibus insidebant, Moschorum irruptiones
impeditum; et coniunctionem Kosacicam perfractum.
Postquam vero Polonus Miles de Castris movit ad hybernos
recessit; e vestigio agmen Scythicum advenit, Castraque vacuata
occupavit, hyemem transacturum, in vicinitate Kosacorum; ne ad
Moschi partes transitum procurarent. Usque itaque Kosacos ad
mandata Turcica pertraherent nisi poenarum; aliquot agmi-
na eduxerant, intra partes Kosacorum; et progressi usque ad Wi-
sniowiecenses campos, multam Russicam plebem, captivam consueta
diminuerant.
Jam vero Legatos Scythicos, qui ad Convocationem descenderant
Varsaviam, pecuniam; cum pecunia multa à Polonis contributa,
Milites Poloni usque Kamenecum deduxerant; qui fidem suam
interponebant: agmina Scythica non progressura, in partes Rus-
sicas: quas illi iam Turcicas nominatas esse reputant: per Ko-
sacorum requisitam; qui ad Turcae protectionem defendere obse-
rvant ob Tartarorum crebram invasionem; qui etiam sub protecti-
one Turcica mansuros, semper sugillabant, spoliabant, et pro
mancipiis domesticis reputabant. Siquidem antemurale quoddam
non impotens ex Kosacis ac Russis habitum sub Turca consi-
stens: semper formidolosum erit Palatinatibus Russiae, Podoliae
Volhyniae, iamque patebunt transitus (quos illi Szlaki compellant)
usque Leopolim et ultra. Quolibet itaque tempore, Polonia tuta
ac secura limina sua non habebit, deductis armis hostiis
in intima loca, quae carebunt suis defensoribus.

Sub itaque finem Regni Vacantis Poloniae, non dissonum videti-
tur apponere Concurrentes ad Sceptrum Vacans, quos licet supra
commemoravimus quasi in Communi interea tamen Specialius spe-
culandos duximus producendos. Et licet alii non cogitent de Concur-
su, aut ob longinquitatem, aut ob inhabilitatem, aut denique ob Fi-
dei adversitatem; tamen quia imaginatio humana etiam in rer-
bellis Poloniis sita otiari nescit, ideo iuxta spatia imaginaria
enarrabuntur personae, iuxta seriem superiorem.

1. §. Domus Austriaca promovere asseveratur ad Concursum Regni Fa-
miliam Ducum Badensium, in qua alii sunt labe Haeretica asper-
si, ob quam Throni Poloniae obesse ipsis imaginantur; Alii Catho-
lici nati e lumbis paternis ac maternis addicti, quorum in Stir-
pe consistit Princeps Ferdinandus natura planeque consumptus aetati-
bus propior ac vicinior liminibus mortis quam insignibus Regni
Poloniae. Isti non desunt Filii. Princeps Ferdinandus agens an-
num 40. cui non deest Filius decennium supputans. Alter est
Leopoldus, ultra annum Trigesimum productam aetatem habens:
is fuit Exercitus Auxiliaris contra Turcam ante aliquot annos
Ductor non infelix; protunc Copiarum domesticarum Imperato-
ris Romani supremus Gubernator; quem Hungari testantur
non segnem in rebus bellicis. Filios binos habet bimum et
unius anni infantem. Tertius est Hermanus attingens Trigesimum
annum, qui praeest Imperialibus signis militantibus in Flandria
excubantibus. Potest itaque fieri ad Ordines Regni inductio
horum Ducum, maxime quod Domum Jagellonicam affini-
tate tangant, tum quod sint mansueti, parvum bonorum, se-
quaces semper ad militaria officia non inepti, divitiis super-
nis carentes, ob quas nonnunquam Principes superbiunt, Gen-
tesque sibi subditas contemnunt.

2. §. Domus Gallicana, adlaborat promovere ad Sceptrum Vacans
Principem Condaeum, et quidem loco primo non postremo, qui
licet a Republ. Polona repellatur aut excludatur a Concursu,
tamen ista Exclusio palliata ac simulata reputatur ab omnibus
Gentibus; quandoquidem plurimi Senatorum, sunt illi devincti
ac

ac obstricti; ita et sub tacito conditamine fortius fovebant fa-
ctionem alias ante biennium iuramentis roboratam, et armis con-
clamatam. Foeminae ipsae Senatorum Consortes vestitu Galli-
co sequacissimae tanquam Symbolo commendant viris Candi-
datum praeassertum, legemque iuratam imponunt, ne aliorsum vo-
ta sua ordinare praesumant. Jamque conclusum apud eas, me-
liorem, ditiorem, bellicosiorem neminem reperiri inter Principes, nisi
solum Condaeum. Nebulam opponunt Reipub. plenique quasi Mo-
schum, aut Neoburgum, essent promoturi. Captiosis argumen-
tis usi sunt contra Nobilitatem, aurâ populari expostulantes um-
brâ, sub qua Condaei partes, in diversis certaminibus Senatoriarum
ardentissime promovebant, ducibus Primate, Paro Morstynio mo-
derno Thesaurario, Sobieskio Marschalco Regni, Reio Palatino
Lublin. aliisque permultis, quibus Gallicus rex ac thorus complacuit.
Etiam abdicatus Rex suavis [illegible] promissam non abiiciens.
Porro euntes in transigendo Negotio Electionis, ad quem
praesibunt multi Poloni Maiores, Minores quidam et Clerus.
Si licet auribus liberis Discursus in Aulis Magnatum percipe-
re, cur non licebit linguis liberis sententias edere, pro eo qui
in pectore multorum latet, tanquam Jonas in ventre Ceti.
Necdum limen Electionis ingressi sunt Proceres, etiam Mu-
to ore decantatur futurus Rex Poloniae Condaeus. Ad eum fi-
nem voces personant Nobilitatis, Interregnum praesens paratum
ex eo sumimus, ut Electio tranquille peragatur. Ergo Nobilitas de
parato progressu Electionis Arma relicta Publica Motione aut
Expeditione, praesentia arma non proferat, contra autem quid
in campo et puncto Electionis irrumperet pro partibus Condaei.
Ars adfuit Exercitum Regni quamprimum diminuere, roburque
domesticum exhaurire ut Miles fastidiis armorum ac Vanorum
incommoditatem vexatus, rogatur signa extinguere atque in Hiber-
na reguli consistentes languesceret una cum Nobilitate; nonque
valeat opponere arma deposita, paratis Condaeanis. ~~Fiet~~
dubio procul Polonis, et laxato armis sequacant admoveri ve-
umque quandoquidem Condaeanae factionis ipsi Gallici pecuniis be-
erant acris suspicionibus. Ob quas mereretur ista Domus repulsam

et exclusionem, tenendaque sunt Jura Electionis à Polona No-
bilitate unâ cum Exercitu et Comitiis Princeps eligatur non
per aures; sed per vota plana, libera et expressa, præhabita so-
lius Religionis avitæ memoriâ et conservatione.

3. §. Domus Moschica similior esset ad Polonos mores guber-
nandos; cui similitudini Suecia eo contraria est, ut Livoniam
Esthoniam per unionem recuperet Poloni, ipsique Moscho
amicitiæ regionibus potiatur. Contraria et Brandeburgica, quæ facil-
lior progressus haberetur ad vindicandam Ducalem Prussiam.
Hæc admodum propensè asseritur favere in Moschum, Imperator
Romanus, licet falso asseratur eius Promotor. Etenim per in-
crementum Septentrionis Monarchia eius pateretur decrementa
in Sclavonia Bohemia, Moravia, Silesia; quæ Gentes Po-
lono et Moschico regimini facile subordinari possent, per lin-
guæ participationem, et Commerciorum conjunctionem.
Ipse Imperator Ottomanus Turca unâ cum Scythis, non exoptat
conjunctionem Polonorum cum Moscho, præsagiturque sibi fu-
turam exitiosam; qua de causa etiam nunc Cosacos à Mo-
schi imperatis avellere conatur per immissos Scythas, ne illi
quanquam Schismatica fœderatæ Gentes Fœdus perenne ro-
borent contra Scythas et Turcas debellandos. Timet itaque
Turca ne Polonia firmetur robore Moschico et Cosacico, et
omnimode adlaborat, ne sit Gentium prædictarum Conjunctio.
Argumentantur quidam garruli, asseverantes vix prudenter
Non admittendum Moschum ad Sceptrum Poloniæ; alias
onus Turcici belli ferendum esset. Ipsa tempora antiqua
respondent, non conjunctos fuisse Polonos Moschis, et ta-
men crebra bella cum Turcis ac Scythis gesta sunt se-
cundis experimentis. Quare et sine Moscho, inevitabilia erunt
bella cum Turca, cum Scythis; cur ergo Moschus excludendus
esset à Regno quandoquidem fortiores vires haberet Polonia!
Ipsa amissio Ukraniæ Russiæ quam sibi Scytha, Turca u-
surpant, ostendit quoties, profert materiam et campum bellis!
quam prius deserere, extremum periculum esset Polonis:

nam

nam quolibet Anni tempore non esset tuta pars Poloniae: iamq(ue)
in aurem dormiendum ac vigilandum esset Nobilibus semper, ob
creberrimas irruptiones crebras ac invasiones regionum Christianarum.
Quin etiam Poloni movere tenebantur bellum, brevi post dies
ob recuperandam Russiam: cum rege non cum Armis Moschitis, qui
Gens certos Palatinatus Russiae possidet, gubernat, quanquam pa-
ctorum iure conscriptorum.
Hac de causa Turca terrorem permittit belli cum Polonis reno-
vandi. Si eligerint Moschum in Regem ac Dominum, cuius electio-
nem tanquam in speculo videt sibi nociturum. Quam Causam pro-
videndam existimo Polonis, ut facta unione virium cum Moschis
Gentis Turcicae odia innata contra Christianitatem tempestive aver-
tant: de belloq(ue) instruendo contra Turcam cogitent.
Perpendant Poloni sibi fuco Tartarorum praeparandum immen-
sum in Poloniam, Anno praesenti post Abdicationis rumores
delapsos in Scythiam ac Turciam? Quis Polonorum prohibuis-
set gressum eorum; Miles ne admodum diminutus? An Nobilitas di-
visissima, et enervatissima? An plebs et populus miserrimus tot bello-
rum calamitatibus, aut potius militaribus Expeditionibus obrutus?
Nisi fuisset Moschus cum Exercitu suo actum fuisset de Polo-
nis: cucurrissent in Hungariam, Germaniam, Italiam, neminem de-
fensante? ac bellum inopinum propulsante. Moschus consilia
Scythica retinuit, desideria invadendi Poloniam impedivit, cladi-
bus additis non contemnendis Genti Scythicae.
Contradicunt et aliae Gentes ne eligatur Moschus; sed cessabit
contradictio universaliter, si assumatur in Regem Moschus: Du-
rum enim est contra potentiam invidiis assurgere.
Ex parte Moschi eligendi, ipsa militat facilis restitutio abla-
rum. Quae enim sunt possessa a Moschis; restat esse abiicere;
damna incomparabilia hucusq(ue) sufficiantur per fidem foederis per-
petui; quod firmius ac certius esse omnium foret, si Moschus Im-
perium obtineret Poloniae. Ita enim sine sanguine ablata recupera-
rentur. Ita Fides Christiana augeretur. Ita Potentia Polona ter-
restris hostes, eorumq(ue) artes praestigiaret. Ita Septentrionalis Monar-
chia consurgeret, metueretq(ue) Orientalis Imperator Similem Impe-
rii nomen.

Edocta Polonia, quam sint proficua illi subsidia Principum Occi-dentalium. Aut denegata semper aut tarda admodum, raroque pro-speri similia; aut ex Hospitibus hostilia arma degustata. Ab his si peterentur arma contra Turcam, universas regiones Poloniae transitu militis vastitate ac solitudine compleretur. Jam autem Militia Moschi, extra limites Regni progrediens, facile Poloniis posset succurrere.

Obtendunt alii solutionem Militarium stipendiorum, quae non pos-set fieri, nisi de nummis in Gallia quaesitis. Ridicule profecto amen-tanda modus et modi. Maiores fuerant olim Exercitus, quibus Salaria-dis sufficiebat Polonia. Hic admodum inops Regnum Moschoviticum, Gallia ditat auro et argento Moschoviam! Atqui eas restitutiones thesau-ro[rum], quae in Gallias deportata! Miles non carebit stipendiis. Galli enim, Itali aliique exteri divites sunt in promissis, difficiles in solvendis. Moschus porro promissa adimplevit, quando Milli-ones enumerari curavit pro Exulibus adiuvandis, qui propter bella secesserant ex regionibus Moschoviae contiguis.

Vinculum ipsum suadet Moschovitam ad unionem pertrahendum, tum linguae quam habitus ac ritui similitudine; quoniam et de-illa Crudelitate Moschica, plurimum deposuerunt; suaeque Regni Po-loniae desiderat pertrahere ad Gentem suam exemplo Gentis Lith-uanicae. Quod desiderium Primores Moschiae et Clerus ille quan-quam schismati obnoxius ardentissime anhelant.

Insuper Ecclesiae Catholicae Romanae indubia esset prosperitas ac singulare incrementum, postquam sensim vires Moschicas ad Sedem Romanam revocarentur; quandoquidem et Lithuania statim deposuit Paganismum. Etenim transeunte Principe a schismate, tota Gens transiret, et imitaretur eum; quem in omnibus solet imitari eundem: facilisque ora sterneretur ad unionem retinendam firmiter.

Obstrepunt denique nonnulli: promittere Moschum transitum ad uni-onem, dum regnet: accepto regno abiecturum unionem. Promittit re-stitutionem ablatorum, dum regnet: possesso regno, non restituet! Promittit Status conservare, dum regnet: obtento sceptro, opprimet gentem!

Sed Juramentum publicum Regis, ligare consuevit Regem. Quod so-lenne Fidem Orthodoxam manu tenebit et promovebit! Sine enim Ju-ramenti emissione, non posset eligi in Regem.

Quid

Quod si Juramentum ejus vacillaret; promotio Fidei Catholicae dissimularetur. ex tunc subditi à fidelitate liberarentur; ipseque Princeps aut Rex tanquam perjurus, maledictionibus subjiceretur. Neque etiam eligendus esset in Regem, antequam ablata restitueret Smolensciam, Czernichoviam, et omnes Metropoles Provinciarum; ad quas praesidia Polona deducerentur; neque ad Coronationem progrederetur. Jam verò libertatum oppressio non metuenda esset; si Moscovia libertatibus ornaretur Polonis; Ad legum Communionem admitteretur, Officiales in sua Gente constitueret dignitate Senatoria gauderent tam Ecclesiastici quam Saeculari. Exemplo vero Lithuanicis praeiverunt unionem Constitutionum, et locorum designationem.

Alii insuper multis armis, connubiis, conversatione barbaries illa quae innata est isti Genti, mansuescerent, et curarentur. Libertas denique magis arrideret isti Genti quam oppressio; ad quam invitarentur artium cultura; morum congruentia, sicque sacrosancte adhaererent firmiter Polonis. Uti facta omnia per Lithuanos: qui infidelitate, Paganismo, barbarie aequè regebantur, ante Jagellonis tempora. De Principibus enim Occidentalibus parvam consolationem habuit Polonia, ad sceptrum Regni assumptis. Solus Jagello Lithuanus Gente ac Septentrionalis Princeps felix fuit Regni amplificator. Caeteri infausti, inauspicati regionum proditores extitit. Ad extremum gravissimis rationibus consequentiis, si priora non valerent, una pro omnibus firmissima est; si per Conjunctionem Moscovitam Polonia moveret bellum contra Turcam; omnes Gentes Orientis Fidem Graecam tenentes, jugum Turcicum excuterent; grata Paganismi servitudi. Quae Gentes expectant tempus ardentissime Conjunctionem.

Quamquam verò Imperat. Romanus primo intuitu non cohaeret in promotione Moschi, propter potentiam ejus, tamen et Gallum et Hamburgum deserere paratior; quam Moscum, qui et Sororem in Conjugium non denegaret, si promoveretur ad Thronum Regni Pol. Quinimo vincula belli contra Turcam confirmarentur, qui non tantum Hungariam, sed Austriam ipsam saepius persequitur et vastat. Quae quidem Conjunctio, formidabilem Imperatorem faceret, illis Imperialibus Principibus qui hac de causa maximè intuitu Religionis liberè exirent, obedientiae vincula solvet dirimeret.

135

4. § Neoburgensem Ducem e Fidei Catholicae et aspirantes promovere existimantur ad Regni Sceptrum, nisi repugnaret aetas, diuturna valetudo et proles numerosa; ipsumque vadentamen cum Principibus Exteris per quod viam Liberae Electionis reliquisse videtur, cupiunt promotione altera assurgere ad Regnum, ac subsidia ferre nequit praesertim viribus atque aere carens, quo etiamque requirenda esset Provinciis, nec Regem [illegible] partim amisit, partim diuturnae tempore [illegible]. Qui quidem Dux, in spem Successionis erectus in Regnum Filio suo Connubium affectat ex Gallia, et sub praetextu Consortii, imperatis Gallicis obtemperaret, Regnum Poloniae quod inclinabatur fortiter artibus Ludovicae Reginae, in sensus ac intentiones Gallicanas. Exinde videntur in Poloniam meditata mala pervenisse Consiliis agitata eorum, qui libertate ac mentis aperte nequeunt [illegible].

5. § Porro Dux Brandeburgicus speculatur a longe statum Poloniae, qui simulare parvi facere Regnum Poloniae praetextu desolationis ac amissionis multarum regionum a sceptro Regni tantum frequenter exponit Prussiam quondam propugnationem flagranter desiderantium, et conatur ad Thronum vacantem. Ceterum cum sit Calvinismi tenacissimus ex Apostatica stirpe Cruciferorum descendens, a qua centum et quinquaginta annis cladibus et sanguine Poloniae Regnum dilacerabatur, nullum commodum sequeretur, si Calvinus Genti Christianae praeesset, quinimo perpetuis odiis dissidiis praeliis desolaretur universum Regnum.
Recens Homagii debiti violatio Coniurationis Suecica adiuncta contra Poloniam; manet in visceribus Regni per quam sanguinem Polonorum cupiisse fudit in Campis Varsaviensibus ac aliis Palatinatus Podlachiae vicinis terris. Ipsa occupatio in recessu Prussiae, commentum Sultanorum praedicere potest. Dominatus ejus Ducis esset periculosus Regno, si Pater ageret Regem Poloniae, Filius autem Electorem Imperii: quo nexu et vicinitate conducentium personarum Poloniae Regnum ad Imperii fasces statim posset applicari. Ad quam aspirationem etiam novissimam affinitates renovavit cum Principibus Auraicis et Estoniis: qui commoditate Maris, Exercitus possent contra Polonos inducere.

cere, ad cujus littora enatant Pilaviensia et Memelensia commercia non contemnenda.

6 §. Nec desunt cumulum Dux Florentiae junior qui stipendia Militis impensas ad respirandum allata, ad bella producenda contra hostes Regni, de colligit ab antiquis opibus promittit procurare. Is tamen Dux expers est bellorum, caret exercitio Bellandi; quam tractare debet comitibus Rex Poloniae, si velit Regnum desolatum ad pristinum statum renovare.

Idem nexu Consortii Gallicanae esset metuenda Poloniae ex similibus exemplis Gallicis artibus, per quas Galla Ducissa Nemurensis Alphonso Regi Portugalliae tradita in Consortium, juribus uxoriis necnon publicis pacis stabilitate inter Hispanos et Gallos.

Ars Gallicana effecit, ut ipsa Galla impudice objiceret Alphonso Viro impotentiam in thoro, et Magistratum corruptum induxit ut ageret de incapacitate regiminis in Patrem contra Regem. Qui a Senatu vocatus in iudicium, resignavit Regnum, resignatione in Personam Principis Fratris, atque ad Claustrum deductus, uxor in carceris perpetuos non detrusa. Ea est fides amor vinculum Gallarum feminarum. Effecit enim artibus suis Portugalliae dicta Regina ut Alphonso repudiato, nuberet cum Fratre Petro; quod connubium Sedes Romana vetabat, nec permittebat in Regem eligi superstite Alphonso. Ast Galli effecerunt omnia protectione Pi[?] hi propter feminam Gallam: Hispani autem Alphonsum protegunt: exindeque origines bellorum, tumultuum sequuntur in ruinam Regni.

Aliud exemplum reperitur Gallicanae factionis, in Bavariae Duca[?], qui uxorem Sabaudam pariter, Italam quidem: sed quia Domus Sabaudicae Ducum conjunctionem cum Gallis tenet ex antiquo, ideo Elector Bavariae jussibus uxoris incitatur, cum notabili infamia ac detrimento Imperii, per cujus Ducatum Miles Gallicus saepius deducitur, in Imperii viscera. Hic extremas factiones Gallicas Ludovica Regina demonstravit per suas instantias, [illegible] perpetrata in ruinam Polonorum bella; inductus erant Suecos, Hungaricos, Prussicos, quorum multitudine concidit Polona Gens oppressa. Etiam Gallico modo, praesidebat Castris, gubernabat, [illegible] dirigebat Humanam [illegible] perdebat, Leges pecuniarum reliquit, bellum civile nutrivit, Leges et libertatem corrupit.

Insuper post obitum accepta nonnulla disseminavit relata, pro-
pter moderationem; et in manus Gallorum per viam istam Regis
dementati pomum Poloniae cederet. Eisdem artibus Florentiae Prin-
cipis Uxor providerat; quae admodum bona est, et adactus Dux Flo-
rentiae biennalem peregrinationem suscipere, avulsus a thoro tra-
ctu eiusdem. Reliquum Opus Polonorum succedens Galla post
Gallam, uxores expertum, ad Ferinetas et opinamur Insulas Sta-
tiis ac Florentiae.

7\. §. Convenit constanter Lotharingiae Dux, promotione Pontificis
Maximi, et Imperatoris Romani suffultus inter alios. Disponi vi-
detur ad Regnum Poloniae ab Imperatore; et potius eo Austriacas A-
quatuor partes. Ad quem finem offertur ei in Connubium Archiducissa
Austriaca, talique vinculo conservarentur archi iura Austriaca, et Con-
servatio Statuum, cum Silesia, Moravia, Ungaria desuper: ideo ex obli-
gatione tam promotionis quam vinculi Connubialis. Ipsa bella Au-
striaca velocius a Polonis promoverentur, quam Polonica ab Austriaci[s].
Ita enim antecessores Reginae ab Austria geniti pectora Polonorum
flectebant; et in casibus aperte Austriis, miles Polonus sublevare
res perditas. Ceterum in prospectu habenda esset Domus Im-

NB. peratoris Sterilitas (quandoquidem proles non est vigorosa, et super
stes) qua stante Domus aberrat, ad quem redirent Regna haereditaria
ac Provinciae. Dubio procul ad primogenitam ex Archiducissis Au-
striae. Quis sponsor esset illas Gentes passuras dominium Austri-
ae, aut non. Forsan recuperent Libertatem suam amissam: ubi
sic in reuocandis animis ad fidelitatem, subiectionem, grandes
difficultates degustandae forent.
Adhaec sit superstes mascula proles post Imperatorem; quae
tamen antequam adolesceret, sub infantili Dominio, multa posset
audere subditi; postquam autem maturesceret, inaudita produ-
cerentur ad consequendum Imperii sceptrum impedimenta.
Pro utroque itaque Casu, sive immaturae masculae prolis, sive
Sterilitatis in mascula prole deficientis: Cui deberetur successio
de Iure: profecto Archiducissae; ad quem finem providetur tem-
pestive Iuxtim et Lotharingiae Duci tradetur in Uxorem Archidu-
cissa; qui effectus Rex Poloniae, opibus et viribus Regni quanquam
amissis posset dominia cum Gentibus rebelles in officio, intuitu Con-
sortis legitimae successricis; sive immaturae prolis masculae tutelam
administrare, etiamque armis defendere ac tueri. Verum-

Verumenimvero semotis Statisticis discursibus ac rationibus (quae tamen non mediocre pondus apud prudentes Viros sibi deposcunt) interest Poloniae consultare de proximo statu Regni; ut Principem assumat citra omne damnum tam praesens quam futurum; qui proximus foret gubernatio Liberarum Gentium. Non deest in Duce Lotharingiae Aetatis vigor, Prosapiae nobilitas, Personae qualitas decens, prudentia experientia rei militaris, aliaque virtutes ad regnandi capacitatem plurimum facientes. Nec desunt opes, nervus bellorum gerendorum pecunia, quam Imperator pollicetur se daturum, spe coniunctionis futurae praecipue connubii. Attamen quia semper Polonia potentiam Austriacam effugiebat, ac ligamenta bellorum externorum ducendorum metuebat; quae cum affinitate Ducis Lotharingiae excrescere possent, tam ob infantis Tutorium ius, quam ob Consortis hereditarium ius; quorum titulo dividerentur et distraherentur Poloni, qui et manu et sumptu alienos angulos protegerent, proprios autem penates alienis audaciis vexandos relinquerent. Sollicita Polonia ad infinita bella et quidem dissita, partim precibus, partim muneribus, partim promissis invitante Principe defenderet rebellesque Gentes Cosacicas, Moschicam in sinu patrio desaevire permitteret.

8. §. Proponitur inter hos Candidatos Polonae Genti, Dux Mantuae et Dux Parmensis; qui Poloniam pervestigarat Peregrinationis gratia, circa sepulturam defuncti Ludovicae Reginae. Uterque erat Nobili Ducum Familia, uterque etiam inopia laborat, quae ad Regnum Polonum curandis magnum impedimentum reputatur, quod opibus, adiunctis etiam dotibus animi ac corporis, non solum fortem potentem requirit Dominum. Neque ex Itala Gente sperandi essent boni successus in Regno; cum sit nonnunquam avara, ad sola commercia terra ac mari educanda, inducenda apta, otiosis moribus addicta; libertatem spernens Polonam, factionum ac fraudum promotrix; de qua Gente Reges Poloniae, secretarios tantum creabant Epistolares; qui citra Regia iussa multa audebant inscribenda. Cives, Regnante Rege Albrachto, quid non tentavit Callimachus! Regnante Rege Joanne Casimiro, quis non audivit suos Boratinos, Mazarinos Fantonios Tievlones, aliaque infamia nomina Gallorum! qui coniunctim multa adversa Regno Poloniae lucra pepererunt. Quid si assumeretur de ista Gente Rex, immensis agminibus Italorum

facile compleretur Regnum; deessetque campus Polonis certandi virtute
ac meritis, in oculis Principis regnantis. Simia enim similis favorabi-
lior per naturam, legitime innati, esse consuevit.

9. §. Insuper de Gente hac praenobili asseritur Concurrere ad Regnum
Princeps Pamphilius: Nepos olim Alexandri VII. Pontificis Romani.
Non deest illi aetas congruens, clarusque sanguis Clavibus Pontifici-
is decoratus. Non desunt divitiae in auro, argento, quaesitae successi-
one redituum Externorum: quae tamen perennare non solent etiam alie-
no labore aut honore partae. Deest tamen illi omnino bellicarum
usus, et constans Regni Poloniae amplificandi propensio.

Quamobrem ponderatis omnium Concurrentium de Plaga Occiden-
tali Principum praemissis promotionibus, protectionibus, ille assumen-
dus esset in Principem, cuius Dominium esset salutare ad Cultum
Religionis christianae promovendum, ad Hostes Capitales Regno Po-
loniae avertendos tollendosque; ad Cosacos conciliandos et revocan-
dos ad officia subiectionis; denique ad plebem Polonam ac Lithua-
nam exhaustam, confirmandam et felici Gubernio retinendam.

Postquam vero Gens Polona in tanta Candidatorum pluralitate
immorabitur, alterabitur, pro et contra diviso sensu argumenta-
bitur; diuturnitas Interregni producetur, emergentque peiora ac deter-
iora prioribus Consilia posterima. Quod utinam Deus Opt. Max.
removeat, tempestive supplicandum Maiestati Divinae esset, ut illa
errata corrigat, dispersa congreget, congregata conservet, suscitet
Regem iuxta cor suum, eumque gregi Poloniae praeficiat, ad con-
servandam Fidem, ad retinendam pacem, et innovandam charita-
tem. Cuius potestas, gloria, laus perennet in Secula.

Fiat. Fiat. Fiat.

✠ Annalis Anni. 1669.

Insperatam planeq inusitatam ab erecto Lechico in Europa
Sceptro, Abdicationem Regni Poloniæ, tum Magni Ducatus Lithua-
niæ, aliarumq Provinciarum Juribus Regalibus annexarum, per
Voluntatem Constantem resignatoriam, Serenissimi Regis JOAN-
NIS CASIMIRI Anno Superiore in Conventu Publico Or-
dinum expressam, Die 16. Septembris cum stupore universorum
effective circa Thronum Regium promulgatam: Subsecuta pa-
cata tempora, cum placido decursu Mensium Anni præterlapsi.
Singulari Divinâ dispositione effectum dubio procul. cum Vacans
Regnum in communibus calamitatibus desertum; à periculis quà domes-
ticis quà externis, citra invidorum adversantium opinionem,
pacati temporis sinibus involutum, cælesti favore prote-
ctum universi Vicini sunt demirati. Efflagitasse videtur à
Divinâ Maiestate Protectionem Vacantis Regni ad Scopulos
Interregni projecti, Pietas Antistitum omnium; qui unanimi soli-
citudine iam Clero, iam populo, Christiana arma illico post Ab-
dicationem assumenda persuaserant Salutaribq Edictis. Ex oratio-
nibus abstinentiâ vitæ culpabilis reparationis remediis per
Poloniam universam ac Lithuaniam Rex Regum ac Dominus
Dominantium humiliter pulsaretur impetrandæ ergò Protectionis.
Neq in ingressu Anni præsentis, à continuandis piis armis abs-
cessum, quinimò ardentioribus supplicationibus insudatum: et
spatia Interregni, à Deo omnium actionum humanarum Modera-
tore, pacifico gressu continuarentur. Princepsq pius ac vecte
Vacanti Regno præficeretur. Alta itaq spes Eligendi Catho-
lici Principis in Gratia Dei speciali collocatâ ad limina An-
ni sacrò Thuri non censuit parcendum Gens Polona Rege
orbata. ne Abdicatum Dominium, pessimarum factionum vo-
tis ab occidente ad Oriente violenter volutatum, perverso-

rum indigenarum, aut aduenarum luctamine, ad luctifonas detru-
dantur procrastinationes. Foederato enim Gente Schismate, nouae
ad Rostra Electionis Nuncios pertinaces submittent. suasuros, ut
Respub. Polona atq. eligendus Princeps in dominia Russica ac Mo-
schica, quidquam iuris sibi usurpent. atq. proclamata Unionis
detrectatio non Lumini Romano. sed Luna Ottomanicis. Atq.
voluere Moschicis iuribus obsequiorum ac fidelitatis mancipare-
tur perpetuis. Jam vero domesticis Lamia enutrita haeresios
pabulis, profecto aristas suos innatos diriget adversus Ro-
manam Ecclesiam. Paremq. illam Dissidentium universalem Se-
cessionis singularibus seditionibus infarinatam, offerret vento
pro libertate confusa clamorosis et securitatem seminandarum
inimicitiarum factionum, peruersarum doctrinarum, habeant legibus
firmatam. atq. Exercitium publicum Pseudoprophetis concedatur.
reassumanturq. Principum dissimulantium noxia Rescripta, ac
Judicum decreta. iusq. sit publicum quidvis agendi ac audendi
in perniciem Regni ac Principum Orthodoxorum. Dicti autem Ca-
tholici verius Athei, incessabunt Ecclesiasticam Jurisdictionem, eamq.
abrogandam attentabunt, ut fructus Ecclesiasticos restituant. aut Sa-
cerdotalis peculii ad pias Fundationes vniversa usumfructum pro-
dant. Sicq. alienis priuatis vulneribus contectis cicatrices pu-
blicis exaggeratis multum temporis et quidem fructuosi absument
pessimo exemplo: publicaq. Consilia vulnerata manebunt.
Adhibendae forent Vigiliae ac Custodiae. ac conglutinata tanto
odio pectora Civium perversorum: vires non leviter attritas enge-
re conentur, ac in turbido alueo piscari cupiant. Remisse-
rant de suo feruore, ante annos viginti, circa Electionem VLA-
DISLAI IV. cum Episcopi Senatores, ac Nuncii Catholici,
uno ore conclamaverant, animisq. demonstratis testati sunt,
se nulla ratione passuros licentiam dilatari Haereseos, ac A-
theismum: in praeiudicium auitae in hoc Regno Religionis Or-
thodoxae.

Por-

Permanendum foret in eadem specula Fidis sub tempus In-
terregni; ne insidiosi Vicini, corruptionibusque obnoxii domestici Ci-
ves sine velis ac remis committant Rempub. indubio naufragio.
Omnia quidem Interregna sunt suspecta: sed post cessum non au-
tem decessum Principis, insolito exemplo causatum, suspectissimum.
Est enim haec sive natura, sive consuetudo Interregni. Ut quieta Christoph. Varsevic.
etiam commoveat multitudinem impunitatis spe armet, et exorientes
tumultus non facile cohibeat: Vis tum est oratoribus, ius Orato-
ribus concionibus tanquam flabellis seditionum plebem concitan-
di: Opes et dignitates multi nullo suo merito consequuntur: nundi-
nationes et clandestina cum exteris habentur consilia, cum probro
et exitio Libertatis. Circumspiciantur omnia Regna et Imperia animo
in quibus aliquando Regnorum vacatio contigit, concludetur fa-
cile, quali exitu Interregna terminata sunt quae pericula do-
mi, quae funera Reipub. foris pepererunt. In Pontif. Maxim.
morte quam saepe Roma tumultuata sit: in Sultanorum obitu
quid Aegyptus pertulerit nemo ignorat. Domestica autem rerum
Polonarum exempla plura sunt, quam ut cogitando facile quis
ea assequatur. Nam ut a primo Interregno in Polonia initi-
um sumatur, quis ignorat, obitu Lechi Primi Principis et au-
ctoris Polonorum, tum Nepotis eius Visimiri morte, Vacan-
tem Principatum, (iam alias per arma Lechica auctum, Regio-
nibus amplis annexis à Vistula ad Oderam usque fluvium Orien-
tem et Septentrionem versus: nempe Silesia Marchionatu Brande-
burgico, Prussia, Pomerania, Holsatia, Saxonia insuper; tum NB.
Visimiri ferro, tam terrestri quam navali praelio, acquisitis in-
sulis Danicis: Rugiâ, Femeniâ, Fioniâ, Salandiâ, Scaniâ)
ob lineam posterorum deficientem ex Lecho devolutum fuisse
ad regimen duodecim Palatinorum: dum solenni Conventu Gnesnae
celebrato Gens Lechica, Poloniae libertatem strenue asse-
rens neminemque Extraneorum Principum imperare sibi permit-
tens, Viros praecipuos ex sua Gente, ad Rempub. guber-

nandam Subordinaverat (Anno quo Divina potestas humana
in Specie ad Salutem Universi Orbis, coelitus sese demisit vi-
delicet 700.) et in defectu Successionis legitimi Rempublicam
administrarent tamdiu, donec (iuxta Supremum Monitum Lechi
decedentis) Dignus Vir ex Sua Gente de Patria et rebus belli-
cis bene meritus Summo rerum praeficeretur, cui in omnibus Le-
chitae seu Poloni obtemperarent. Haec porro Regni admini-
stratio viginti annis durans a multis et diversis imperandi-
bus discordiis et ambitionis impulsu, bellis Civilibus cladibusque
mutuis repleta erat; ob quae dissidia Stirpis Germanicae Vecti-
gales Duces (quos et Lechus et Visimirus ad Obedientiam Le-
chitarum retinendam et iuramentis firmandam armis adegerant
victricibus) optimam arripientes iugi excutiendi occasionem re-
giones, provincias, insulas ademptas sibi iure belli armis
regressis vindicaverunt et facta recuperatione Libertatis ac
proprietatis avitae; illud proclamandum in suum Proverbium
LechicoGermanicum construxerunt: Dum Phoebus lucebit, Ger-
manus Polono nocebit. Quarum Gentium cadavera etiam post
funera, inimica sibi quispiam notavit. Saxonum enim et Polo-
norum mutuis vulneribus in bello occumbentium corpora postquam
NB. in rogum mandantibus Ducibus Exercituum more Gentili coniecta
fuerant uno igne ardere non potuerunt, sed divisa flamma
ac cadaveribus seiunctis, vix arsere tandem.
Coaluerant enim Germanica et Lechica Gens, metu armorum
ultra centum annos tractatorum, et quidem hostilibus telis atque
ad vincula fraternitatis accesserant, coniugiorum fidem [illegible]-
NB. dit, ab Anno Dni 580. usque ad Annum Domini 680. ita
ut Germani ad Insignia Stirpis suae, Insignes viros Lechi-
cos admitterent, Ornatibusque Gentilitiis clarissimis permitterent
Regibus ac Principibus idem Vinculum fraternitatis appro-
bantibus per publica Scripta ac edicta maioris firmitatis ac
confidentiae ergo. Hinc durante Interregno post Lechum ac
Visi-

Visiminum, Clarissimae Familiae Lechitarum Summa decora ade-
pta sunt, quae ad Custodiam Regni destinata erant Suffragiis con-
cordibus Civium, ob quam Spartam sibi commissam, fideliterque tra-
ctatam Heroës Magni sunt nuncupati: adiectis encomiis Custo-
dum, Propugnatorum Divisorum Regni Spectabilium. Qui tituli
encomiastici summi, circa infantiam illam Lechitarum in pretio
summo habebantur, nec indecorum videbatur Elogium, Eximii
Strenui, Spectabilis Praecellentis Viri cuipiam Polono, annexum.
Dum autem Cracus ad Fasces Imperii Poloniae vocatus commu-
nibus Suffragiis electus, fines Regni ab insultu hostium maxime
Gallicano exercitu, strenue tutatus est, relictisque Filiis ac Filia
Vanda nullum successorem hereditarium reliquit: ad vacans
iterato Regnum, Anno Dni. 700. (cum nemo Regiae stirpis su-
perfuisset) custodiendum ac regendum Palatinis Duodecim, qui tunc
pro Ducibus reputabantur, traditum Jure Interregni. Ut unus
quisque Palatinus Provinciam sibi ad Custodiam concreditam, fi-
nes tutaretur et de vocando Principe Patriota ad Regnum co-
gitaret ne sine Capite, Gens bellis exercitata, sterilesceret. Ast va-
diis Hunnis ac Germanis Poloniam invadentibus, erepturi tempus
Principis eligendi, auctum vero Interregni ad annos quinqua-
ginta protrahendi; ob ambitionem quorundam Polonorum con-
currentium ad Regnum, qui Protectionem Exterorum ad ornatus
suos perficiendos in viscera Regni pertraxerant. Quare toto
decursu diuturni Interregni odiis, inimicitiis, laboratum armisque
civilibus certatum est. Postquam vero etiam divina Moravia
offensiva arma contra Polonos diffidentes durante interregno
in Regni viscera intulisset, quasi Ritigeri infamiam à Virgi-
ne Vanda cruenta clade Afri ac superati, sat tarde vindica-
tura. Patriota Polonus Premislaus et Arte et Marte Mo-
ravos ac Germanos Exercitus oppressit, sicque in laurum victo-
riosa Sceptrum Polonum oblatum à Compatriotis, licet vo-
tis ac Suffragiis discrepantibus. Delatum Regnum, moderatusque

administrationem supra annos viginti absq prole decedens: ad Vacantiam Tertiam regressum est Regnum. Ast Proceres Interregni diuturnitatem futuram obtendentes de electioneq Principis litigantes, modum eligendi Domini, ad certamen Conventuum, cursum equitum adhibuerunt ut primus ad Insignia Ducalia accurrens præmiatas equi bravio Regni potiretur. Qui Electionis modus fraude non caruit, quâ detecta ille vocatus ad solium qui sine dolo ad metam propositam velocius accurrit. Reliquorum Interregnorum eventus colligere licebit ex Historiis; eosq memoriæ imprimere firmius.

Januarius Quare ne Vacans per Abdicationem Regnum exponeretur periculis diversis, tam à Concurrentibus per Suffragia appretiata, quam ab infidis vicinis à quibus armata vota possent produci; ante omnia Regni Primas Primusq Regno vacante Princeps Nicolaus Præmonius Gnesnensis Archiep. edidit primis diebus Januarii Universales excitatorias ad Conventus celebrandos in Palatinatibus Literas Electionis in loco solito versus Varsaviam instituendæ. Concursum itaq ad Terras eamq Conventus Particulares, Modiq varii Eligendi Regis porrecti: inter quos obiecta est Regni Vacantis paupertas notabilis. tum quod Rebelli Kosacia regiones amplas Russiæ possederit, Ukrainæq insignes ab illis sedibus ejecerint: tum quod non postremam dominia Moschus vicina Lithuaniæ ac Russiæ armis occupaverint: tum quod Suecus et Rakocius, pro nostra quæq tam sacra quam profana rapuerint: tum quod Scytha multos milliones hominum innocentissimorum in diram captivitatem abduxerint: tum quod Rex abdicans notabilem summam annuam sibi tribuendam quotannis extorserit: tum quod Consors eius olim Ludovica in Gallias magnam auri ac argenti copiam, monetamq non adulteratam ante fata sua exulerit: tum denique quod Moneta fœda admodum introducta sit in Regnum Poloniæ, ob quam nulla Commercia cum finitimis Regnis possunt tractari. Eapropter ad Regnum tanta laborans inopia; Dives, opulentus quærendus esset Rex, qui ad statum pristinum restituat Regnum, et abalienatas Provincias repetat armatâ manu, et bene aucta nervo belli.

Crediderim eum Oblomoviorem, hospitem ac peregrinum fuisse in Polonia, neq multo tempore panem Polonum manducavisse; aut omnium rerum affluentiam in Regno Poloniæ superbo supercilio contempsisse, quod omnia quæ Regna vicina habent, magnifico possidet usu.

usu. Si enim Regna alia superbiunt Aureis atavis. Argenteis
Mensis. Tyriis aulaeis, Classibus terram mareq aggravantibus, fer-
reo Milite; Armatura pyrius usu. omnium opificum artificum, fabro-
rum ad paris belliq apparamenta aptissimorum concursu. Eduliorum po-
tulentorumq diversa varietate. ferarum ac pecorum multitudine. vel-
ris ac Serici copia. Volucrum, piscium, ad sapidos cibos instauran-
dos stupenda varietate. Si denique praecellere et superare videntur Po-
loniam Agrorum fertilitate. Hortorum exquisita varietate. Vinearum fe-
cunditate. Fluviorum commoditate; Montium commoda amaenitate; Lacu-
um, Ostiorum Maris Promontoriorum amplitudine. Arcium, Castellorum
Municipiorum, Urbium Civitatum, Palatiorum, Villarum etiam vix credi-
bili exaedificata structura. Istorum omnium non Compendium; sed
Promontorium est Polonia. Ast si videbit Oblocutor illationem as-
sertam. Patienter itaq sensum Veritatis ponderare velit.
Polonia enim si iuxta tuum cerebrum caret opibus ac divitiis! An ex
tuis thesauris fulget auro ac argento, quo atavos grandes splenden-
tes habet! an ex tuis fodinis aureis, Ecclesiasticos parietes adornat
aureis, argenteis statuis, ipsaq altaria argentea erigit ad laudem Dei
Virginis Deiparae. Sanctorumq cultum! Omnium stupendarum fortunarum
Mater est Polonia, ex quibus multum ad Ecclesias construendas Arces
Fortalitia, Palatia, militemq tam peditem quam equitem armandum dum
iubet necessitas impendit, Classesq maritimas instruit exigente rerum
successu. Magnificentiam domi forisq considera. Adverte abaq Vin-
is, Vino generoso repletas mensas, Aromatibus cibos exornatos, o-
pulenta sapida pinguia atq sumptuosa ad fastidium stomachorum ex-
posita! quibus omnibus tua patria si abundat, profecto universa
exportare consuesti, argenti acquirendi a Polonis desiderio. Plus atte-
rit Serici carnis bombicibus unus Polonus, quam denique Civitatis tuae
multi patriotae. Tuo te asserto iugulare potes! dum exprobras
plurimos milliones exportatos esse in Gallias, incredibiles thesau-
ros delatos; quantos vero societas armorum diversorum exhau-
sit, viginti annorum decursu! quantos Legati externi, ex fisco Regi
perceptos effuderunt! quantas dotes absumpserunt, ad exteras
Gentes translatas! Iudex sis et Calculator. Testantur divitem fuisse
ac esse Poloniam, relicta aulaea Augusti Regis Sigismundi Rei-
pub. relicta ac donata: tum aurum, argentum in frustis lateritiis pro-
fusum illeq ipse relictus Adamas cui pretium lapidum pretiosorum
arbitri ac taxatores nequeunt adinvenire. Testantur Sigismundi III.

aurea Apostolica simulachra, aliorumq́ Sanctorum de auro argento fusa visitur stabilitur statua. Testantur apparatus varii Sacrorum usq́ ad Cultum Deiparæ Virginis delati, auro, unionibus splendentes à Thoma Zamoscio Regni Cancellario, una cum Candelabris aliisq́ dotibus stipendiis donati. Testatur Mons Clarus eidem Sacræ Virgini dicatus, quam pretioso fulgeat auri argentiq́ nitore. Testantur Radiuili Duces in Olycensi Ecclesia, Cruces, Calices, candelabra non aurata sed ex auro puro fusa donata. Testantur Lubomirscii Palatini Cracou. Sumptuosa Claustrorum, Arcium ædificia, quibus pretiosos intulit ornatus, atq́ machinas bellicas numerosas reliquit. Taceo alios Heroes ad Cultum Divinum promovendum admodum prodigos qui testimonia aperta fortunarum Polonarum Deo et Sanctis consignarunt. Ergo ne inops Polonia, ergo Regnum egestuis divitiis, quas inspanit imaginariis appellasti. Abundat igitur omnibus Polonia et pro Rege fovendo ac nutriendo iuxta iura Maiestatis cum universa Aula Sua; et pro Exercitibus quum opus est magnis instruendis. Non ergo sua subsidia Polonia adorabit, non alienis utetur pennis. Scito Magnificentiam stupendam innatam esse Polonis, qui licet congestum lanum servant domi, tamen exteram telam texere consueverunt; licet vellenibus abundent, tamen Serica aliena attenuant; licet metalla æris argenti tantum habeant, tamen aurum abundans premunt; licet Septentrionales et Transmontani vocentur, tamen Orientales et Occidentales ingenio, liberalitate, humanitate, fortitudine morum cultu, pietate aliisq́ virtutum nitoribus superant. Ad Polonos tuo iudicio inopes tot Milites externi recurrunt, tot Mercatores alienigenæ, tot Opifices ac fabrilium diversorum operatores, tot Musici, cantoresq́ exquisiti, tot denique archimagiri pistores, coqui, variaq́ turba hominum; quæ in Regnis suis gravi laborans penuria, ad Polonam asseratam inopiam decurrit emulgendam, desideratq́ ceu in proprio solo sæcula aurea habere in Polonia, penitus oblita suorum nidorum superborum.
Cordi est omnibus Gentibus gleba Polona, cordi Magnificentia, libertas honesta, et admiranda in omnibus actionibus dignitas ac Maiestas: cui inimica est magnopere egestas. Intulisti malevolo discursu, Poloniam esse Paradisum Iudæorum, Mercatorum extraneorum. Purgatorium plebeiorum; Infernum rusticorum! Cur igitur rustici seu subditi Polonorum, ad Cœlum tuum Crystallinum non provolant! Cur plebs ad refrigeria vestra non provenit! Cur Iudæi ad terram promissionis non provirant exitum! Cur Mercatores domesticas instituas prodiderunt! Scito angulos sub paupertate strictos Poloniam sub
Clima

Climatibus Clementioribus, quos pro vestris fortunatis insulis non
permittit permutare. Nec animum habet potentem ac divitem Regem
vestrit ex angulis petere: quum sint in Regno vacante tam opulenti
Electores, qui cum Regibus divitiis certare possunt. Didicerunt illi qui
lustraverunt Regna ac Regiones orbi Europaeo inclusas eas malo do-
miniorum vicinorum crevisse. Polonia suis viribus crevit, nemini Re-
gnum eripuit, patentes habens campos Regna exigendi ac locandi.
Adversisti Regem apud Polonos haberi pictum seu fictum! nullam pote-
statem directam et absolutam habentem, maiore praerogativa condenda-
rum Legum manente penes Nobilitatem! Ita fit apud ignaros de
ignotis ignoranter saepe disseritur. Magna authoritate fulget Rex
apud Polonos, sine cuius arbitrio ac supremo sensu nihil concluditur
nil firmum ratum, ac perpetuum. etiam si ordines censeant conclu-
dendum. In Republica enim Polona regnat Status Triplex.

Rex, Senatus et Nobilitas.

Rex prout liberis eligitur suffragiis, intra cancellos Juris defixam
potestatem habet et ad conservationem Jurium praestat iuramentum.
Quare Genti liberae dominari debet ne in minimo Juribus deroget sed
aequali semper tractu vitis cuiusvis Civis annuens Justitiam administret
et virtutem, meritaque singulorum aequa lance penset, et nec affectu abreptus
nec desiderio privati commodi incensus nec malignis adulantium voci-
bus obsecundans, sit Imperio praesit, ut prosit. Oportet ut credat nil
sibi licere, ultra aperta edicta Legum, ad quarum normam Actiones su-
as exigat, Patrem se Patriae exhibeat, et tam illam quam singulos cives
filios, debita charitate complexus, compagem Reipublicae integram ser-
vet.

Adiunctus Regi Senatus: qui tenetur Jura et Libertates Reipub. sacro-
sancte custodire, et vigore Juramenti praestiti, adversantia quaeque iisdem Li-
bertatibus avertere: pariter tenetur (si quo casu Potentia Regia plus
ultra statas praeponderaret, si in subditorum iniuria fieret, si Jurium
convulsio immineret) Principem officii commonere, seque medium conatibus
licite interponere, et negligentem Juramenti Principem retrahere. Ut tali
Senatorum observantia, et Maiestatis Regiae cultus et veneratio Se-
natorum, et Integritas Civium feliciter vigeat.

Sequitur Equestris Ordo: qui sceptra Dominantibus libere defert; e
medio sui Ministros Maiestati ac Consilia ferenda subministrat ac
Regibus atque Reipub. tutissimum satellitium e Pectorum dexterarumque
suarum obiectu praestat: quum in sinu Nobilis uniuscuiusque Rex ca-
put suum secure potest reclinare. Quare eidem Ordini incumbit For-
titudo et defensio Legum. Eiusdem summa praerogativa consistit in

Libera Voce: quae sicut libero Calculo Principem eligit, libero
assensu sancita probat: ita citra eiusdem Liberae Vocis Suffragi-
um nihil definiri ac concludi potest. Quia vero hic Ordo multi-
tudine Virorum prudentissimorum tam pace quam bello florere con-
suevit delegare ad publica Consilia tractanda, e medio sui Nuntios
seu Legatos terrestres, partim ad tutanda Vetera, partim ad con-
denda Nova Jura ac Statuta; ut dicta Liberae Vocis praerogativa
Rex et Respub. in statu tranquillo conservetur.
Si itaque perspicis Regem tuum, ad vacans Regnum promovere non
iactes divitias, opes illius; sed Religionem Catholicam, virtutem, et
aptitudinem ad ea omnia quae Pax, bellumque reposcit.
Primatialibus itaque Lris effectum est ut Nobilitas conflueret ad
Palatinatuum Conventus celebrandos, in quibus laboratum est, ut
ad Electionem deferendatur, cum apparatu bellico, more publicae Ex-
peditionis, ad occurrendum periculis emersuris, circa Concursum Can-
didatorum.

Februa-
rius. Verum ad partes Russiae vexandas descenderant Scythae, et Doroszen-
kum Kosacorum Praefectum, obsidione presserant: qui auxiliaribus co-
piis Kosacorum suffultus, et liberatum transitum sui acquisiverat, et
grandi clade grassantes in Kosacos, Scythas persequere afferit.
Porro ad Conventus terrestres, Rex abdicans Regnum submissas requi-
sitorias Litteras direxerat petens provisionis declaratae summam si-
bi numerari: circa quam requisitionem plerique contrarii, obiiciebant
quod Rex magna damna Reipub. intulerit, neque annuum tempus ex-
piraverit ad summam numerandam; de qua ut colligitur ante ex-
teras expensas, Primas Regni dispositiones praescripsit impensis
occurrentibus. Quare circa Consilia Conventualia potentiores dis-
sidebant conclusum haberi volentes ne Nobilitas ad normam Ex-
peditionis bellicae, confluat ad Electionem Regis. Sed potentiores
clamoribus frequentis Nobilitatis opprimebantur, quod protestata est
a nemine posse inhiberi libertatem Regis eligendi; quinimo adno-
tabat Officii Ducis Exercituum, ut de hibernis revocatam militiam, tem-
pestive collocent eam, in partibus remotioribus Regni, quandoquidem
Turcicus Imperator promissam subiectionem per Kosacos recipiens,
inhaerentis vere commoditate, Directores submissionum se conclusit, ut
iuramenta a milite et populo Russico, ad robur firmandum Sub-
iectionis indubitatae Portae Ottomanicae recipiat. Cui conclusioni Ot-
tomanicae Kosaci militiam tractantes, pariores de submissione. Ast
Kosaci seu populus, domestica opera exercens contrarius erat isti

Sub-

submissioni recipere iurisdictionem Turcicam ob vicinitatem Sy-
tharum, Valachorum, Moldauorum, quae gentes ad mandata minima
Turcae perpetuam vexationem Russiis efficerent, nullaque securitas fo-
ret in Civitatibus ac Villis, quae continuis rapinis ac invasionibus di-
vexatae funditus tollerentur, nomenque Russicum brevi exterminaretur.
Quia vero talis Contradictio Doroszenkonis ingenio adscribebatur
adnitebantur Scythae omnibus artibus de officio Praefecturae Doroszen-
konem deturbare et in locum eius Suchovicium [illegible] addictionem Tur-
cis collocare; quas artes Scythicas confundebat Sirko, crebra
excursione visitans angulos Scythicos, ut eos amoveret a vexati-
one Doroszenkonis, plebemque Russicam securiorem redderet. Quare
Sirkonis opera patrocinium factum Kosakis iam defectionem pa-
rantibus ad Turcam; ipseque Doroszenko potentior factus, deliberabat
an cum Reipub. Polonae iungenda arma essent, an ab eadem se-
cuncti recessus in tempora subsequentia foret Kosacorum.
Talibus agitatis in Russia; Conspecti sunt Varsaviae die 24. Febr.
Globi quatuor ignis et sanguinis per aerem volantes, quibus adhae- Prodigium.
rebat Virga sanguinea radians scoparum figuram referens. Eam
apparitionem tonitrua horrenda subsecuta sunt, a quibus terrae
commotio notabilis sentiebatur, maximo in timore relinquens ho-
mines varios eventus inde concludentes. Successit deinde vehe-
ment ventus, qui aedificia disiiciebat, et in Sylvis proximis arbo-
res magnas evertebat, magno cum fragore locorum. Sed talis per-
turbatio aeris, Sagarum inventis adscripta est, quae utilitates inde
quaerentes, magnam iacturam hominibus solent efficere.
In Conventu Palatinatus Masouiae celebrato Varsaviae Conclusa Expeditio
publica, non ad effectum Electionis Regis novi sed ad providendam in
Regno securitatem, ut paratis Coloniis defendant ad eum locum, a quo
hostilitas aliqua parabitur. Verum ab eadem Expeditione, exemptos
fecit Conventus Nobiles versus Varsaviam residentes, qui propter cu-
stodiam facultatem suarum Villarumque, tam Electione durante quam
cessante, nequeunt semper ad Palatinatum subsequi, propter custodias
bonorum et agrorum observandas.
Eam nacti commoditatem Conventus celebrati Varsav. PP. Societatis
instanter petebant ab ordinibus Terrarum Masouiae, ut Causa eorum
in Conventu Grati Electionis pronunciaretur, respectu scholarum eri-
gendarum et aperiendarum Varsaviae, ad quas obtinuerant Diplo-
ma ante abdicationem subscriptum a Rege Casimiro. Opponebant se
isti instantiae PP. Piarum Scholarum; a Vladislao IV. Rege fundati

extra mœnia Varsaviæ quorum Studium iam florebat, sed potentiorem favorem PP. Societat. experti sunt à multis in conventu præsentibus. Attamen isti favori contradixit Theophilus Grzybowski Dapifer Czersensis Nuntius, ne Scholæ multiplicarentur, præsertim Varsaviæ ad residentiam Regiam; quandoquidem per Scholares tumultus crebri exoriuntur levi de causa, seseq ad mutuas cædes concitant. Sed deliberationis facultate oblata, idem Grzybowius à contradictione sua recessit, ea tamen conditione, ut severitas omnimoda per Scholares retineatur. Sed totum negotium ad Gralem Conventum dilatum cum suo effectu.

Interim recedentes glacie à Fluvio Istulæo contiguo Varsaviæ, de Mandato Primatis Regni tum adiunctorum Consiliariorum, Pons ap-

Martius. parabatur facta deductione ac coniunctione forti, navium frumentariarum; quibus pegmata ex arboribus crassioribus imposita sunt ad liberiorem transitum, tam Nobilitatis Lithuanæ, quam cæterorum hominum diversam alimoniam comportantium, idq ad caristiam arcendam sub tempus Convocationis Gralis.

Circa eam Ponti structuram, proiectum erat scriptum Actis insultis et ferme abiectis; quo Polonorum animi ad propugnandam Fidem ac libertatem concitabantur ut in futura Electione Moscho faverent, qui nunquam cogitavit de Concursu ad Regnum vacans: nisi forte tota Gens Polona ac Lithuana, suppliciter invitasset eundem, ut Filium suum Regno vacanti applicaret. Cuius scripti exors sequitur tenor.

Ad arma ad arma Martia corda surgite, dum Rex resignat Regna.
Lavmo. Hoc stratagemma, durum dilemma, vos deducere cupit ad ima.
Dum eius Regia, cedit Maiestas, Et vestra aurea cadit libertas
Qua pollebatis, dum colebatis Reges: Ergo bellate pro libertate.
Sed cum quo sit bellum gerendum, Id sollicite est perpendendum.
Moschus et Gallus, uterq malus: Ab alterutro bellum vel salus.
Gallus contemptus vos oppugnabit, Moschus electus is vos iuvabit.
Et vestra Iura, et libertatem servabit: ditabit egestatem.
Quam Regno inhiat una Gallina, Perquam heu facta tanta ruina!
Certe si ipse Gallus regnabit, Totum quod restat, ille vorabit.
Moscho contempto, quis vos defendet, Gallus! à quo omne malum pendet.
Fides libertas, et Lex peribit, Si vires Regis Gallus obtinet.
Ergo sapite cives Phryges Ne vos attingat ultima strages
Pro Moscho state et Libertate, Fide, Iuribus dextere pugnate.
Non vultis Moschum! ergo Polonum Civem quærite! utimet bonum.

Sed

Et à ludicris ad seria descendendum.
Atque Cosaci ultimis diebus Martii Conventum Korsuni, Generalem
celebrarunt, seu Consilium publicum An Doroszenko in Praefectura
Generali Exercitus Zaporoviani retinendus an vero de eo honore depo-
nendus, qui etiam Abdicationem sui officii praeparabat, insignia
Praefecturae relicturus. Ast factionem praemisit per Metropolitam To-
kalskium, qui potiores personas Kosacorum visitabat et corruptio-
nes offerebat ut securus esset et ipse Doroszenko et honoris reten-
tionis. Confirmatur igitur in officio Doroszenko, ad quem Legati
Valachicus, alterque Turcicus advenerant et in Conventu illo Korsu-
nensi Lrae exhibitae à Turca, in quibus Imperator gratitudinem
contestatur Doroszenkio, quod subiectionem ei praestiterunt erga
Protectionem Portae recursum fecerit. Quare eidem Doroszenkio
contestabatur omnem gratiam, et libertates magnas, sicuti Valachis
Gratiosum animorum ac armorum, Gens Kosacica tenuerit. et contra
... 40. millia armatorum hominum, ad Turcicum Generalem edu-
xerit. Ad veneramque punctum responsum in promissis, et designati e-
rant Legati, unus ad Turcam, alter ad Moschum, tertius ad Polonos.
Ad Turcam cum omni mandatorum Turcicorum submissione. Ad Mo-
schum, ut praesidia tollat de Civitatibus possessis earumque Kosacis
tradat. Ad Polonos ut praesidium Bialocerkiewense reducant et
Fortalitium cum armatura relinquant. Quarto item Universali de-
signatus ad legiones Zaporovienses, cum severo Edicto ne quispi-
am Kosacorum audeat latrocinari in Mari Euxino Turcis vi-
cino. Dum vero in eo Consilio Senior quidam Kosacorum, suade-
bat ut Suchowiejum ad officii partes Doroszenkius designari
tractandas pateretur, illico sub custodiam tractus ille homo, et
ad necem eius prolatum decretum. Dum talia Korsuni agitata
sunt. Fraternitati Scythicae vicinorum Kosacis opposuit se Sir-
ko Kosacus dexter, qui Neutralitatem tenens invaserat Crim-
eos Scythas et praedam opulentam ad proprios angulos reduxerat.
Quem ausum Doroszenkius compescere adlaborabat vocans ad se
Sirkonem, sed mandata eius Sirko contempsit. Interea Kosaco-
rum Primores quatuor, ad Teteram Praefectum antecedaneum Zapo-
rowiensem directi erant ut insignia Praefecturae restitueret: sed ille
deposita esse apud Palatinum Valachiae respondit, nullumque ius habe-
re Doroszenkium ad ea, conclusit. Quare idem Tetera ad Vala-
chiae angulos recessit, inibique thesauros debilit magis fidens pro-
tectioni Valachorum, quam fraternitati Kosacorum. Interea Mo-
schus auxerat praesidia Kiiowensia, non cogitans de cessione Fortalitiorum.

Attamen Gens Kosacica extra Militiam vel soli Oeconomicae intenta reclamavit Protectioni Turcicae, et Coniunctioni Scythicae atque Valachicae, nisi ista Puncta à Porta Ottomanica fuerint iuramento et scripto publico vallata.

Aprilis. 1. Ne Religio Graeca vel minimam iacturam in suis ritibus patiatur, nullaque ruina eius à Turcis aut Scythis attentetur.

2. Ne Synagogae Turcicae aut Scythicae in sedibus Russiae construantur, Templa vero Russica intacta sint perenniter.

3. Ut Personae Ecclesiasticae quam maximam securitatem habeant, honorque debitus eisdem tribuatur, salvis circa bona spiritualia iuribus et proventibus.

4. Ut Personae Saeculares ab omnibus Contributionibus exemptae habeantur, ad nullasque operas serviles compellantur, salvis Censibus terragiis.

5. Ut Gens universa Kosacica eligat Praefectum Generalem per suos Xuarios: simulque Iudices Generales constituat, qui de iniuriis omnibus cognoscant.

6. Ut ad limites Ucrainae Russiae, iuxta morem Scytharum aut Turcarum, excubias agat; Imperatorque Turcicus ad limites antiquos reducat Russiam, iuxta metas fluviorum ac Camporum desertorum.

7. Ut Exercitus Zaporoviensis ad duodecim millia armatorum reducatur, eique stipendia à Porta Turcica quotannis mittantur. Reliqui vero Milites Kosacii ad domos redeant, cum ea tamen conditione ut urgente hostilitate apertâ, concurrant ad arma.

8. Ut Trans Borysthenem manentes Kosaci alium Praefectum eligant ad regendam militiam; per hunc enim modum maius robur habebit Gens Russica, ad omnem casum hostilem.

Eapropter puncta talia delata ad Portam ad deliberationem maturam sunt dilata. Interea Bassa Silistriae designatus est, ut descendat ad Kosacos unà cum Primoribus Scytharum, ab eisque fidelitatis iuramentum recipiat. Ceterum plebs protestata est se non praestituram quidquam, donec Puncta firmitatem ac robur evidentissimum obtineant: ipsique Doroszenkio imprecata fuit infortunia acceleranda, si ad praeiudiciosos Actus descenderet, Militiamque in partes adversas pertraheret. Quare ingens Schisma coortum à populo Kosacico, cum militia non concordante: statimque Sirkonem eligendum Praefectum decreverunt, qui Scythis inimicus est, Moschorum aut Polonorum partibus magis adhaesurus, quam Protectioni Turcicae subscripturus.

Porro

Porro in Polonia Ad Regni Primatem multosq Senatores Con-
cursum est per Literas de Nunciis, et Ordini Candidatorum inseri
quaat illi quos pectus liberum arcano sensu fovebat in publicum
producendos. Quare et Dux Condaeus et Dux Neoburgicus, et Dux
Lotharingiae altam spem posuerant in suis Promotoribus qui etiam
ad sessiones familiares discrepabant sensu ac voluntate. quilibet pro-
moveri cupiens eum, a quo futuram promotionem sui certo existima-
bat. Exinde Primati molestissimi sollicitatores erant qui in perple-
xitate manens, ad Suffragia Caelestia recurrendum primitus conclusit
et supplicationes publicas per Episcopatus instituerentur, ad felicem sta-
tum Convocationis impetrandum. Tale Consilium universis placuit. Maius.
Ad prima itaq limina Indictae Convocationis, confluebant Proce-
res Poloni, Lithuani, Prussii, in magno comitatu planeq insolito,
quos secuti Cohortes armatae tam peditum quam Equitum ex Terris
ac Palatinatibus coactae, liberam Electionem instauraturae, quae non
paucas Villas ac Campos hominibus armatis impleverant. Verum in
horas ac dies numerus in immensum auctus, Nobilitatis ad Eligendum
Regem confluentis Centum et viginti millia computata fuere. praeter
homines ad eum Actum non pertinentes.
Instante die 2. Maji Inchoationi Electionis designatâ, ad Porticum
in Campis Varsaviae nuncupatis constructum, pro commoditate Senatorum,
larga satis capacitate effectum frequenter Columba alba transvola- Omen bo-
bat saepeq tecto insidebat. quod operatores circa fossas intenti, obser- num.
vabant acclamantes Quietam et pacificam Electionem futuram.
Quod omen etiam Varsaviam delatum est. Exhilaratus itaq Primas
Regni Actum futurum Deo Praepotenti in Ecclesia S. Joannis, votivum
Sacrum de Sp. Sancto peragens, commendavit, atq peractis officiis Di-
vinis, circa horam tertiam post meridiem, in magno Comitatu ad Cam-
pos processit. Obvius illi fuit Ordo Equester magnum equitatum effi-
ciens, et de more ad Locum destinatum honorifice deduxit. Caeterum
inter fossas ac Vallos, ingens numerus Nobilitatis haerebat, salu-
tationibus mutuis certans, faustitatem Actus ingeminans. Tandem
Primas in loco debito constitutus praemissa devotione ad Majestatem
Divinam, comprecatus est prosperitatem universis Ordinibus, pe-
tens ac admonens fraterne, ut Actum insolitum, in amore mu-
tuo in quiete ac securitate omnimoda inchoare velint. et libera
Suffragia disponant ad laudem Dei praepotentis et Abdicatae Rei-
publicae tranquillitatem. Monuit et quilibet Vocationis et status sui
memor locum proprium occupans proprium liberum sensum ad Consul-
tandum proferat, bonum publicum in prospectu habens propositum.

Post peractis gratiis Primati, Ordo Equestris instituit, ut de More anti-
quo sub dio consistens inter fossas, in apertam aream progressus Di-
rectorem seu Equestrem Marschalcum eligat. Ad quem Actum effusus
Ordo diversa vota in diversas personas circa nominationem Marschal-
ci iuxta placita propria sunt prolata.
Verum ante Electionem Marschalci, et ante Ordinis Equestris progressum
malevoli quidam insurrexerunt contra Marschalcum Curiae Brani-
cium; quem incapacem sessionis publicae, et tractandae Electionis
declarabant ex eo, quod per Judicium Capturale Bielscense poena In-
famiae involutus esset, ob certam violentiam contra Leges Regno
vacante per eius Curiales ac famulos perpetratam. Quae Infamia
authentico scripto producto firmabatur. Branicius innocentiam
suam conabatur deducere, sed malevolorum clamoribus obrutus in-
auditus haerebat. Mox silentio comparato, Amici Branicii partes
defendentes, et male obtentam Infamiam asserentes. Controversiam
hanc tam novam, ventilandam ac decidendam ab Ordine Senatorio
instituerunt Primatemque Regni obsecrarunt ne temere a temerariis
hominibus moveatur loco suo Marschalcus. Commisit itaque Ordo
Equestris Negotium Ordini Senatorio, per quem Branicius partibus ad-
versis quietatis ac pacificatis, in loco proprio est firmatus.
Die 3. May. Alia praeliminaris quaestio proiecta est, per Zabokliczium Dapi-
ferum Braclaviensem, qui incusavit Formam Juramenti formati
ad Nuncionem Terrestrium Conservandas onerandas; quo libertas eligen-
di futuri regnantis, ligatur et suffragia libera Nobilitatis perimuntur.
Quare petiit aut Juramentum novum formari aut nominem stringi
ex Nunciis ad illud explendum, cum tota Nobilitas debebat consen-
sum praebere ad formandum tam horrendum Juramentum. Super ea
quaestione certatum rationibus; tandem ex Palatinatu Cracoviensi
Dux Czartorius Succamerarius Cracoviensis et Lissius Vice Capita-
neus Crac. intulerunt Juramentum formatum non esse onerosum cui-
libet Nuncio, quin imo in robore tenendum; ne cum factione ad illud
accedatur, alias qui noluerit iurare iuxta rotam, a Consiliariis
Reipub. conscriptam ille indicabitur incapax Electivus futuri re-
gnantis. Ultimum deinde, ut ante Electionem Marschalci Equestris,
Deputati primitus eligantur, qui punctis et clausulis Juramen-
ti praestandi debite attendant. Agitata haec controversia pro
et contra, quam plerique inanem declarabant. Verum Juramenti
nexum et Medullam discussit Stanisl. Zaremba Judex Terrae San-
domiriensis, quod formatum esse ex antiquo Jure Regni luculenter
deduxit, ideoque ad evitandas dissensiones Ordinis Equestris, quae

#

antecactis temporibus in Interregnis passim crescebant, armatisq' certabatur argumentis circa Electionem Regis, non autem rationibus premit intellectum et concordiam cordium comparantibus. Et cui nocebit illibata Fides, intrepida Conscientia, intemeratus Honor; hæc enim Clausula Juramenti multos terreat, sed maxime illos, qui claudicant in uno ex istis: quinimo mendax labiis proferet Juramentum, sibi et Reipub. non nocivum. Et licet Maiores nostri in Volumine Legum, de tali iuramento servando sacrum nexum expresserunt, tamen circa similes actus Electionis, simili iuramento sese obstringebant, ut facilius Principem Catholicum, rectum, ad arma aptum tractanda eligerent. Quo progressu Campus liberus eligendi Vocesq' liberæ regerent. Quo progressu Campus liberus eligendi Vocesq' liberæ Conscientia non potest tumultuari, quum Fides iuratoria nulla, Conscientia non potest tumultuari, quum Fides iuratoria nullum dolum, fraudem, corruptelas, promissa, potest pati: alias tale iuramentum esset palliatum, non conveniens cum corde et celerem vindictam divinam trahens. Post hæc sopita quæstio, et Juramentum Nuncii Terrestres præstiterunt.

Tandem progressum ad Electionem Marschalci. In qua diversis personis, addicti favores. Inclinata Nominatio in Lubomirscium Capitaneum Sepusiensem: in Piniarskium Capitan. Oscisin. in Cracovium Capitaneum: atq' in alios præstantes Viros: sed coniuncta vota sunt in Felicem Potocki Subdapiferum Regni Capit. Ropcic. etc. qui Juramenti Controversi glaciem primam fregit bono omine: siquidem illi accessit sortis Severitatis, ex qua prosperam Directionem appreciati sunt.

Diversæ itaq' Materiæ productæ ad tutelam Senatoriis et Equestris Ordines, ut præliminares Electionis: quæ decendium eripuerunt. Nam supra Exorbitantiis admissis, multum tempus admissum et amissum quæ ad effectum non sunt deducta. Causa Lubomirsciana respectu Judicii male formati erat resuscitata: eiq' medella adinventa. Tumultus domestici in longum tempus protracti, malevolis animis ad Senat. Collatio Præfecturæ M. D. Lithu. Exercitus in ultimo gradu Abdicationis, invalida declarata. Quæ singula ac exacerbati orum personarum cum essent comparata: prudenti Consilio Senatorum est effectum, ut per Deputatos ex utroq' Ordine Controversiæ tales sopirentur.

Vix igitur die 16. Maij à Contentionibus respiratum. Primas itaq' Propositionem Convocationis longo sermone intimavit, exoravitq' Electores ut Regem eligerent Catholicum, qui calamitatibus Regni succurreret et aliqualem Coniunctionem et relationem cum Domo Jagellonica haberet: qui posset appellari Pater Poloniæ: qui altera

Dies 4. May.

Die 16. Maij

tas provincias recuperet, excussa de orbita fidelitate reparet: qui Justitiam colat: et Religionem Christianam promoveat ac tueatur. Actae Gratiae Primati: ceteraque Sermonibus accommodata De Securitate publica providendâ; quandoquidem non diurna tantum quies ac tranquillitas ob magnos Comitatus Heroum, et Satellitia: sed nocturna maxime de consuetudine latrociniantium perturbabatur. Cui malo cum remedium debitum nequibat adinveniri; conclusum ab utroque Ordine, ut Catervae assistentes numerosae ad Villas remotiores deducerentur, publicae quietis retinendae gratia. Nam his Catervis succincti plurimi Liberas Voces impedire conabuntur. Ut ille Elector sit et non alter, quem potentiores vellent eligere. Deputati itaque ad inquirendas Catervas; et Judices designati in Contumaces.

Ortae interea Querelationes, contra Boguslaum Radivilum: quod ille Brandeburgum ad Regnum vacans promoveat notabili factione Kosakorum ad quos Metropolitam Tukalskium direxit cum literis inductoriis, ut cum armis ineant, et Oratores tempestive submittant; quum Dux Brandeburgicus Jura ipsis sit daturus, qualia desideraverint, et duos Milliones numeraturus, dummodo Cohortibus suis eos Proceres succinxerint, qui a partibus Brandeburgi stabunt.

Item Contra Kirzabitowium: qua authoritate Commendatum sibi habeat Exercitum Regni ac Reipub. qui ad factiones augendas aptissimus est, uti anteactis temporibus actiones eius loquuntur. Sed quia Sobiescius fidelitatem eius et in bellicis rebus dexteritatem depraedicabat, cumque authoritate sua ut Supremus Dux Exercitus praeposuit, dicebat universis: ideo non posse moveri a quoquam de hoc Officio. Mox Pekoslawius instituit: Fidelitatem hanc teneri Kirzabitowium iuramento firmare, quandoquidem in simili occasione Herburtus constitutus Director supra exercitum a Zamoiscio belli Duce, iuramentum praestitit: quinimo et Zamoiscius in facie Ordinis utriusque iuravit se non in fraudem aliquam Militiae universae praefecisse Herburtum, sed ad publicae securitatis tenendum ordinem. Quare inclamatum a reliquis. Ergo similiter et Kirzabowius faciat, et Onus Sobiescius! Quam inclamationem repressit Sobiescius, se esse Ducem Supremum Regni iuratum, et aeque Kirzabitowium iuratum. Quare res admodum gravis silentio terminata est.

Item Contra Visitatores Legatorum Exterorum producta accusatio quod passim nocturno tempore Congressus faciant eoque facto in magna sint suspicione factionum tractandarum, cum Reipub. damno.

In eo

In eo negotio Decretum, ne ullus sive Saecularis, sive Spiritualis aude-
at descendere ad Hospitia Legatorum ac Oratorum extraneorum sub poena
perduellionis, et Spoliationis tam in equis quàm in Vestimentis. Ea de Causa tam
ad Exorbitantias ita ad Factiones indagandas, Judicium commissum est ex
unanimi Ordinum consensu Joanni Sobieski Marschalco Regni, Joanni Klewa-
ki Bravino, Marschalco Curiae. Alexandro Szelski Gnesnensi, Stanislao
Skarszewski Vainiensi; Stephano Kurcio Brestensi Castellanis: tum Dies 17
Christophoro Korycio Culmensi Succamerario, Joanni Alberto Parys. Sigis- May.
mundo Konarzewski, Carolo Dantowicz. Stephano Zielski, Mattheo Stani-
slao Ostrzycki, Stanislao Zareba. Joanni Antonio Chrapowicki, Mattheo
Olszewski etc. quibus stricta Forma Judiciorum celebrandorum totius
Reipub. consensu data est, praemisso tali iuramento à quolibet Deputa-
to Judice.
Ego N. Juro Deo Omnipotenti, me iuxta Dei et Regni statuta conscripta
iuste iudicaturum omnes Causas partium iniuriatarum, nullo respectu ha-
bito, divitis, pauperis, amici, inimici, incolae, advenae, nec curaturum quid-
quam corruptiones, minas, coniunctiones sanguinis, sed solo Deo in iudi-
cio praesentissimo, iuxta Jura Regni, omnes controversias ponderabo, et con-
scientiae rectae dictamen sequar, omnes Causas fideliter, iuste tracta-
tabo, arcana Judicii nemini revelabo, personarum acceptationem in fa-
cinoribus deprehensarum, non servabo, sed absque respectu solum Deum ha-
bens prae oculis, omnia nostra statui et Securitati Reipub. Sacrificare iu-
dicabo. Sic me Deus adiuvet et Sancta Christi Dei Passio.
Tandem ad Juramentum Marschalci Ordinis Equestris Electi nuper
defensum, qui iuxta eum tenorem in facie universorum iuravit.
Ego Felix Potocki Juro Deo Omnipotenti in Trinitate Sancta Uni
quod in eo Electionis Actu, Director Ordinis Equestris destinatus, à nul-
lo dependebo praeter sensa Ordinis Equestris; cum nullo Conventantium
de Regno, nec per se, nec per subordinatas personas, conferentias ab-
quas aut practicationes exercebo: quinimo si de novo tractatu
sciero, cum Reipub. aperiam ac deferam: donaria, honoraria, tam à
Civibus quam ab externis prout non accepi ita ea non accipiam: ne-
que promissis aliquibus dictis, sive scriptis, à Conventantium Legatis
mihi oblatis, Conscientiam meam involvam; alicuius Interesse, aut
proprium non promovebo. Liberae Electionis Instrumentum Authen- 18.
ticum nemini subscribam absque unanimi concordia Ordinis Equestris.
Sic me Deus adiuvet et Passio eius Sancta.
Processum ad Juramenta Senatorum, quibus peractis ad penit-
iora Electionis tractanda progressum est, pluribus tamen Juramentum
onerosum et Confiscationum minantibus: eo quod plerique iam obno-
xii erant quibusdam Conventantibus, dum Responsa sua ad Lite-

res eorum remittebant eum sese promotionis ob notabiles sibi traditas summas, ac donativa transmissa.

Die 18. May. Facta Coniunctio Ordinis utriusque per Deputatos designatos ab Equestri Ordine ad Senatorium Ordinem et mutua Consilia tractata, Electorem quemnam habere possint. Tandem postulata Exterorum Legatorum admissa, ut ea patefaciant Reipub. quae a suis Principibus commissa habuerunt. Temporaque ipso adeundi Rempub. designata. Electorem cum diversi diversos proponerent primum Ducem de Conde Gallum; secundum Ducem Neoburgensem; Tertium Ducem Lotharingiae, quartum Ducem Brandeburgi: quintum Ducem Moschoviae: non videbatur congruum, Rempublicam defraudere ad tantum numerum Concurrentium, quoniam ex ordine duos tantum aut tres assumendos in deliberationem, Conclusum est. Quapropter cum Dux Moschoviae Schismaticus sit. Brandeburgus autem Calvinista; ex eo non sunt censendi Candidati. Jam vero quia Gallica factio pertraxit Regem Casimirum ad abdicationem, ardenterque elaborabat, ut superstite Rege Dux de Conde eligeretur, ideo ac Respub. maioribus motibus commisceretur, bellumque intestinum per sequaces partium Gallicarum promoveretur, penitus de Gallico Candidato non est cogitandum. Lexque publica in eo Actu Electionis statuenda ut promovens Gallicarum Conventionum suspectus et factiosus omnium iudicio reputatur a praesenti Actu excludatur. Sicque duo tantum Candidati, campum Concursus habuere, Neoburgicus Dux et Lotharingius.

Insumptum itaque multum temporis, circa Conclusum; diffinitque erat Exclusio Gallicanae Domus; quandoquidem Regnante Casimiro multorum litterae ad Ducem Condeum delatae erant cum sese promotionis ad Regnum. Sed quia arma domestica parabantur in fortes promotores Galli et iam intra verbis acerbis ac sententiis acuebantur; ob mutuam conservationem pacis ac Reipub. ad alia negotia transvolatum est, et per oblivionem factionis Gallicae aliorum partes abundantius crescere quaerat.

Quare ad Ordines Regni PP. Bernardini Vilnenses supplices, conquesti sunt

Die 19. May. contra Notowicium Notarium M. D. Lithu. quod per Molendinorum erectionem, Ecclesiae et Claustrum eorum summum periculum sint subitura ob eluviones factas, quae etiam sepulchra aquis impleverant nulloque modo ob impetum aquarum humana corpora contegi non valeant. Verum Notowicius hanc conquestionem importunam declarabat eo quod Canale grande ab arce defluens, impedimentum habeat fluxum et defensum, per diversos meatus obstructum fortiter, aquam istam deduxit obnoxiam Patribus non et Molendinis praedictis cum inferiori loco sint remota, sed et tota Civitate, quae abundat

stat vario fluxu nullum refluxum habens. Incusandos ergo incolas
omnes Ostrowsci intulit non vero Molendina. Negotium itaq; dilatum est
ad assignandos Commissarios qui indemnitati Patrum prospicerent.
Accessit ad tractandum Ordinationis Zamoscianae negotium, magni pon-
deris; quod D. Zamoiski ut legitimus dictae Ordinationis ex lumbis
Zamoscianis Successor in Electionis Actu decidendum exoptavit; et pe-
tiit Consortem Jeremiae Ducis Wisniowiecki olim Palatini Russiae dere-
lictam, licet ex lumbis Zamoscianis, sed non masculeis progenitam
a bonis Ordinatis removeri; et licet ac impensas factas in iura, in
Cohortes ac milites, restitui: hominumq; Capita occisorum, circa bo-
norum violentam apprehensionem, iuxta decreta compensari. Causa
haec habuit promotores diversos pro et contra: ob quod dilata est
ad Comitia futura, stante Electione Novi Regis, in quibus aut Or-
dinatio dicta Zamoscii veris adiudicari poterit aut plane tolli; si-
quidem bona Ordinata in manu hostium consistunt, per Moscovos oc-
cupata; in quibus et liber Ordinat. consistere nequeunt, nisi ma-
gni belli mole attentata.
Induxerunt deinde Smolenscenses Incolae exules ex Moschia Litteras
Scriptas ad Regni Primatem publice legantur, ex quibus liquere posset
an Moschus promovere meditetur ad Regnum Filium et quibus conditio-
nibus? Lectae Litterae, sed nihil de Candidatura expressum; tantum e
longinquo insinuatum; ut Respub. Polona de unione pace cum Do-
minio Moschico cogitet; Commissariosq; designet ad Colloquendum; ide-
ndendam ab utraq; parte, stabiliendam unionem. Justitiarius videri exu-
les ex illis Consiliaria a Respub. declaretur, in qua inclinationem ha-
beant tutum ac securum: tum et Commissarii Kioviam ordinentur
ad perpetuam stabiliendam amicitiam cum Moschis. Hinc ex tali- 18.
bus sermonibus, concludebatur Moschum concurrere ad Regnum;
sed directe pro Moscho nemo egit negotium; quia Moschi rogari
voluit ut Poloni ad protectionem eius inclinentur, per quam nun po-
terat Filium suum ordinare ad concursum Regni Poloniae: sed qua
potentiam Moschicam plene noscebant, eiusq; tyrannidem dominium;
ideo negotium Concursus plane sepultum erat. Commissarii Kiovi-
am sunt Deputati; in quantum gressus pacifice in partes illas ef-
ficiatur; alias cum Exercitu gradiendum esset in oras illas, quae ho-
stilitati ab omnibus partibus circumdatae existunt. Die 20. May
Nuncii Palatinatus Sandomiriensis invectivam adduxere contra par-
tiantes Condaei quem in pectoribus habent plurimi, et nocturna consilia
tractant suscitationi eius Concursum, neq; timent Exclusionem sui

ab actu Electionis, quinimo dicunt extra Electionem posse eligi Regem locantes ipsum in Exercitu quod paratum pro partibus Contii asseverant. Permovit multos talis invectiva, et natu pleni ha-rebant multi antiqui istius factionis promotores. Conversique Sermones impetuosi in Primatem, aliosque Episcopos; in Marschalcum Regni aliosque officiales Regni et Exercitus, dixque erat esse concursum ad arma. Timore itaque primo pulso Castellanus Varsaviensis iranem quaestionem inductam esse dixit. Juramentum enim in antecedenti Convocatione formatum non posse stringere liberum arbitrium cuiuscunque activam vocem liberam ad eligendum Regem habentis. Vivimusne enim? licet pro libertate nominare ad eligendum, sive Neoburgum, sive Lotharingum, sive Condaeum! Ea vox et pectora sunt libera ad talem Actum peragendum! Acriter contra Castellanum Varsav. vociferatum, et ad frameas concursum, illatum et invidebatur tanquam hostis patriae. Facto igitur grandi fremitu, ab Equestri Ordine Judicium formandum in continenti expostulatum! Et per talem fremitum Concursus Condaei factus infirmior: iamque promotores eius nollebant ad Campos descendere, ob liberae vocis inusitatam oppressionem.

Die 21. May. Sopito illo tumultu Ordo Equester expostulavit per Legatos suos a Senatoribus, ut Scriptum praeiudiciosum Reipub. legatur publice et inquiratur author eius, quod Castellanus Leopoliensis, missum habuit à Trebotino Episcopo Cracov. Respondit Castel. Leopol. Fredro, habuisse Scriptum missum à Trelsino per modum communicationis, non per modum Consultationis. Aegro animo hanc expostulationem tulit Episcopus Crac. dixitque istud Scriptum non se legisse, neque advertisse à quo traditum sibi esset, neque scivisse an Castellano sit communicatum. Quare protestatus coram Deo, se nescire de eo Scripto, seque ab omni suspicione esse liberum; quinimo iamiam Castellanum illud sibi misisse. Negavit Castellanus et devocatum ad imprecationes diras per Episcopum; contra Castellanum virum alias prudentem et de Reipub. statu sincero sollicitum. Insurrexit versus Castell. Varsav. Qui cavet ne offendat ad lapidem, incidit in foveam. Fremitus super ingens in me conversus pro uno verbulo et quidem libero; et iam voluntaria Scripta habitis, quae non sunt revocabilia, in quantum Consilia perversa continent, quid si salutaria; cur ergo contra Scriptum ardenter proceditur, et legatur ego pariter obsecro: sed plura sunt Scripta non pro tribus Competitoribus, sed pro novem Candidatis disseminata! Ergo ne pectus vestrum aversionique ista Scripta expugnabunt, ergo Conspiratam ad mala consilia intimabunt? ergo liberam vocem enervabunt? ergo perjurium efficient?

quinimo

quinimo permittendum ut legantur publice, si sana retinendae: si absona abiiciantur. Prodierunt enim à malis Scriptoribus fundata in Legibus patriis scripta digna lectu et observantia: quae legenda sunt omnino: ad informationem eorum qui ignorant leges et iura domestica; quo in passu monitus antiquus, insistendum est non exoticis non fraudulenter proiectis Actus iste solemnis dirigendus, sed Fide Christiana Consapiente firma adaitendum ut Dnus et Rex eligatur, commodus Religioni Romanae, Reipub. nostrae amans et omnium nostrum. Igitur Scripti impostores reiecti, ad Consilia deserendamque opportuna.

Inductum insuper de Consiliis nocturnis, quae promovere fortiter insimulatur Primas Regni! iamque spretis suffragiis Ordinum dictum habere Regem! Tali insimulatione obiectis Primas Regni intulit, apertam Calumniam contra se evulgatam esse. Cuius deductionem expostulavit omnino fieri. Mox illatum dixisse Primatem: si non steterit Rex Londdg omnino stabit Neoburgus. Ergo iam postpositis omnibus habetur creatus Rex in pectore Primatis. Alia infirmant Primas. ergone mihi imponitur lex, ne me Senatores visitent, non solum Sti Primatem sed Dni morbis affectum! Ergone Primati non sunt Consilia exquirenda, à Senatoribus tam diurna quam nocturna! ergone apud insimulatores non clauderat Conscientia; qui iam paratis factionibus, ad Campos veniunt, et ipso quod attentare volunt vel sana Consilia rumpant, nosque iam à Consessu publico excludant! Maledicta sunt talia pectora, quae publicam Salutem, in discrimina aperta ponere nituntur. Suntne libera nostra Consilia! sunt ne Senatus Sessiones; armis, globis perturbatur Status universus, et profecto in Senatoriis partes secedemus, et tanquam aquis elabemur. Si cupiunt terminari Electionem, non consilia nostra perturbent aut sinistre interpretentur sed permittant nos et die et nocte consulere dummodo ad Dei et Patriae Salutem servandam consiliis vestris prospiciamus. Sopita itaque diffidentia, iamque sequentibus diebus, erat speranda evalescentia. Die 22. May.

Verum et Procancellario Regni, objectum obiectum! quod etiam ipse Literas à Neoburgo habeat! Reddit ille se habere, et alios plurimos Proceres. Et exhibet. Ergo et illi suspecti, ad quos Literae mittuntur! Ergone, qui non licuit in tam gravi materia Epistolas dirigere, Sed aliquot externa Literarum directa ad diversos Proceres. Ergo et universi suspecti! Non volubilem

Conscientiam gestamus, non voluntatem appretiatam habemus sed pro communi bono laboramus, et dies noctesque insumimus insomnes, pro commodo Reipub. et Divinae Maiestatis gloria. Quare non puerilia sed virilia corda circumferimus, operamurque per instrumenta literalia omnia, quae conservativa sunt status publici Regni durante. Si igitur diffidunt nostrae fidei invatae permittant nos ab istis tumultuariis rotibus abscedere, et sic inter consilia sua tractabunt nulliusque addita sensa quae soli Deo nota sunt. Sinistre interpretabuntur. Mitioribus deinde sermonibus inductum est, et diffidentiarum suspiciones exclusae de Officialibus Regni.

Die 23. May. Recenduit iterum instantia de litteris ab Epo Cracov. trutinandis in quibus Modus promovendi Ducis Neoburgi praescribitur, ad quas respondendas et legendas urgebat Pekoslawsky nomine Equestris Ordinis. Tandem productum istud scriptum non Epistolare sed Modum promotionis Neoburgi continens, qui Modus magis persuadebat violentiam, quam propensum ad Regnum conversum. De quo ista erant praecipua puncta.

1. Ante omnia attendum est, ut Arx Cracoviensis tradi possit Duci Neoburgico, uti de stirpe Jagellonica orto.

2. Pecunia non parcendum inter Proceres Regni distribuenda, quam et Lotharingiae Dux, jam multa millia inter ipsos effudit, et hac arte divisio animorum sequetur, tamque Lotharingi partes vacillabunt.

3. Ad Caesarem quamprimum recurrendum, ut quamprimum aliquot millia hominum submittat armatorum quasi ad eligendum Regem venientium, et sic sequaces Lotharingi de suo fervore amittant. Pro quo obsequio Caesari Jura et Privilegia quam plurissima dabuntur.

4. Ad Ducem Tartarorum dirigendi sollicitatores, ut sit a partibus Ducis Neoburgi; cuique in auro offerenda sunt munera; sicque armatis precibus demulcebuntur pectora faventia Lotharingo.

His auditis Pekoslawsky una cum suis Collegis impetuoso sermone invectus est contra Epum Cracov. quem plurimi defendebant ex his rationibus, quia hoc scriptum et Cancellaria Ducis non promanavit. quia redolet Satyricum consilium, et fabulosum, ergo non pro scripto sed pro malevolo consilio tenendum. Replicavit Pekoslawsky: Id scriptum est fabula, quae apertum fundamentum habet violentam Electionem firmandi et ad regnum cum armis, non cum desideriis demissis conveniendi. Iste est Electionis tractandae modus subdolus, quo liberas voces cupiunt submovere, aut saltem nos omnes, motu armorum dissipare, et in discrimine Rempub. aperte volunt collocare. Urge-

Urgebant alias Literas legi ac produci; ex quibus nihil videbatur
adductum esse. Quare alii concluserunt inanibus scriptis non esse teren-
dum tempus, quinimo ad negotia graviora accedendum.
Et subinde Cives Kamenecenses Supplicarunt Ordinibus, qui Fortali- Die 24. May.
tium Kameneciense deducebant esse diminutum praesidio, munitionemque
neglectam esse, victualia non haberi, peditatum distractum esse, caristi-
amque effectam gravem ob inhibitiones Palatini Valachiae, ne frumenta
ad emendum subvehantur aliaque pertinentia ad alimoniam. Quod omnia
confirmavit vera esse Myslizewski, illudque Fortalitium vastitatem
et desolationem minari. Ea propter Conclusum ut praesidium augeatur
utque pecunia notabilis ad victualia emenda mittatur, et de pulvere pyri-
co, plumbo, ferro provideatur: et Literae ad Palatinum inhibentem talia
dirigantur nomine totius Reipub.
Iterata deinde publicae securitatis violatae accusatio, per multos homi- Die 25. May
nes ebriosos, qui cum furore gravi personas in dignitate collocatas atro-
cibus verbis laedunt, familiam eorum modestam vexant, et ad arma provocant
magno cum contemptu eorum ad Consilia venientium. Quamobrem ad
officium Marschalcorum recursum ut talem insolentiam armato peditatu
compescant, et delinquentes aut ad arma provocantes capiant, et iudi-
cio praesentent. Et ne detur occasio potationibus inhibitum erat, ne pro-
pinatores liquorum ad locum Electionis audeant potus cuiuscunque,
crematae, mulsi, vini etiam cerevisiae adducere, sub amissione tam li-
quorum, quam equorum, et sub captivatione personarum vendentium.
Proclamatum adhuc ne pueri, famuli, haidones, aliique personae infe-
riores loco Electorali e propinquo assistant, neve Dominos suos, sequi
audeant cum oppressione personarum qualificatarum; in contumaces
edicto promulgato fustigationis et captivationis.
Item proclamatum ne ullus Externorum ad Locum Electoralem prae-
sumat ingredi ubi publica negotia aguntur, neve sub praetextu Mer-
caturae ad Civitatem admittatur, nisi Conditionis suae testimonium
probatorium monstraverit; alias ut persona suspecta ad carcerem de-
trudetur.
Item Proclamatum, ne provocatio fiat ad Duella, sub poena sessionis
Turricae, et mulcta marcarum 60. Quod si iam in duello vulnerati re-
periuntur, tales poenae capitis subiiciantur.
Placuit tandem Ordinibus utrisque ut respiretur, et diffidentiis sublatis Die 26. May.
addantur Residentes Deputati ad Legatos Externos, qui causas adventus
exquirant, eosque penetrent, an ad partes Candidatorum sint propensi, num
si specialia mandata suorum Dominorum attulerint, pro informatio-

ae Ordinum. Ubi exprimant an per Literas tractatus suos expe-
diri cupiant an per publicam in loco Electorali audientiam. Requisi-
tis itaq: necessitatibus Legatorum, campus apertus est ad Expeditiones
tractandas tum ad inductionem Caussarum sui adventus, circa quas
deliberatum est (Oratoresne an Plenipotentiarii eorum essent indu-
di) promiserunt Ordines.

Die 27. May. Inductus itaq: ante omnes Legatos ac Oratores, Nuncius Apostolicus
ad Locum Electoralem, quem multi Proceres honorifice admodum dedu-
xerunt cui locus primarius datus est. Mora parva interposita exor-
sus sermonem; quod ad Augustum locum Electoralem venisset omnem
prosperitatem in Consiliis, Ordinibus universis totiq: Reipub. exoptatum.
quodq: mandatum habeat à Sanctiss. Clemente Nono speciale, ut Inclytos
Ordines praemoneat, ne ad Regnum Vacans per Abdicationem; eligere
aut promovere audeant Principem aliquem Schismatis aut Haereseos
labe infectum; sed talem in prospectu habeant qui verus et cautus sit
Catholicus. qui Religionem christianam profiteatur zelosiq: eam promoveat.
qui non de Regno tantum terrestri curam adhibeat, sed etiam Regni coe-
lestis non sit immemor: qui deniq: Sacram Sedem Romanam reverea-
tur eamq: pro virili, in occurrentibus casibus defendat. Sermoni isti non
inseruit aliquem ex Candidatis, ne Liberarum votorum impediuisse vi-
deretur placita; sed cum Papali benedictione se venisse ad Ordines
confessus est ad eum eventum exoptandum, ut Principem Catholicum, bo-
num zelosum, pacis publicae amantem; tam magnis Dominiis vacanti-
bus praeficiant, et animi omnium in charitate ad eum eligendum ac
talem qui Deo et Religioni, atq: Reipub. commodus esset, coalescant.
Gratiis actis cumulatis sermonibus Nuncio Apostolico, quem Proceres
summa cum alacritate reduxerunt ad propriam Residentiam; inge-
minantes, nunc initium Electionis prosperum habituros Ordines, dum su-
am benedictionem Sanctissimus, pro fundamento validissimo Consultatio-
num per suam Celsitudinem impertiri dignatus est. Quare promiserunt
se progressuros ad quaerendum Regem Sedi ac Fidei Romanae dedi-
tissimum.

Die 28. May. Postera die inductus est Legatus Imperatoris Romani, cum decen-
ti Comitatu; qui in Loco Electorali supremum locum possidens.
inprimis Condolentiam fecit Reipub. toti; quod Serenis. Casimirus per
Abdicationem insperatam Rempub. deseruerit eamq: in collisionem di-
versorum Principum reliquerit. Avisatum esse Imperatorem de Con-
cursu multorum Principum affirmavit. sed de Candidatorum progres-
su, cum non sit certificatus: opere pretium a missurum se existima-
vit, si eum promovere vellet; qui iuxta pectora Ordinum non esset.

Proinde

Proinde Imperator Romanus, eos concurrentes Principes cupit esse
recommendatos, qui à Maioribus Catholicis lineam continuam trahunt
Fidei orthodoxæ, sicuti magnum esse firmamentum ad Regna tractan-
da Fidem intaminatam. Quod si eos Cognationes Regum Catho-
licorum iuvant, Ducumque Prosapia aliorum vetustate eminens, et nulli Catho-
licorum Dominiorum hostilitati implicati sunt, dignos eos censet Impe-
rator, ut intrent locum istum Electoralem per suos oratores. Si vero
affinitate Jagellonicam Domum de facto tangunt, singulari affectu
in eos prospiciendum esse, ut Jagellonicæ stirpis renouentur incrementa,
cum qua etiam maiores nexus habet Domus Austriaca. Sed Liberis
votis Ordinum Inclytorum huius Serenissimæ Reipub. nullam imponit
legem; id tantum cupit esse positum in prospectu, ne dignitas Domus
Imperialis à non fauente Electo postponatur. Plura sunt adiecta
in Literis ad Rempub. directis, in quibus propensio Imperatoris ad Do-
minum Neoburgi primario, ad Lotharingum secundario inclinata erat.

Introducitur deinde orator Principis Neoburgi qui fortes instan- Die 29. May.
tias habuit à Casimiro Rege abdicato, ad Proceres eos, qui beneficiis
Regis Casimiri creuerunt. Pariter à Domo Austriaca fauores erant
declarati erga Domum Neoburgi. Quare orator Principem Concurrentem
deduxit Catholica Fide et affinitatibus Ducum, Regum, Imperatorum ful-
gentem, vegetum ad arma tractanda aptum, experientia bellica firma-
tum et virtutibus praeclaris commendatum. Prolem eius non futuram one-
rosam Regno deduxit, quandoquidem Inuictissimus Imperator et Serenis-
simi Electores, eam prolem summis honoribus adauctam esse voluerunt. In-
tulit et alia elogia pro Domo hac: quae attento animo Ordines ex-
ceperunt, seque habituros in prospectu Principis Concurrentiam declarave-
runt.

Datus Campus perorandi Regis Sueciæ Oratori, qui et Regis Sueciæ Die 31. May.
pueritiam ad sydera extulit: et Ducem Brandeburgicum commendauit, Vi-
rum Militarem, opibus abundantem, et Consanguinitatibus magnis fre-
tum. Tandem interrumpitur sermo eius murmure grandi; qui perturba-
tus, animo tamen recollecto quaesiuit; vnde ortum sit murmur. Rendit
quidam. Catholicum Candidatum quaerendum duximus non Acatholicum.
Gradit orator. Si vota accesserint, fiet Catholicus. Responsum: Non in
futuro quaerimus Regem Catholicum, sed in praesenti robusto tempo-
re, et in praesenti; qui non sit Vastator dominiorum Catholicorum sed
propagator, quique non sit Regnorum publicus praedo. Tandem orator
confusus non vehementer tamen Rendit. Eligant quem cupiunt, mo-

do nobiscum conveniat et amicitiam colat. Post ad Residentiam perve-
Die 1. Junii xit, comitatus à multis Proceribus dissidentibus.
Hac occasione Dissidentes in Religione, atque Lutherani, Calvinistae,
et alii sectarii, urgebant securitatem omnimodam circumscribi et li-
berum Exercitium permitti, in haereditariis villis ac oppidis. Tali
sermone commoti Ordines acria proferebant consilia, ut omnes Dissi-
dentes excludantur à Consessu Ordinum, ut vera Fides, vera Eccle-
sia Romana triumphet. Lutherana autem Synagoga, Calvinistica
et penitus ruinis compleantur. Vocibus his Prussiae indigenae obsiste-
rent, quos multi de Catholicis defendebant, praesertim affinitatibus co-
gnationibus vinculati. Tandem Episcopis voces interrumpebantur.
conclusum tamen ut Dissidentes eandem pacem et securitatem habe-
ant in personis, ac bonis suis, quam hactenus habebant; de novo au-
tem favore non cogitent, quinimo Ecclesias ademptas Catholicis
Monasteria restituant, cum omnibus suis proventibus. Talis resti-
tutio praeiudiciosa videbatur quibusdam fautoribus haereticorum,
qui à Toruniensibus, Gedanensibus aliisque quotannis honoraria ampla
recipiunt, ne ad restitutionem multarum Ecclesiarum profanatarum
deveniatur. Reliqui dixerunt. Sinite Dissidentes crescere, et ziza-
nia ne extirpate, ne forte triticum eradicetur.
Die 3. Junii. Certamen ortum de Generalatu Campestri M. Duc. Lithu. quod dilatum
est ad tempus commodius. Interea litterae lectae Cracovia allatae, in
quibus significatum, voluisse praeteritum Regem in Arce Cracoviensi con-
sistentiam ad duas septimanas habere; sed dum denegatio facta est
archiq(ue) custodirentur portae, substitit in Lapidea sub Signo S. Christo-
phori, discessurus ad Tyniecensia bona. Illatum illico à quibusdam
malevolis. Jam ergo antiquus Rex Duci Neoburgensi traditurus est Ar-
cem et Cracoviam; quandoquidem constat ex Scripto illo ab Epo Crac-
oviensi suppresso tale Consilium fuisse. Benevoli vero contra Regem abdi-
catum defendebant, Maiorem affectum habere erga suam Patriam
Regem antiquum; quam nos erga eum. Nulla hospitalitas in eius cor-
de residet, nos autem cupimus omnimode tam bonum Principem. Sa-
tius esset rogandus, ut intra viscera Regni resideat, et nobiscum mo-
riatur, non velitimus Sepulchrum Regale, in quo Parentes, Fra-
tres requiescunt, in Domino. Si vero Dux Condaeus promovebitur
ad regnum, cur antiquo Regi non eadem oeconomia aliqua in
vim provisionis, qua alterius, maneat nobiscum, usque permittamus ex
alterius tenere angulos. Magnus tumultus ad talia dicta exortus
per licentiam malevolorum; et Illatum mordicus, Ergo ne Condaeus
in pe.

in pectoribus multorum resideret, omnino illi sunt exturbandi e me-
dio nostrum, qui sunt fautores illius. Responsum clamorosa voce.
Cauete erumpite in eum feruorem, alias rumpemus Electionem. In-
quisitum statim, quis talia respondit, quis. Sicq sermo ille silentio
includitur. Die 7. Junii.
In Crastino reassumptum Condaei inuolucrum, et ardenter inquisi-
tum super fautoribus eius; illiq sunt insimulati fautores, qui an-
te triennium et quadriennium artifices erant superstite Rege Ele-
ctionis, ac per consequens Abdicationis. Iterato itaq consultum est
ut penitus a Conuentu remoueatur Condaeus. Contradixitum isti con-
silio. Ergo et Dux Neoburgus remouendus, ergo et alii. Urgebatur ig-
tur Remotio Condaei conclusione determinata, ne habeatur pro
Concurrente.
Post magno cum fremitu, Exemplum Abdicationis tollendum esse de-
creuerunt, quod cum periculo et reuolutione magna modernis e-
uenisset temporibus. Quare nunquam Regnanti Abdicatio est permitten-
da; neq Rege viuente de Electione alterius cogitandum; quicunq
autem intra et extra Regnum, conferentias de talibus exercuerit, ille
pro hoste patriae iudicabitur, et dignitatibus ac bonis priuabitur, dominis
hic tale factum conniuentibus. Die 8. Junii.
Religionis Graecae Procures ac Nuntii urgebant, ut seditiones ortae in-
ter Spuales ritus Graeci componantur, et intrusi remoueantur ab
Ecclesiis regendis, qui magis sunt apti ad tumultus excitandos, quam
Congregationes regendas; indeq Rebellionis incrementa consurgunt.
Super quibus Commissarii Exutraq Gente designandi, inquirere ac
debito modo controuersias decidere.
Post magnos tumultus introductus Ducis Lotharingiae Legatus ac Die 12. Junii.
Orator, quem frequens Equitatus antecessit. Is competenti usus est ser-
mone ad Serenissimam Rempub. Cuius sequitur tenor.
Reuerendissimi, Excellentissimi, Illustrissimi, Perillustres, Magnifici, ac Generosissimi
Principes et Senatores: caeteriq Serenissimae Reipub. Regni Poloniae, et Magni
Ducatus Lithuaniae, Congregati Ordines.
Si commendationes exterorum Principum tanti apud hanc Sereniss. Rempub.
haberi crederem, ut Candidato ob earundem conspirationem proposito, Regium Suum
Diadema tradere necessarium duceret, abstinuissem me sane a comparendo coram
hoc amplissimo Senatu et consessu, tot coniuncta in cuius promotionem cor-
cata cupita. Verum cum notus orbi sit zelus, quo eam Libertatem suam
in omnibus, praesertim autem in adsciscendis sibi Regibus generosissime tue-
tur, et quidem pullaturus permissura videatur, ut Rex suus alibi prius a Se-
renis Principibus pro suo quolibet interesse, quam hic ab ipsa eligatur; ne
in hac Libertate sua cuius maximum liberae suae Electioni praesidium in-

feratur, ad exponendum Legationis mihi impositae contentum minime animum despondere volui. Siquidem Virtuti praemium proponit Serenissima Respub. quod magnitudine sua multis retro saeculis studia animosque celeberrimorum tota Europa Principum in se convertit, hodieque vel maxime Serenissimorum Candidatorum ambitionem excitavit, dum laudabili plane generositate, Virtutem non domesticam tantum, qua semper abundavit, sed externam etiam ad tam gloriosum certamen admittit, Orbique vult innotescere, solam hanc vere Virtutis Patriam dici posse: quippe quae eam undequaque advenientem, et nativam excipiat et veneretur: apud illam solam vere Virtus regnat, et videmus non semel superiores aetates eam ubivis terrarum inventam omni alio postposito respectu, à Praedecessoribus Vestris fuisse coronatam. Hisce inductus exemplis et aequitate Vestra, ante tribunal Vestrum sistit se CAROLUS HYACINTHUS Lotharingiae Princeps, exhibens Virtutem etiam hodie, etsi externis suffragiis nudam, hic tamen patrocinio non carituram. Non potuit diutius tot Regum et Heroum Gloriosum sanguinem, ad thronum velut ad Centrum suum tendentem intra Macedoniae suae limites coërcere, et postquam modestiae suae luculenta dedisset testimonia, legibus ad amussim observatis, et non ante Interregnum Candidatus, credidit se Serenissimae Reipub. sibique defuturum nisi Deum et fortunam vocantem sequeretur, eidemque simul concurrentiâ suâ medium suppeditaret, tum suspectam aliquorum despoticam dominationem periculosiorum aliorum violentiam, et in libertatem Vestram sub speciosis commendationum nominibus conspirantem eludendi. Latus hic se Campus offerret, commendationes illas, Serenissimae Reipub. suspectas reddendi, virtutemque in dubium vocandi, quae tanto patrocinio studiose mendicato, sive se indigam esse tacita confessione concedit: Sed prout Princeps meus aequitati Vestrae injurium esse credit, alienam laudem et suffragia anxie nimis et operose aucupari, ita alienis defectibus rem suam promovere, minus gloriosum quinimo indecorum esse arbitratur, exosus semper linguas et calamos petulantiores in Regum et Principum cognatam caelo potentiam spargere.

Liceat ergo mihi modeste perorare pro Domo Lotharingica! liceat meum Principem talem qualis est, sine ulla laudum exaggeratione sistere; quod eo libentius facturus sum, quod etiam Virtutem nunquam tantos sui amores excitare quam ubi nuda et alienis ornamentis spoliata conspicitur. Vestrae aequitatis erit, et Vestrae charitatis, quam in omnibus retro Electionibus testati estis erga patriam; dum praesentem illius statum, cum cujuslibet Candidati persona et dotibus seria trutina compensaveritis, illum tandem suffragiis liberis eligere quem eidem in pristinum splendorem restituendae, aptissimum et velut à caelo destinatum indicaveritis.

De antiquitate Domus Lotharingicae, gloriose loquuntur Historiae: nemini ignota esse potest, quum Orientem et Occidentem heroicis suis facinoribus impleverint utramque solis domum. Ab annis mille trecentis, gloriosos toto Orbe magnis nationibus Reges dedit, Godofredos, Balduinos, Renatos, Antonios, Hermannos, qui rebellantes Herulos in confinio Holsatiae compe-

scuerunt.

fuerunt; Hungariae periclitanti subsidia firma porrexerunt; Antoniumq Burgundum cognomento Audacem, viribus licet imparibus de ambitione detruserunt, cuius vitam gladio in agro Nanceiano Renatus animosus bellator. Dedit Hierosolyma Reges Gotofredum et Balduinum, quamquam exemplo Salvatoris nostri Corona Spinea redimitos. Haec gloria Caroli Quinti, tantorum Heroum Nepotis genuina avita est, cuius modestiam coronare aureo diademate Majestas Divina vobis Inclytis Proceribus reservavit. Floret in hac domo Zelus continuus Christiani nominis promovendi, defendendi, quae à suscepta Fide sacra nullam novitatis labem admisit. Neque novum aut insolitum nomen Lotharingicum in Polonia, ut adversarii contendunt. Habuerunt Duces Lotharingiae affinitates cum Poloniae Regibus; Visigotus Slaviam Polonam et Ludomillam Mecislai Regis nostri filiam, Frederico primo, et secundo Lotharingiae Ducibus desponsatas. Haec vincula renovaverunt postea cum Sereniss. Anna de Domo Jagellonica, quibus amicitiae incrementa, nexum possederunt firmissimum. Sed haec adferuntur ne peregrini admodum censeamur, per quod nihil iuris in purissimam nostram libertatem praetendimus. Attamen haec Prosapia omnibus comparet inter Regni Candidatos Carolus Quintus Lotharingiae Princeps, duorum Ducatuum Lotharingiae et Barri indubitatus haeres, Imperio Germanico non inutilis Civis. Is obsequia sua Sereniss. Reipub. offert, vigesimum septimum annum attingens, bellicis incommodis perferendis aptus, prudentia ac virtutibus alii florens, cuius aetatem Sereniss. Vladislaus habuit commendatam, quam moderamen Imperator Romanus agnovit animosam in seditionibus Hungaricis componendis. Hunc Principem Rex Casimirus Serenissimae Reipub. tantis commendationem esse voluit, dum Inclytum Regnum et Populum ob eius provectiorem aetatis paratum reliquit, regentem successorem quaerentium deserens. Instabat Pontifex, Principes urgebant, ne populum sibi fidelissimum desereret, neve Christianitatis propugnaculum armis Turcarum exponeret; ne insueta et intempestiva abdicatione ambitioni plurimorum Rempub. serenissimam relictam, perturbatione communi affligeret. Perstitit tamen semper propositi tenax, credidit quae omnia quae Sereniss. Reipub. aliunde evenire possent incommoda, infra ea esse quae à Rege sene timeri deberent. Tandem et vos Sapientissimi Proceres veniam aetati concessistis, eam (nisi me cura fallant) in aliquo Candidato numquam admissuri, quam in Rege sancto et nostro, sapientes abdicationis motivum approbastis, ut aetatem sive ad pacem sive ad bellum perfectam aptam eligatis; quae metu sui vicinorum licentiam, hostium perfidiam frangat et coerceat. Norunt enim Gentes, quid possit Polonia sub experto et bellicoso Rege. Jactent vero volunt alii, multorum annorum experientiam! certe ars regendi Poloniam, nonnisi in Polonia addiscitur: et toto caelo aberrabit, qui eam Germanicis aut Gallicis moribus confor-

mare conaretur. Affert praeterea Princeps noster in aetate florida
animum fortem et audacem, non tamen sevitiorem, pertinacem aut inge-
niosum: non despotico dominationi assuetum, sed adhuc facilem, et ve-
ita dictam cereum, cui formam Sereniss. Reipub. suaviter regenda, am-
plissimis legibus auctam, licebit imprimere. Adest Ingenium docile et
ferax, Linguarum Latinae, Italicae, Germanicae, Hispanicae, Gallicae
perita eruditum, certam spem praebens facilitatis ad omnia, quae
videbuntur ad statum Regni commodissima. Affert studia exercitatio-
nes genio Polonico accommodatissimas, laborum tolerantiam, in bello
Hungarico probatam, exercitiis equestribus firmatam, cui campus et
area bellica magis placet, quam quies domestica: Facile tolerat
sub pellibus hyemem, sub tentoriis aestatem, gladium et hastam cum mi-
litibus, et locis hostibus expositis indaginem prudentissimam adhibet.
Suffragiis liberis Sereniss. Reipub. vocatus accedet tanquam Filius
adoptatus, et ab eadem aequis legibus vinculatus, familiam adducet
conformem Sereniss. Reipub. iuribus. Ad Connubium non properabit
absque Reipub. sensu; eiusdemque Sereniss. Reipub. vitas, amicitias, obli-
gationes, foedera libentissime amplectetur, Polonorum togam et sagum
deferet, mores aequabiles in omnibus expressurus. Adhaec Princeps Ca-
volus nulli exterorum Principum vel beneficio, vel munere est obnoxi-
nulli ad eius commendationem obtinendam, aut alia quacunque ex causa
foedere ligatus, nullis promissis, erga quoscunque Principum ministros
ad illos sibi devinciendos obligatus, nullo aere alieno gravatus, nullis
liberis, agnatisve, quos nullos habet, nisi commodiores, Sereniss. Reipub.
ac Justitiae distributivae gravis futurus. Venit ille vocatus oblitus
sui, memor vestri; eo et praeterea commendabilis, quod a nemine com-
mendatur, totam quanta erit accepti beneficii gratiam, a vobis so-
lis acceptam relaturus, in membris in id, ut tam insigne beneficium sin-
gulis omnibus quantum licebit, affectu sincero rependat. Nihil sub-
so in Polonia nisi Polonum videbitur, abunde enim suppeditabit Lotharin-
gia, unde domesticos suos, siquos ex consensu Sereniss. Reipub. extraneos
secum adduxerit, recompenset. Ipsam etiam personae suae custodiam, non ex-
terae nationi, sed solummodo Generosissimae Nobilitati Polonae, concrediturum
se promittit. Ne tamen nudam et omni auxilio destitutam Virtutem Prin-
cipis ostentem: Consideravit ille Sereniss. Reipub. statum praesentem, quo-
ad Exercitus murmurationem qui stipendia a praeteritis annis sibi debita
exposcit solvenda; consideravit mala ex adulterina moneta causata: qui-
bus utrisque opportuna media adhibebit, iamque in se suscepit onus solven-
dorum stipendiorum militi; ad tollendam autem cupream monetam, ex Lo-
tharingicis redditibus quotannis quingenta millia florenorum enumerabit,
usque ad plenam abolitionem quinque millionum, quos Reipub. permissu
cusos

cessos fuisse intellexit. Quod si bellum requisierit auctiorem Militis! Quatuor millia peditum sumptibus suis in Reipub. servitium per annos quatuor alenda promittit Serenissimus Patruus. Praeterea offert Gymnasium Mussiponti erigendum; in quo centum Poloni Nobiles litteris gratis excultis instruantur. Et insuper Varsaviae Pontem Vistulae traiciendae intra triennium construendum et absolvendum curabit: nisi pecunias operi huic necessarias, ad redimendos e captivitate Nobiles Polonos, aut ad reparandum muniendumque Camenecense propugnaculum, convertere fuerit aequius iudicatum. Ad quorum omnium securitatem et aliorum etiam si quae promitti contigerit Ducatus Lotharingiae et Barri, et omnia Serenissimi Lotharingiae Ducis bona, seu praesentia seu futura ubicunque sita Ego eius Plenipotentiarius, secundum potestatem ab eo ad hunc effectum traditam, cum omni securitate et cautione obligabo. Haec sunt Reverendi. Excell. Illmi Praesules, Magnifici et Generosissimi Principes et Senatores, caeterique Serenissimae Reipub. Regni Poloniae ac Mag. Duc. Lithuaniae congregati Ordines, quae exponenda in mandatis habui, magnam spem ac fiduciam, velit de eo Serenissima Respub. concipere, ob virtutem et integritatem amplissimorum Ordinum, quibus confisus, contra Potentissimos Europae Monarchas in promotionem unius coniuratos, solus in arenam descendere non formidavit.

Tam amplo Sermoni responsum erat per Procancellarium, Inclytos Ordines gratos esse huius testificationis, per Sereniss. Ducem Lotharingiae declaratae. Cui Sanctitatem in omnibus, universi Ordines apprecantur descendent in deliberationem publicam. Prosapiam virtutes dotes Ducis Lotharingiae, in prospectu habituri. Tandem Orator reductus ad propriam residentiam, cum spe bonorum eventuum. Die 13. Jun[ii]

Claudicare consilia Ordinum in promouendo Neoburgo coeperant. ob quod Ordo Senatorius cum Equestri non conveniebat, quinimo Nobilitas urgebat terminari negotium Eligendi Regis, ob longum tempus insumptum, ob caristiam rerum omnium ad alimoniam hominum equorumque spectantium; ob prorogationem de die in diem importunam, statui incommoda. Interea Palatinus Posnaniensis querelam deposuit in medium Ordinum; quod de certa scientia relatum habeat, expeditas esse Literas ad Scythas ut terminum Electionis impediant. Cuius rei novitatem admirati Ordines, expostulabant nominari authores factionis istius. Respondit Palatinus; ii sunt authores qui ad Consilia publica non dignantur descendere; sed e longinquo in locis privatis tractant, nominaturi Regem absque universorum suffragiis. Quare Legati designant ad Ordinem Senatorium, ut praesentiam sui subtrahant illi qui seorsiva Consilia malunt firmare, extra scientiam et consensum universorum Ordinum. Gravis videbatur descensus Senatorum multorum; ob tumultus exortos

aliquoties, ad quos sedandos non consilia essent adhibenda, sed arma opponenda. Satius praeluserant Senatores, ut tandem eligatis Regem unanimiter et nos adhaerebimus vestrae unioni ac Concordiae universali.

Die 14. Junii. Pertaesa Nobilitas insumpti temporis, incusabat negligentiam suorum Ductorum ac Legionariorum, quod aut metuant Senatores aut idem cum eis sentiant, ut tempus inaniter teratur, et factionibus tota gens permisceatur. Jussitque Nobilitas, ut e medio sui Deputatos mittant, ad Senatum, et Ordinem Equestrem cum ea declaratione: ut descendatur ad suffragia pro eligendo uno ex duobus; sit aut Neoburgus, aut Lotharingus; sed nemine contradicente.

Die 15. Junii Facta instantia, quod non videbatur omnibus ob respectum inimicitiarum resultantium; si unus ex duobus, non haberet universalem assensum. Rationes inductae; contra rationibus certatum pro utroque; Animi plurimorum asperiores facti; furorque mutuus excitari videbatur. Senatoribus minae additae; ut ad locum Consilii Campestrem descendant; alias nullam in Civitate securitatem habituris. Frementibus adversus eam publice asperarum vocum.

Die 16. Junii Ad extremum Nobilitas obstrinxit se iuramento, mitteram Cohortes suas ad singulos ordines, ut tandem ad suffragia accederetur. Quod et factum est. Igitur dies 17. Junii, nimia et infausta videbatur, quia cum fremitu ac strepitu armorum Cohortes ad Locum Electoralem progressae. Requisita praesentia omnium, praecipue Primatis, qui ob impotentiam pergravem, de Palatio suo, transierat ad Arcem propter sanitatem valetudinariam reparandam. Ivorum fremitus sine fundamento, metusque varius invaserat multos ob instantem armatam Nobilitatem et quidem non [illegible] pectora habentem. Adhibitae ejulationes sine dissimine, promptum ad clamores magnos, iamque Civitatem suumque metus invaserat, domesticae seditionis. Inclamatum diem crastinam faustiorem futuram quam hodiernam ad expediendum negotium.

Die 18. Junii. Iterato accessit Nobilitas urgens terminum Electionis. Pari certatum tumultu. Ad quam conciliandam Senatores exeuntes, petebant fieri audientiam; at frustra. Consultatum in magno clamore non sine metu insolescentium Cohortium! Tandem Dux Cracoviensis Episcopus Vladislaviensis in absentia Primatis, expostulavit audientiam fieri. Ea facta incusavit insolentem tumultum, planeque insolitum Nobilitatis infelicem, futuram Electionem inculit, cum suffragia iuxta ordinem fieri debeant, in eum Regem quem summa Majestas determinavit. Petit prorogationem futuram; ... suspicatas expostulans, et ut parcerent ejulationi; quum iam innocentes personae essent laesae. Alias protestatus est, non amplius descensurum Ordinem Senatorium ob securitatem violatam! Permissa igitur prorogatio, ast soluta sessione palam Primores loquebantur; omnino indicandos eos, qui sunt authores tantorum tumultuum.

Anxio animo difficultatem coortam incusabant plurimi prudentiores, rem-
q. infectam concludebant futuram, ob furorem à Nobilitate conceptum. So-
li Deo tradendam Electionem in manus, eiusq. terminum recommendandum
serio conclusserunt. Nox tota in vigiliis peracta: custodiisq. firmis indu-
cta ob animos exulceratos, quibus non poterat vario fieri in eligendum Regem.
Porro illucescente diluculo Nobilitas cum suis legionibus campos impleverat ver- Die 19. Junii.
sus Varsaviam; consiliumq. iniit ut Palatini, Castellani caeteriq. Officiales, præ-
sertim Succamerarii et Tribuni, evocarentur ad proprios ordines, factum consi-
lium separatum cum Cohortibus Nobilitatis. Quisnam inter quibusdam ignoranti-
bus progressum futurum. Mox subsistentibus signis Palatinatuum, dispositi Suc-
camerarii ut Rex eligeretur per Palatinatus, singulos: qui si discordabant inter
duos ergò tertius eligendus Patriota, non externus. Placuit consilium Nobilita-
ti: Palatini et Castellani ad propria signa descenderunt. Deliberatum serò et
quidem ad iustas horas pomeridianas. Certatum pro Neoburgo, et pro Lotharin-
go. vota vera per diuturnissima ferebantur. Tunc Palatinus Kalisiensis ad or-
dines terrarum ac Districtuum suorum, suspiriis praemissis prolocutus. Quousq.
tandem vitabimus inparitatem sermonum ac animorum, ex qua sine dubio
cruentis rationibus dividemur et ad arma mutua provolabimus. Quousq.
externos Principes quaeritabimus quum Vladislaum et Casimirum plures Pa-
triotas habuerimus. Mors maiorum Piastum quaeramus, verum Virum Catho-
licum, notum nobis, veras non imaginarias commendationes internos haben-
tem. Servitutis non libertatis nota est, confugere ad externos angulos, postpo-
sito proprio solo. Inter externos quitantes Syllam, incidemus in Charybdim. De
Patriota itaq. cogitemus, hancq. deliberationem per Palatinatus transmissam
animos omnium exploremq. Celeri fama delatâ inter Cohortes; et ecce omen
quasi caeleste confirmatorium accessit. Examen apum densum satis aërem
ob pulverem penetrans, vexillo Palatinali firmiter adhaeserat quo indicato
ad terram, milites accurrentes, collegerunt universum in cassidem ferream:
et galero contexerunt; acclamantes bonum signum: bonum signum. Tali ani-
madverso caelesti prodigio: inquisitum an adesset Mater apum! Responsum adesse.
Illatum: ergo nobis quaerendus Rex Pater qui examinibus Nobilitatis univer-
sis praesideat. Patriota ergo quaerendus: Acclamatum per Cohortes. Concor-
dia. Concordia. Vicini Palatinatus inaudientes acclamatam Concordiam, mi-
serunt inquisitum, ad quid vocaretur Concordia. Responsum ad Patriotam eli-
gendum. Conclamata fortius Concordia! Concordia! Transvolavit ad alios
Palatinatus fama Patriotam eligendi: subscriptum à singulis. Placet. Placet.
Facto itaq. summo silentio: de Palatinatibus convenerunt Primarii, Posnanien-
sis, Kalisiensis, Syradiensis, Sendomiriensis Legionarii, et Succamerarii, agitantes
quem essent promoturi, ac electuri, fidem, honorem, constitutam Dei praesentiam
prae oculis habentes, nulli fautori nisi illi quem Deus vult esse assumendum. Tan-
dem Circulis factis flexis genibus invocato supremo Numine (inter quos et
eligendi secretas, adhaerens Palatinatui Sendomiriensi) propositae sunt Personae
qualior. Alexander Dux Ostrogius, Michael Dux Wisniowiecius, Radziwilus Dux
Uelecensis; et Potaronius Vir militaris. De repente propositos inaudientes

Legiones Palatinatuum paulisper haerentes inclamaverunt Vivat Rex Mi-
chael. Dimidio horae vix elapso, universalis concordia per Palatinatus increbuit
elegisse Electum Michaelem: Delatus modus concordiae ad Ordines inter fossas
residentes, qui stupore firmarunt vota Nobilitatis, suaq' hilari vultu adjunxe-
runt. Sedulum explosioni tormentorum et bombardarum per Nobilitatem e ve-
stigio; qua inaudita commota est Civitas, una cum Senatoribus intus existenti-
bus qui existimabant oborta esse eruptam certamina. Concursum à multis ad
Ecclesias securitatis ergo quia ex discordia sperabant paratam sibi calamita-
tem. Interea inquisitus inter Cohortes Dux Wisnowecius qui rei novitate per-
culsus, precabatur Ordines ne tali loco ingentienti immitterentur. Nullum adesse
ionem respondentes, quinimo et eminebat inter illos, iam esse conclusum Electi-
onem. Suspi-
cabatur itaq' insidens equo, cogitabundus haesit capite aperto: geminatisq' suspi-
ris proloqui cupiens non poterat. Ast Palatini confirmaverunt cogitantem: in-
quirentes: Non te dimittemus Electe Princeps, tuo lateri adhaerebimus tan-
quam apes, quod ante horas tres exemplum nobis praebuerunt. Petiit itaq'
Princeps facultatem divertendi ad liberiorem locum, quandoquidem aer permix-
tus pulvere, fastidium omnibus afferebat. Responderunt illi perferenda haec
incommoditas nobiscum.

Submissi Nuncii ad Regni Primatem. Ut descenderent ad nominationem, una
cum aliis Senatoribus ac Episcopis. Obtentum tempus inclinatum ad vesperam
differendumq' esse in crastinum. Plures confluxerunt, adegeruntq' Primatem, ne re-
bus nocturnis destinaret negotium. Interea Electus declinaverat ad Residen-
tiam Matris suae; verum ad Ecclesiam irrupit, quem Nobilitas custodiebat n̄
promisit immorari ne mora perniciosa adesset. Victus precibus Primas vale-
tudinarius licet, descendit ad locum Electoralem, initiq' Gratiam Singularem
Divinam amplificavit; et libentibus vocibus concorditer Electum Regem Poloniae
Michaelem nominavit. Hymnumq' Te Deum Laudamus inchoavit. Interea
Palatinatus armaturam suam, spatio unius horae, exploserunt. Factoq' si-
gno laetitiae universalis, pulsu Campanarum Ecclesiae omnes certarunt. Tandem
tormenta numerosa exonerata; totaq' nox ejulationibus ingentibus est
consumpta.

In Crastino deductus Electus ad Ecclesiam SS. Joannis Collegiatam, incidente Festo
SS. Corporis Christi; initiq' solenniter Te Deum Laudamus decantatum; Cui fau-
stae gratulationes additae. Adfuit Electus solemni Processioni, qua peracta
ad Regale Palatium curruum deductus. Interea Nobilitas universa legio-
nes suas in Campis attingens, Regis Electi praesentiam praestolabatur. Ille
pomeridianis horis ad Campos discessit, equitatu numeroso stipatus, et singu-
las legiones obequitans, gratias egit eisdem, coram omnibus caput revelans.
Signis itaq' demissis universis armatura bellica fideles affectus suos desi-
gnarunt; Itaq' à hora 5. ad decimam sclopetorum pyrio boatu certaverunt.
In reditu suo Electus directe ad Ecclesiam festinavit. Igitur à Proceribus Re-
gni certatim honoraris praeclaris: Primas Regni Rhedam cum sexjugis; Cohor-
tem Raitarorum bene mundatam Electi obsequiis addixit: et Aulaea digna Prin-
cipe

Rex Michael eligitur.

Promulgatur a Primate.

Dies 20. Junii.

ipse tradidit. Eques Melitensis Lubomirskius eidem Electo, Rhedam cum
sex iugalibus obtulit. Legatus Imperatoris Saffgosius pari dono certa-
vit. Legatus Sueciæ eundem Stenbock, donarium simile produxit cum equis.
Alii Senatores ac Proceres, magno affectu præclara donaria, in signum
fidelis electionis eidem Electo tradiderunt.
Respiratione factâ ac permissa Electi Regis Michaelis, Pacta Conventa
una cum Ordine Electionis celebratæ, conscripta, ad Typum tradita sunt
maioris memoriæ causâ. Quæ omnia inserere operosum esset, quanquam
necessarium videretur. Quanquam inducta sunt ad Acta Castri et Curiæ
Varsaviensis. Feria 2da. post Festum Visitat. B. M. Virginis. A.D. 1669.
Super quibus itaque Conventis Juramentum præstitit Electus Rex; die 7. Julii Julius.
Anni eiusdem. Varsaviæ in Eccl. Collta S. Joannis Baptistæ tale. Rex Jurat.
Ego Michael Electus Rex Poloniæ, et Magnus Dux Lithu. Russ. Pruss.
Masoviæ, Samog. Livon. Smolens. Kiioviæ. Volyniæ, Podoliæ, Podlachiæ
Czerniechoviæ. Spondeo et Sancte Juro Deo Omnipotenti ad hæc Sancta
Jesu Christi Evangelia, quod Pacta Conventa per Ordines Regni mihi data
in omnibus eorum articulis, punctis, clausulis, conditionibus, ita ut nec spe-
cialitas generalitati nec generalitas specialitati deroget, servabo, manutenebo
et adimplebo, atque ea omnia iterato etiam in solenni Coronatione, Juramen-
to confirmabo. Sic me Deus adiuvet et hæc Sancta Jesu Christi Evangelia.
Promulgato itaque Electo Rege per Marschalcos Regni ac M. D. Lithuan.
Tempus Coronationis Cracoviæ in sede Regni designatum, die 29. Se-
ptembris, iuxta ritum Solennem Ecclesiæ Catholicæ Romanæ. Pro Co-
mitiis Coronationis Generalibus, prima dies Octobr. destinata, quæ præsenti-
um, Ordinum consensu, Sex Septimanis duratura sunt.
Electus igitur Rex, totam industriam admovebat, ad Curiæ Regalis reinven-
dum decorem: quandoquidem Cameræ Regiæ, debitæ Residentiis amise-
rant nitorem in Curia Varsaviensi siquidem Rex Abdicans expediverat
universam Supellectilem inter Curiales, et quosdam potiores condignis ho-
norariis auxit. Eapropter multi nummi insumpti sunt per Electum, ad ini- Regis Aula numerosa.
tia Regnandi stabilienda. Impedimenta vero Curialia multo ære sunt
comparata. Equites, Pedites Aulici absque Stipendiis, manentes, et absque Do-
nativo ultro sua obsequia offerebant, spem altam habentes consuetorum
præmiorum. Quare Comitatu frequenti Aulicorum stipatus Electus
progrediebatur, præsertim ad Sacras Festivitates in Ecclesiis Varsa-
viensibus peragendas. Planè amissa Maiestas per egressum Casimiri
Varsaviâ refloruit et resplenduit in Michaele Electo, licet spoliata es-
sent Palatia decoribus suis. Itaque elegit Electus residentiam, extra Ci-
vitatis mœnia in aere puro (quandoquidem teterrime Varsaviæ domina-
batur, tum ob incendium notabile, quod magna damna causaverat et
Civibus, et Proceribus ad Electionem concurrentibus, ad finem Electionis ca-

Su insperato eveniens: tum ob equorum numerosam pabulationem quorum multi absque stabulis in plateis sub dio consistebant) Palatium Viaeo nuncupatum, à Sigismundo III. erectum, et successive ad Carolum Principem Poloniae, Episcopum Vratislaviensem devolutum, post cujus fata Rex Casimirus iure fraterno, ut ad bona mobilia, perinde immobilia successerat: quod Palatium Dönhoffio Succamerario Regni in signum boni affectus donaverat. In eo itaque Palatio Electus expeditiones omnes absolvebat, et multis gratulationibus Principum oratores exceptionem, ac bene affectorum responsa debita, cum testificatione amicitiae ac sinceritatis reddebat.

Quidam Mercatores opulenti, causabantur recognitiones et obligationes suiplures sibi relictas à Legatis et Plenipotentiariis Principum Lotharingici et Neoburgici, petebantque ab Electo difficultatem repetendarum summarum authoritate sua fulciri. Sed Electus incompetentem petitionem Mercatorum non acceptavit. sed solum remissum est ad Plenipotentiarios declaravit. Subintulit Rex Electus Plenipotentiarios Principum notabiles in auro et credito habuisse. Respondent Mercatores: erant quidem summe notabiles, sed intra dies decem disparuerunt. Quaerit iterum Rex non praestitissent vobis eam credulitatem, uti illis? Respondent. Si requisivisset Maiestas Vestra praestitissemus: et nunc quibus opus habet, iuxta sortes nostras minime denegabimus. Conclusit Electus. Si necessitas nos stringet, non dubitabimus de vestro affectu: ast providendum ne sumptus superent censum.

Direxerat Electus Litteras ad Regem Casimirum, iam in Imperio consistentem; quem Patrem appellavit ac Benefactorem: quandoquidem consilio ac favore eius ad Exteras nationes directus, multis Principibus erat singulariter recommendatus; et licet inadvertenter ovante Regio, circa valedictionem, Proceribus insinuatus. Ut eum ad solium Regni assumerent, si obortae fuerant difficultates in promotione aliorum. Hilari animo Casimirus Litteras acceperat, responsoque condigno, cum apprecatione successionis faustae, Electum ad ardua licet, animavit. Directarum porro Literarum, per Boranium Capitaneum Oscensem talis erat contextus.

Serenissime Princeps Domine Pater, et Frater charissime.

Quando ita placuit Divinae providentiae, quae nos è medio Liberae Polonae Gentis elegit, et per eius concordes voces constituit in Solio Regni; inter primas curas collocavimus venerationem Serenitatis Vestrae; à qua toto affectu cumulati sumus. Non mutabit haec insperata fortuna affectum nostrum, sed magis confirmabit memoriam Serenitatis Vestrae, ut gratis officiis colemus, uti Antecessori nostro gratiosissimo. Dulces desideria nostra

erat

enarrabit Nobilis Boratinius. Pro hac in plurimos annos faustita-
tem omnimodam, ex toto successorio Serenitati Vestrae sincero corde ap-
precamur. Serenitatis Vestrae propensus Frater.
Michael Electus Rex.

Intitulatio talis adscripta erat.
Serenissimo Principi Domino Joanni Casimiro, Antecedaneo Poloniae,
Hereditario Sueciae Regi: Domino Patri et Fratri Charissimo.
Quare per Responsum Electus Rex in desideriis suis, a Rege Casimiro ab-
dicante consolationem obtinuit, deferente singula puncta Boratinio. Quod
desumptum ex Originali inseretur. Nunc ad alia descendamus.

Eruperat interea ambitio quorundam, ob insperatam Electionem Regis iam
iuramento supra Pacta Conventa firmatam. Spirituales quidam ac Saecula-
res remedium quaerebant per rumores sparsos, quod unanimiter non sit Elec-
tus, sed armatorum tumultibus extortus: pluribus suffragia reticentibus et
tantum super facto admisso stupentibus. Iamque mirae difficultatibus exagi-
tabant animum Electi: quas non permittebant attendi Consultores boni aut
apprehendi, sed potius contemni. Cogitabantque Coronationis Actum impedire.
Hostilitate externa deducta ad ultimos dies Septembris. Ast Nobilitas
de hac factione edocta, promisit se adfuturam armatam pro Coronatio-
ne et Principem Electum deducturam ad Solium Regni apprehendendum.
Demissum itaque de illo ambitio. Sed arcana Consilia non erant omissa
ad varios modos accelerandos, ante Coronationem. Suadebant quidam
fieri reelectionem, quasi Ordo Senatorius in electione repudiatus esset: ad-
debant tumultuarie terminatam, et in momento expeditam Electionem: et
alia adiiciebantur: quod sub vesperam temulenti Nobiles, tractarunt tan-
dem. Sed benevoli videndas esse suasiones et querellas Electo Regi inti-
mabant: qui magnanimus dixerat: Tricas omnes ad maturitatem descen-
dentes, tolerandas esse: quas prorsus dignas contemptu concluserat.
Accesserant interea Protectionis Kosaticae quaesitae apud Turcam certifica- Augustus.
tiones: quam Ottomanica Porta confirmandam decrevit, sparsis rumoribus
Jurium magnorum concessorum, et donationum amplo aere effuso exdiviso-
num inter primarios Kosacos: quod a veritate alienum dignoscitur, ga-
Turcae praeter thoraces, sericos seu vestimenta consuta nihil de moneta
aut nobilibus ex metallis solent tribuere: quum tenacitas et avaritia
innata eorum non permittit prodiga manu specialia donaria cuispi-
am efferre. Ast inter plebem Russicam multis disseminatis inanibus de-
claratis rumusculis: alii credulitate permoti, pro Domino optimo Tur-
cam appellitabant: alii futuram damnosam Genti Russicae infere-
bant, barbarorum Protectionem. Quia vero ignari Popones Graeci ri-
tus in Schismate retinendo obstinati magis plebem firmare in Pro-
tectione Turcica iam obtenta, Sermonibus publicis adlaborabant.

palam in Templis Russicis pro statu Turcico orationes instituebant magna cum diminutione sacrorum rituum, pianumque invocationum.
NB. Quare in Oppido quodam Russico, nuncupato Wiaghrody, dum in Synagogâ peracto Liturgico officio, Schismaticus Vicarius consuetas invocationes intonavit, et commendare cœpit Turcicum Imperatorem in illo actu tam commendans quam Cantores stupendam raucedinem et linguarum hæsitationem contraxerant magno oborto silentio inspe-rato: subito vehemens ventus irrepsit, Altareque turbine commovit, de quo Imagines collabi sunt visæ. Post insuper splendor perturbatam plebem invasit ob quem prosterni in terram adacta erat: mox in Porta quam vocant Cœli Sanctam, apparuit persona visibilis cum gladio flammeo quæ intonato alta voce ter Kyrie eleison, evanuit. Tribus horis plebs illa attonita unâ cum Vicario non potuit quidquam eloqui.
Publicis itaque vocibus conclamatum erat per vicinas Villas ac Oppida Turcicam Protectionem à Deo ac S. Michaele, inimicam Genti Russicæ esse comprobatam. Qua de re inquisitiones serio erant adornatæ deductumque præmissis iuramentis veram fuisse apparitionem, seque talia ut sunt præmissa, vidisse ac audivisse. Eapropter in artificem excogitatæ Protectionis à Turcâ, nempe Dorosenkium variis imprecationes malitiosæ proiectæ erant, multique hæsitare circa mandata Dorosenkonis cœperant iugumque Turcicæ servitutis abiicere admitebantur: quos iam minis iam precibus in officio retinere adlaboravit Dorosenkius, ne tantæ rebellionis gusto, ad mutua arma descenderetur.
Persimilis protectionis Turcicæ iugum impositum, non ignobili Insulæ Candiano quam hostilitate gravissimâ ad deditionem et occupationem suiu Turcicus adegit ac compulit, magno cum damno Venetæ Reipub. tum vicinarum Provinciarum periculo. Prælio enim navali ferme integro Mense Augusto labefactata, ac tandem expugnata, accedente etiam proditorum fraude eandem insulam inhabitantium qui præsidia firma ab accessu ingressu subtraxerant Turcica iura illubens licet suscipere est adacta. Sicque propugnaculum illud christianitatis, quod decursu viginti annorum, Turcicæ potentiæ restiterat Trecenta Millia Turcarum oppresserat, conflictibus apertis eorsdem regimens tandem subiit regiminis Turcici quotidianum periculum.
Istius regiminis incusant vicinitatem Insulæ propinquæ Corcyra Cephalonia, Zacinthos Cythera. quando Cyprus et Nigropontum dominio barbarorum adiectæ sunt, Bistoniumque subiêrunt iugum, Cretensi exterminio maxime attentum.
Verum istius infelicitatis Candiano, appositum est Velamen admodum speciosum

Speciosum; Induciarum factarum inter Venetos portamque Ottomanicam in signum Consolationis amissorum proventuum, et ad Fiscum Turcicum conversorum, mediantibus eiusmodi articulis.

1. Fortalitia hactenus à Turcis inquisita non tamen expugnata cum territoriis suis ad unum milliare Italicum circumscriptis, Reipub. Venetae gubernationi subiacebunt in perpetuum cum Securitate omnimoda: videlicet Isole Suda, Carabusa et Spina longa: in quibus praesidia ad mandata Veneta tenebuntur et firmabuntur iuxta placitum Reipub. Venetae.

2. Fortalitia in Dalmatia occupata, durante hoc bello, à Classibus Venetianis, absque ulla praepeditione cum omnibus subditis, pertinentiis ac Territoriis, Respub. Veneta retinebit.

3. Data facultas Candiensibus exportandi omnia quae voluerint, et abeundi pariter, si manere noluerint. Licebitque Reipub. Venetae exportare Ducenta et 30. Tormenta bellica, ad proprium armamentarium.

4. Tributa omnia quae Respub. ex Insulis Venetianis Corcyra Cephalonia aliisque consueverat tribuere Portae Ottomanicae: remittuntur pleno iure, ad quae tribuenda amplius non tenebitur Resp. Veneta.

5. A parte utraque induciis tenebuntur inviolabiliter, ad decursum annorum 30: quo durante tempore de pace perpetua liberum erit tractare Reipub. Venetae cum Ottomanica porta.

Specioso itaque Colore Induciarum hostilitati mutuae indictum est respirium; quod ingenti cum praeiudicio alienam Insulam, utinam non fuisset conclusum ac ab utrinque non roboratum!

Attamen ad illarum Provinciarum Consolationem Summus Pontifex Clemens Nonus Cathalogo Romano Sanctorum inscripsit Eximiâ Sanctitate praelucentes Deo Dicatas Virgines: Beatam Rosam Ordinis S. Dominici, et Beatam Magdalenam de Pazzis, Ordinis Carmelitani; tum Beatum Petrum Alcantaram Ordinis S. Francisci; gratiâ Protectionis adipiscendae tam Partibus Occidentalis Imperii, quam Vicinis Regnis, quandoquidem adaucto numero Sanctorum prosperi successus eorum augeri consueverunt, qui se tutelae ac patrocinio Dei famulorum recommendant. De quorum Canonizatione et Italia et Germania et Polonia Spiritualis laetitiae signa exhibuerunt, magno cum gaudio Fidelium. NB.

Consurrexerat etiam ad potentiam Turcicam frangendam, Miles quidam Africanus, nuncupatus Tafileta; qui coacto Exercitu numeroso Africana regna duo, Fessam, et Marochum invaserat, Regibus expulsis. Provincias quoque Aegypti lustraverat, plurimis ad mutua arma contra Turcam convocatis. ast prosperitati hominis nonnulli invidentes, occultas insidias eidem struxerunt; quas detectas evitavit, ex-

actioni capitali destinatis insidiatoribus. Quare Imperator Turcicus
ingentes summas exposuit, appreciationis insidiatorem eorum qui il-
lum virum e medio tolleret artibus omnimodis. De quibus artibus edoctus
Tafelsta ad tutiores partes abiit una cum militia recesserat.
Inter talia Turcicae potentiae blandimenta direxerat Turca Legatum Parisi-
um usque ad Regem Galliarum, cum declaratione amicitiae, et cum denunci-
atione, quod Candiam ac Cretam occupasset. Aderat hoc temporis in
partibus illis novus Hospes, cui magnificentiae Gallicanae exhibita sunt
testimonia magno cum stupore externorum, qui Legatorum Turcicorum a-
libi tractationem observaverant, longe ignobiliorem. Eapropter Legatus
Turcicus mirabatur divitias Regis Galliarum et multiplicatos Militiae di-
versas colores. Insumptum tempus aliquot septimanarum illius tra-
ctationi visitationibus certatim; ipseque Hospes stupebat catervas vi-
sitantium Principum. Expeditus tandem in privatis ac publicis audientiis,
non sine terrore, regressus ad Turcam.
Sub istud tempus attigerat Gallicanas partes Casimirus Rex Suecic.
olim Poloniae, qui humanitatis officiis diuturnis tractatus, visitato Re-
ge Galliarum, ad Abbatiae designatae apprehensionem festinaverat paulu-
lum incommoda itineris diuturni reparaturus. Quo de loco in Poloniam
direxerat Litteras ad Palatinatus respectu provisionis annuae persolven-
dae, quam numerandam plerique consentiebant, plerique censebant retinendam, do-
nec satisfactum fuerit Reipub. Polonae in illis, quae ablata et exportata
erant, ex Thesauro Reipub. Magnus enim defectus apparuit in multis
Curiarum Regalium splendoribus, qui a multis Regibus, usui Regio erant
destinati.
September. Qua de causa Rex Electus per Boratinium expostulaverat, ut modus re-
stituendorum paramentorum Regalium iniretur, quum plurima ornamenta
sive usui Regio, inter privatas personas distracta videbantur: resciretur
quo titulo iuris donationisne, an successionis. Quanquam per seriam
inquisitionem nonnulla comperta fuerant, iam alias a quibusdam in
proprium usum conservata. Non parcens itaque Electus Rex novis ac
magnis impensis debitos apparatus Cracoviam direxit ac praemisit.
movens Varsavia post Festum Nativit. B.M. Virg. ad designatae Co-
ronationis tempus; quod stupenda serenitate commoditatem itinerant-
bus exhibebat. Ab ipso enim Actu Electionis dies serenas apparebant
usque ad dies Novembrales.
Vigente itaque serenitate attigerat Rex Nepolomicensem residentiam, in
Die 22. qua a Palatino Cracov. ubi illius loci Capitaneo Lubomirski Alexandro sa-
tis honorifice tractatus est cum universa Aula. Consumptoque triduo inibi
ingressus Regius dispositus, ad diem 26. ante quam in Abbatia Clarae
Tumbae alias Mogilensi constiterat. Primorum constitutae legiones Sente-
ris. Ad resistere quam mora, dies illa serena erepta est festivo ingressui
Novi Hospitis, non sine arte malevolorum ad vesperam protracta. Campi
enim

enim universi Equitatu Peditatu ingenti repleti erant. pluresq. de Urbe
exiverant horis antemeridianis existimantes Regem ingressurum, peracto
in Pedvicensi residentia Episcopali prandio; circa horam secundam aut
tertiam pomeridianam. Morae causam torquebant plurimi in tardum adven-
tum Marschalcorum et Ductorum Exercitus, qui iam occidente Sole advene-
rant. Quare protracto ingressu ad nocturnas umbras, totus splendor Ordi-
num ac Militarium Cohortium amissus cernebatur. Sermoq. ex conditio lim-
dorum suppressus. Eapropter serenitatem amissam populus incusabat. et
cum ad lumen artificiale recurrebatur, faces numerosae ac lucernae ad-
hibitae erant, multorum equi insolescebant, et insautos sessores decidebant.
Accedente enim boatu tormentorum e moenibus Urbis explosorum, ac sonitu
diverso tubarum; ardere videbantur plateae Urbis, in quibus multi damna
subierunt propter nimiam populi aviditatem Regis videndi. Sicq. decore uni-
verso in umbris nocturnis submerso, vix hora prima noctis, in Ecclesia S.
Venceslai Cathedrali consistit Rex à Venerabili Capitulo Cracov. praemis-
sa aquae benedictae aspersione, salutatus. Moxq. ad Regiam deductus.
Non iniquo animo tulit Rex arctum erepti temporis ad ingressum; salutati-
onibus et gratulationibus attribuens causam, usq. ad vesperam productis.
Itaq. in Crastino privatim peractis gratiis Deo Praepotenti, de consuetudine Die 27.
Regum ad Coronationem venientium, perrexit solenni Processione deductus
pomeridianis horis ad Locum Martyrisati S. Stanislai, Rupella nuncupa-
tum Casimiriae situm: ubi Maiestati Divinae precibus commissis magno
comitatu Secularium ac Spiritualium stipatus locum illum est veneratus
ante occasum Solis ad Regiam regrediens. Non aderat isti processioni
Crac. Episcopus, ob valetudinem fractam, commisso negotio deducendi
Regis Suffraganeo Cracoviensi Nicolao Oborski viro exemplari, reg-
sel habent. Aderat in Comitatu Regis Nuncius Apostolicus, aliiq. Episco-
pi locum Rupellae visitandae magni facientes.
In Crastino Rex Electus recollectioni Spirituali indulsit, ieiunio adhibito Die 28.
ad Actum instantem sese unctionis. Ast Curatores Actus instantis su-
doribus laborarunt circa ea, quae apparatum exposcebant debitum.
Advenit itaq. Dies Festiva Coronationis Divo Michaeli Sacra; ad
quam praemissa Confessione Rex humiliter Maiestati Divinae supplicavit, ut
Sacello Arcensi: eum quem elegit virtute suae Benedictionis protegat.
Ante egressum e Regio Palatio, adiit charissimam Parentem suam ab eaq.
expostulavit benedictionem maternam. Quia actus ab utriq. lachrimis obortis
impeditus erat: et prae gaudio et prae timore tam grandis ponderis coram
Deo gestandi. Cessavit illa interna perturbatio accessit reflexio hilaris ani-
mi ac vultus prodiitq. Rex in Procerum conspectum bene animatus. Ante eius
ingressum ad Ecclesiam colloquium privatum in Archivo Cathedralis Ec-
clesiae institutum fuit, ad eum effectum, ut Rex à Coronatore illiq. dici
abstineret, quasi reeligendus esset, aut confirmandus in Electione: quum pleniq.
semiplenam Electionem fuisse in Campis asseverassent. Quae res in colloquio
terminata, multos perturbaverat; ipsiq. Spirituales valde dissentiebant.

Praestiterat interim Episcopus Vladislaviensis Dux Czartorius ad portam Ecclesiasticam, in ingressu Ecclesiae Regem aqua benedicta aspersurus, et deducturus ad Maius Altare. Quod officium eripi sibi autumabat Cracov. Epus veniensque indignabundus, removit Vladislaviensem virum modestissimum et peroptimum: Sicque Crac. Epus derelictus, adventum Regis expectans, officium suum implevit, Regique iam ingresso ad aures insusurrabat, Diadematis Regii in sinum Reipub. repositionem, ut firmiori quasi voluntati concederet, in limine iam habitam Coronationem. Verum illi susurri silentio Regio sunt sepulti, hoc virum expostulante, ne in tam gravi actu coram Deo futuro impediretur.

Prodiit itaque Rex militari habitu indutus ad Maius Altare inter Episcopos medius praesentatus Primati Regni super gradibus altaris in Faldistorio subsidenti; erat Nicolao Prazmowski Archiep. Gnesnensi; qui praemissis ceremoniis Gladii benedicendi, et tradendi Ense, ad unctionem Regis processit. Peractis aliis, ad indumenta Pontificalia sumenda Rex reductus in vicinum Sacellum: ad quod venerant nonnulli Primores induturi Regem de more

NB. antiquissimo, sed tardius advenientes officium explere non poterant. Tandem Rex Pontificaliter accessit indutus ad Altare: moxque clamor obortus est vehemens tam a Dissidentibus quam a Proceribus; quod Pacta Conventa nedum essent correcta et debito iuramento confirmata. Instatumque inter illos clamores, ut Regni Primas paulisper supersederet, a Ceremoniis, donec securitas Dissidentium et Pacta Conventa firmarentur. Responsum a Primate correcturam posse fieri alio tempore, nunc vero cum iam sit Rex unctus Coronandus est. Mitigati itaque clamores Rege assentiente in Pactorum correcturam. Peracta igitur Coronatio feliciter et sub finem egressus Regii Numismata aurea et argentea missilia, proiecta in populum per Thesaurarios Regni, et M. Ducat. Lith. De more Displosiones in signum terminatae Coronationis vehementes adhibitae, e magnis tormentis. In Nummis Missilibus efformatae erant Rupes, et montes quasi inaccessi; quibus adiectum Lemma erat. <u>Dextera Domini assumpsit me.</u>

Reductus itaque Rex ad vicinum Ecclesiae Palatium Regale depositisque Pontificalibus indumentis, ad publicum Convivium accessit, quod vix quarta hora pomeridiana inchoatum est. Splendido apparatu nitebant mensae: Auri, argentique insperata producta copia; quasi e latebris suis eradicata!

Galeatius. Accumbebat Rex ad eminentem super gradibus Mensam, Nuncio Apostolico

Safgorig. ac Legato Imperatoris Romani, ibidem assidentibus. Officiales Regni ac Curiae propria munia obibant. Primores ac Senatores, atque Episcopi aliis mensis assidebant, frequentabaturque aulicis grandis Sala Hypocausto erat refertissimum. Serenitas diei laetitiam addebat concentu Musicae Militari et Aulico personabant gaudia. Canistris argenteis delati panes, Gnesnensesque libamina copiosa apposita. Esculenta producta Ordine stupendo, Archimagirorum ingenium commendantia. Arte apicia elaborata illata sunt fercula: aliaque edulionum lautissimorum

morum genera in patinis argenteis Columnaribus discos diversos superantibus, interiecta. Fructus diversissimi tanquam in visceribus Italiae gaudentes cum fructibus, inter diversa fercula adhibiti sunt. Volucres assae multiiugis condimentis suffusae cum sapidissimis succis inter ferinas escas eminebant. Liquores vini diversissimi pretiosis poculis ac Crystallinis vasis infusi, multis ordinibus producti, invitabant ad hilaritatem signa exprimenda. Amphorae argenteae cum Crateranum multitudine, impletae vino Candio ac Malvatico, mensis maioribus utrinque appositae consistebant. Nulli servo inhibitum est qui non propinaret sodali aut amico suo.

Apparatus ille Convivalis pungebat lividorum oculos (qui speculatores suos direxerant licet illi ipsi non aderant, ob praetensam quasi valetudinem; quandoquidem obgannire consueverant inopem Electum esse Regem) atque ex relatione aures inquietabat, dum inaudiverant, auro argento fulsisse mensas ac vini generosi copia maduisse mappas: quandoquidem Rex Coronatus in Sanitatem Sanctissimi Clementis Noni, ad personam Nuncii Apostolici propinavit. cui propinationi adiecta est Tormentorum explosio. Pariter in Sanitatem Romani Imperatoris Leopoldi, ad personam Legati eius Saxonii: etiam adhibito pyrio vivat. Tum in Sanitatem Imperatricis. Item in Sanitatem Casimiri Regis Sueciae. Item in Sanitatem totius Reipub. Polonae. Item in Sanitatem Regis Hispaniarum: ac deniq. Primatis Regni omniumque Episcoporum. Quae propinatio exhausit aliquot horas noctis, cum vehementi explosione protracta usque ad mediam noctem. Quare oblocutores malevoli, qui pro Idolis haberi cupiebant, inanem explosionem incusabant, inferentes servandam potius contra hostes pulveris iacturam inpensam. Spectatores istius Convivii praeferebant in apparatu omnigeno, Convivium Antecedanei Regis, maioresque impensas factas concludebant a Rege Novo; praeter omnium opinionem. Etenim iam Rege quiescente, Curiales ad diluculum ipsum parcebant somno; expectantes Tormentorum matutinam explosionem, per quam et Rex et multi Proceres somnum rumpere sunt coacti. Ea est Polonorum natura ut aliis invitis, gaudii sui exprimant indicia interminabilia citra necessitatem. NB.

Sequenti die persolutis Deo Gratiis prodiit Rex sanus ac vivax (nonenim consuevit poculis certare habens prae oculis Temperantiae providentiam) compendiarioque tempore descendit ad Urbis Praetorium, insignia Senatoribus Regni praeferentibus, ubi Pontificalibus indutus, traditas sibi a Senatu Civico claves recepit, Privilegiaque producta confirmavit; post in publicum Theatrum deductus, Honoraria oblata recepit, Iuramenta praestita a Consulibus excepit. Moxque aureo pomo assumpto in manum sinistram, et gladio evaginato in dextram, strenuos et benemeritos Viros Ordini Equestri adscivit, ac Auratos Milites creavit, per tactum Gladii ad humeros eorum. His peractis eiaculationes tormentorum secutae. Rex autem invitatus a Michaele Radzivilo Duce M. Duc. Lith. Marschalco, divertit ad coenam ad Lapideam sub signo arietum sitam. Indultum est igni- Die 30.

tis lusibus sub Pretorio Urbis, longumque tempus pyriis ignis consum-
ptum. Noluit enim parcere sumptibus Senatus Civium Cracoviensis, qui
ad ingressum Regis apparaverat Portas binas ferme triumphales, qua-
rum structura exquisita erat, etiam contra Coeli tempestates firmiter in-
structa. Jam vero immensa erant Portis Elogia ingredienti Regi ap-
18. plicata: quae Elogia impedire nitebatur, nescitur quo modo, Praesul Cra-
coviensis, uti et alia Scripta publica; obtendens approbationem Ordinarii
ante eorum promulgationem. Erantque Inhibitiones traditae Scriptae de Cu-
ria Episcopali ad Typographos ne auderent Typis mandare Panegy-
res aut Elogia, sub poena Ducentorum aureorum. Permultos itaque Inhibi-
tio praedicta conturbavit, ipsique Consules requisiti ne versus aut me-
tra apponant, quae iam ante Inhibitionem Septimanis duabus erant
per Pictores apposita. Quare Proconsul Cracovien. inanem in talibus in-
hibitionem iudicavit, quum approbationes indigeant Spiritualia Scripta
non autem Profana, quae nullam redolent inhonestatem. Persimili cu-
dino usi sunt eximii Scriptores; quos tamen Episcopus vexavit.
Itaque Porta extructa in S. Floriani Platea, e regione Ecclesiae Parochi-
alis Beatiss. Mariae Virginis, continebat eiusmodi inscriptiones.
In Culmine Portae Statua S. Michaelis habebat: sub qua metra adiecta.

Gloria summe Deus Tibi sit Rex Maximus Regum.
Et Regi nostro, Regius adsit honos.

Secuta Inscriptio talis.

Ad verticem Imaginis, in qua Gratiae stabant, stipatae Virtutum figu-
ris, Justitiae, Fortitudinis Pietatis, Temperantiae, et aliarum.
Michaëli Koributh Dei Gratiâ Regi Poloniae, Magno Duci, Lituaniae
Russiae, Prussiae Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensiae, Kijoviae,
Volyniae, Podoliae, Podlachiae, Czerniechoviaeque. Debitae subiectionis
et publicae laetitiae ergô S. P. Q. Urbis Metro-
polis Cracoviae.

Laeta triumphales aperit Tibi Gratia portas
Auspiciis capiens, gaudia mille Tuis.
Regalesque Tibi, dum contestatur honores
O Rex pace Tua, vivere tuta cupit.

Applicata erat Aquila Grandis, tenens insignia Regni; circa quam
Milites dispositi erant cum Vexillis, insignia Palatinalia depicta habentes.
talibus adiectis.

Regnorum sortes, et Regum summa potestas
Arbitrio veniunt O Deus Alme Tuo.
Tu Rege Sarmatiam Caro cum Principe Gentem
Tu Deus Electi sisque Corona Tui.
Floreat ut populi tanto sub Rege levamen
Publica Pax Regni, Gloria, Gentis honos.

Sub Imagine Virtutum talis erat annexio Versuum: qui ad me-
dium portae descripti haerebant.

Hic Thronus est, in quo Michael Rex optime, summo
Ipsi complacuit te posuisse Deo.
Nam quia pro Regno Virtus Tibi sola fauebat
Coelitus haec venit missa Corona Tibi.

Tandem intra Portam: ad latus primum.

Delitium Lechis Princeps Celsissime Sceptri,
Gloria Sarmaticae Gentis et omne decus!
Ingredere: o Felix votis Electe secundis,
Ingredere o Patriae dulcis Ocelle meae.
Aurea Tu nobis Piastorum saecula reddes,
Mellifluis olim saecula ducta fauis.
Coelique Tibi summa de sede fauebit
Qui nobis Regem, Te Deus ipse dedit.
Hoc Tibi Rex Michael Coelo dilecte, precamur
Auspiciisque damus Vota secunda Tuis.
Dum triumphales Tibi pandimus undique portas
Pandimus et cordis viscera nostra Tibi.

Ad Latus secundum: circa Regis Effigiem.

Cor Patris Coributh, Lechico de sanguine sanguis
Arcano coeli numine Sceptra capit.
Non mortale opus hoc! Deus immortalis ab alto
Hoc fecit magnâ Maximus ipse manu.

Ad insignia Regia pendentia.

Omnis in hoc Europa bono, laetatur et Orbis
Christiadum totus: gaudia nostra probat.
Sic decuit Regem Patrium regnare Polonis,
Diligat ut Gentem, quam regit ipse suam.
Plaudite Sarmatici Fasces! nam Filius ante
Qui fuerat, Patriae nunc erit ille Parens.
Rex Michael Koributh, Gentis dulcedo Polonae
Nam Michael ex vi Nominis, Hic Mel erit.

Erant alia Symbola cum inscriptionibus diversis quaenam omnes augurium Apum circa Electionem advenientium cum Matre, exprimebant inventionem.

Altera Porta constructa erat, inter plateam Castrensem, non procul à Foro publico: in cuius Vertice in equo depictus erat Parens moderni Regis, cohortes Kosaricas persequens: videlicet Ieremias

Dux Wisnovecius Palatinus Russiæ, qui post Victoriam Beresteczensem de Tartaris et Kosacis, in præsentia Regis Casimiri et Nobilitatis universæ Grati expeditione mota, partam, brevi fractus laboribus bellicis migravit à consortio Militum, magno cum mœrore omnium.

Isti Portæ immersæ erant Statuæ Grandes quatuor. Sigismundi Coributh, Regis Electi Bohemiæ. Sceuris et Resanis Avis. Tum Vladislai Jagellonis Regis Poloniæ. Item Vladislai IV Regis Poloniæ ac Sueciæ. Item Joannis Casimiri Poloniæ et Sueciæ Regis. Quæ Statuæ singulæ, gratulationum tesseras continebant tales.

Sigismundus Rex Bohemiæ.

Ex Heroico Sanguine ad Martem; Ex virtute ad Coronam et Sceptra natus; toto decennio pro Corona Bohemica, contra Sigismundum Imperatorem; contra Germanicos, Hungaricos, Saxonicos exercitus, Marte Polono et Lithuano strenuus et invictus, Regia et Triumphali Corona insignis: Utramque Augusto Sanguini Suo, Michaeli Koributh, in Solio Regni apprecatur Coronam.

Vladislaus Jagello Rex Poloniæ.

Fide inclytus, Trophæis clarus, Ecclesiæ Vindex, Lithuaniæ Apostolus: Terror Hostium, Academiæ Cracov. Fundator: Cruciferorum Scytharum, Moschorum Russorum manubiis triumphalibus decoros. Cælitus destinatos Affini Suo Michaeli Koributh, consanguineo affectu gratulatur Fasces ac Triumphos.

Vladislaus IV. Polon. Sueciæque Rex.

Post fastum Asiæ depressum, repressam Moschus perfidiam, domitam fortunatam tunc Sueciæ insolentiam! Post Tauricam profligatam insultatem restitutam Felicitati pacis Poloniam! Post peracta brevi annorum armorumque compendio, magnorum Seculorum bella. quietem Patriæ Suæ, sibi gloriam perennem fecit: Qui Cognato quoque Successori Suo Michaeli Koributh Regale fastigium gratulando, vovet publicam ex Victoriis pacem.

Joannes Casimirus Polon. et Suec. Rex.

Theatrum gloriæ Suæ, Martem in Regno perpetuum; inter Cosacica, Scythica, Moschica, Suecica, Transylvanica, ingentium bellorum arma cum invenisset! Herculea animi virtute, Fortitudine, Constantia, Magnus Patriæ in summo discrimine Atlas; omnium ad extremum etiam ipsa Clementia Victor. Vt ex se ipso tandem novo Victoriæ genere triumpharet, tot meritis et triumphis decorum Diadema posuit. Quod fraterno Jagellonum Coributheo Sanguini, Michaeli Koributh, consanguineo felicitate Divinitus venisse, Augustum et triumphale comprecatur.

Erant et

Erant et alia Symbolica inventa, quae inserere videbatur opero-
sum; quandoquidem ad Actum Coronationis, et Academia Cracovi-
ensis, et Academia Zamoscensis, et Patres Societatis Polonae ac Lith-
uanae, et multi ex Equestri Ordine, certatim Editiones publicas effe-
rebant, quas nullus Regum adeo multiplicatas vidit: ob quarum
multitudinem, malevoli interpretes, adulationis publicae Specimina
appellare non erubescebant, plenisque veritatem genuinam ex Annalibus
Scriptorum derivatam, impugnantibus: fuisseque multa producta fal-
so asseverantibus. Sed huiusmodi interpretes erant videndi; quia
Veritas absque Invidia comite non potest lucere.
Absolutam Festivitatem Coronationis subsecuta sunt Comitia Ge- October.
neralia; ad quorum initia Nuncii Terrarum cum magno Comita-
tu advenerant, absque incommodo itineris, ob serenitatem in dies clare- Die 1.
scentem. Electus itaque die 1. Octobr. Marschalcus Stanisl. Kątski Succ.
cam. Kalisien. vir prudens ac sedatus: qui officium hoc aegre admodum
susceperat, ob factiones clandestinas serpentes solvendorum Comiti-
orum ac rumpendorum. Ast illum plurimi animabant nunquam permis-
suri, ut Comitia Coronationis audeat quispiam interrumpere. Inter-
cessit Palatinatus Cracovien. postulavit facultatem Proprovincialis cele-
brandi Conventus, siquidem solutus fuerat ob concursum multorum
aemulorum. Id facile impetratum est a Rege. Die 2.
In Crastino, dies consecrata salutationi Regiae, per Nuncium Ge-
neralem Marschalcum; qui in sermone Felicitatem Polonam deduxit
futuram; quando feliciter sine strepitu armorum Electum Regem; iam
habent Coronatum. Multa adiecta in laudem Gentis, et Numinis Su-
premi potestatem; sine qua Regna regi ac gubernari nequeunt.
Tandem ad Regis Coronati dexteram exosculandam accesserunt.
Sed paterna et Nuncii, et Dni Senatores Iuramentum praestent Fidelita-
tis Novo Regi, ita disponentibus Legibus Regni; et quidem in pu-
blico loco non in privato: quanquam multi semel iuratos, non teneri ad
iuramentum iterandum, obstrepebant. Conclusum tamen, teneri omnes
ad renovanda iuramenta, quum Rex noviter sit Coronatus. Die 3.
Sequenti die Sessio Gratis celebrata, in qua Procancellarius Regni Olszo-
wius Episcopus Culmensis. Propositionem Comitiorum enucleaturus; praemisit
deductionem Prosapiae Regalis directe a Jagellonis Fratre; affinitatesque
cum Imperatoribus tam Orientis quam Occidentis Regem trahere veraciter.
Post induxit Puncta Consultationum publicam concernentia; et ante omnia
Pactorum Conventorum meliorationem, ad quorum firmitatem paratum esse
Regem intulit, ad iterandum iuramentum. Inseruit bonorum alienationum
Reipub. recuperationem. Fortalitiorum reparationem; Monetae perversae abo-
litionem; Foedera cum Vicinis Principibus renovationem. Denique Stipendi-
orum Militiae persolutionem. Adiecit et alia, quae opportuna videbantur.

Die 4. Invitatus Rex Festivitati S. Francisci adfuit circa Divina Officia:
Sed quia PP. Bernardini aemulationes circa certabant cum Franciscanis
ideo Castellanum Sandomiriensem Witowskium induxerant et Regem ad
prandium invitaret: cuius precibus paruit Rex et pransit in Caenobio
PP. Bernardinorum. Splendida in quibus fercula apposita, vinumque ge-
nerosum in copia tributum: Attamen Vesperis adfuerat Rex ibidem
quibus terminatis oblatus est Regi Liber sub Titulo Novus asserendae
Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis Modus per Superiorem Con-
ventus eiusdem. Qui Liber praeclara et erudita Elogia continet Virginis
Beatissimae. Recepit Rex donum oblatum, mandans compensari laborem, et
sumptum ab Authore.

Die 5. Dies subsequens consumpta, in Exhibitione Iuramentorum fidelitatis, per
Senatores aliosque Officiales tam Saeculares, quam Spirituales. Attamen sub-
traxerant plurimi praesentiam sui, intuitu devotionis Calvarianae tra-
ctandae ad quam descenderant plerique Singulares Magnates. Verum ab-
sentia illa dissimulatione erat contecta.

Die 6. Incidente Die Dominicali, Legatus Regis Hispaniarum Comes ab Arach
à Rege Hispaniarum obtulit Novo Regi Tosonem seu Torquem Velle-
ris aurei. Ante cuius oblationem Epus Warmien. in Camera Regia Divi-
na celebravit, remoto Capellano Regio. His absolutis Legatus Hispanicus
praemisso Sermone Hispanico, comprecatus est prosperitatem Regi Novo;
ac deductis Literis Plenipotentiariis; Donarium seu Monile Velleris Au-
rei praesentavit, Regique ad humeros collocavit. Volebat Legatus Iuramen-
tum Ipsi super foederata amicitia cum Rege Hispanico: sed certatum ra-
tionibus non esse expediens, nisi in praesentia Regis Hispaniarum.
Progressus deinde Rex ad Ecclesiam SS. Trinitatis invitatus à Dominicanis
et à Concionatore Zamoscensi Ecclesiae Habiek nuncupato; qui in-
ter Divina, Sermonem aptum competentemque adhibuit, ad plausum et pla-
citum omnium Curialium.

Die 7. In Crastino Legati Kosacii à Chaneńkone cum Doroszenkone compare-
rant in publica audientia: qui productis Literis ad osculum manus per
Cancellarium Regni Leszczynium, sunt introducti. Nullus splendor appa-
ruerat externus in personis Legatorum, personaeque viles videbantur mini-
meque Martem spirantes. Expeditio ad Cancellariam Maiorem designata:
circa quam ab utrinque certabant verbis acribus illi Kosaci ex parte fide-
litatis palliatae quam sibi mutuo obiiciebant. Dum vero à quibusdam
Proceribus invitati erant ad prandium; pariter discordibus animis, in-
volabant verbis criminatoriis, mutuo sibi hostilitatem exprobrantibus.
Tamen non sine donariis recesserunt et qui apparuerant in simplicibus
agrestibus, vestiti sunt duplicibus et quidem sericeis.
Eadem die Nuncii Terrestres, inquisitioni attendebant Senis. Ut infames
et Banniti revocantur et excludantur à Consiliis Equestribus, legibus
ipsis

ipsis idipsum suadentibus. Attamen potentiores non sunt noti; ergo
consortio Comitiorum exclusi.
Disceptatum deinde de Reclinatoriis assignandis, pro residentia Exulum; qui Die 8.
ex Territoriis hostilitate Scythica et Kosacica priventi adacti sunt cedere.
seq in remotiores angulos tutiores recipere. Post à Diversis personis Litte-
ræ lectæ, quibus patrocinium Equestris Ordinis exposcebatur. Zamoyski-
orum desideria inducta, ratione bonorum Ordinatorum adiudicandorum
illis quibus de iure competierit. Witowskius quoq Castell. Sendomir. per-
sonaliter exoravit Ordines ut cum Niezabitowio Castellano Sandecensi Die 9.
ratione summarum nullo iure retentarum lites tandem viginti annis pro-
tractæ terminarentur. Inducta pariter postulata Spiritualium Ordi-
nibus Unitorum Romanæ Ecclesiæ quatenus locum in Senatu obtinere
valeant adpromittentes omnimodam sollicitudinem in schismaticis ad Uni-
onem revocandis. Adiecta conquestio Olesnicii contra Epum Cracovi. Die 10.
quod super bannis dispensatis à Nuncio Apostolico inhibuerit Matrimoni-
um confirmari ac benedici cum Vidua Stanislawska. quæ divortiata e-
rat, à Warszycio Casimiro Castellani Cracov. Filio, interveniente Decreto
iuridico per Wierzbowium Epum Posnanien. pronunciato. Sed Epus Craco-
viensis attendebat gradum affinitatis super quo Dispensatio Summi Pon-
tificis requirebatur. quandoquidem Nuncius Aplicus gaudebat facultate
dispensandi super solos pauperes contrahentes. non autem divites ac No- Die 11.
biliores. Deventum quoq ad rixas et iurgia, ac provocationes ad et 12.
duella, idq propter arcanas diffidentias, quibus sessiones inquietaban-
tur. Ad quas componendas et authoritas Marschalcorum accedens
est vilipensa. De transitu itinerario conquestiones motæ quum ad
arma à multis propter transitum liberum sit recursum. De Hospitiis
designatis controversia inserta erat, quibus multi Senatores ac Digni-
tarii carebant, personæ autem plurimæ residentiis aptis gaudebant
non spectantes ad Comitia celebranda. Quare revisio Hospitiorum
conclusa. designata Viris Deputatis ex ordine Equestri: idq ut Nun-
cii terrestres apta reclinatoria occupent eiectis vilioribus personis.
Advenerat etiam Legatus Scythicus à Chano Krymensi; qui publi- Die 13.
cam audientiam obtinuit literasq more Scythico plicatas exhibuit: in
quibus gratulatio continebatur Novo Regi; et ad fraterna iura te-
nenda Rex invitabatur. Expeditio Legati demandata erat Cancella-
rio Regni et Thesaurario, ut cum donorariis debitis absolveretur.
Eadem Rex invitatus erat ad Ecclesiam S. Petri PP. Societ. idq in initio
Nominati Episcopi Chelmensis Christophori Zegocki, qui secularem statum
abiecto in quo non impigram mentem gesserat tam pace quam bello.
tam ad Comitia ac Conventus quam ad Iudicia publica Regni, transiit
ad Spiritualem dignitatem; Primumq sacrum Presbiteratus obtulit, in Basi-

lica S. Petri praesente Rege ac Senatoribus, Deo praesentavit. Pater Divina Pirkaussius olim Regius Concionator, Concione compta Beatum Nostrium Tutelarem Regni comprobavit, ob victoriam de Turcis ad Campos Chotynenses à Deo Praepotenti impetratam.
Eâ die Suburbia Cracoviensia Judaicumque Oppidum Triumphos certatim agitabant, igneis lusoriis fulminibus cum tubarum clangore, atque tormentorum vehementi explosione. Sed PP. Societatis superiores erant in apparatis ignibus atque boatu tormentorum.

Die 14. Invitabatur Rex à multis Proceribus ad Sessiones Conviuales; ast non admodum facilis erat ad consessus retinendos: attamen in Locum sui insignes personas destinabat. Crebra enim puerperia sub tempus istud Residentiae Regiae feliciter emergebant, et quidem in prole Mascula. Cui Michaelis nomen passim imponebatur: ad instantiam Parentum Magnificorum: qui certabant de Levantibus Patrinis ad fontem sacrum; insignibus Eapropter Infanti Filio Felicis Potocii, noviter creati Palatini Siradiensis, nomen Michaelis impositum. Alteri infanti Capitanei Sanocensis Stadnicki Filio eidem Michaelis adiectum nomen: quem baptisavit Episcopus Premisl. Sarnowski in Arce Regali; Levantes erant Christophorus Pac Cancell. M. D. Lithu. et Gryzelida Ducissa Wisnow. Regis moderni Mater. Pariter Radivili Filio infanti simile nomen tributum. Duodecim

NB. infantes Masculi Virorum Primariorum in Regno, sub tempus Comitiorum durantium effusi narrantur, ad lucis usuram capiendam sub titulo Divi Michaelis.

Die 15. Ob festivitatem Divae Theresiae, Ecclesiam Divi Michaelis visitaverat, sui copiam ac praesentiam cupiens omnibus Convenientibus exhibere, ne arrogans aut difficilis videretur Princeps. Non residet etenim in eo elata aut ambitiosa mens, non furor, non arrogantia, non levitas, non garrulitas otiosa; sed quae sunt agenda tractanda, executione indilata mandanda esse comprobat.

Die 16. 17. 18. Nuntii Terrestres dissidebant inter se toto triduo; tam respectu Ordinationis Zamoscianae concludendae, quam respectu Reclinatoriorum designandorum pro Exulibus. Excitata quoque contradictio Palatinatus Siradiensis collati nuper Potocio; eo quod possessione in illo Palatinatu careret. Fremitus quoque adiecti Militiae deplorata: eo quod Duces magnas summas gerentes ad communem expeditionem sibi usurpaverint et inconsolatas Cohortes multas reliquerint. E contra Milites arguebantur servitii belli negligenter tractati: eo quod quasi ex condicto permiserint Scythica agmina ingredi hostiliter quo ingressu irreparabilia damna causata, dissimulantibus militibus: quandoquidem Hominum millia Centum et Sexaginta tam Nobilium quam Villanorum, in captivitatem deducta sunt nulla resistentia, obiecta per Cohortes Statiua propinqua habentes. Adiectae et

querimoniae

querimoniæ olim inter Polonos inauditæ, maxime in Hibernis Stati-
vis exigendis, de quibus veterani Milites nunquam cogitaverant. Effe-
ctum licentia Militari ut quod hostis reliquerat, id domesticus hospes de-
vastavit. Desertæ villæ: disjecta oppida: Civitates habitatores non ha-
bent. Prædia et Curiæ Nobilium nulla securitate gaudent: jamq. Ecclesiis
et Conventus sacri subjacent licentiosæ expilationi. Talibus multorum
animi consternati erant; maxime complurium tantorum excessuum. Sed
aliis intervenientibus controversiis querelas illas postposuerunt Ordines,
intimantes recursum ad Leges Regni et Articulos Militares.
Durantibus talibus controversiis Ordines S. Francisci in Urbe Cracovien. Die 19.
residentes, Festivitatem apparaverant Beati Alcantaræ. imagine eius im-
portata. ad Ecclesiam Parochialem B.M. Virginis processionaliter. Quam
in crastino reportarant ad Ecclesiam PP. Reformatorum, invitato Rege ac
Senatoribus ad solemnitatem coornandam. Et licet paupertas Religionis Die 20.
obstare videbatur ne triumphi pompa institueretur, tamen Benefactorum ef-
fectum erat cura ac ingenio, ut sonitu tubarum Musico vario concentu
etiam tormentorum explosione Civitas tota in honorem Sancti, affecti
pleno occuparetur. Interfuit itaq. Rex Divinis: quibus peractis, ad Po-
torium Palat. Siradiensem descenderat pransurus, ob Baptisati Filii ce-
lebrandos Natales.
In Crastino Sessio Ordinis Equestris interturbabatur quorundam Nun-
ciorum vocibus, qui recessum suum intimarunt cum Protestationibus; eo
quod negotia magna in medium producta, oblivioni sint mandata: ni-
hilq. conclusive exquiritur ab Ordine Senatorio; et difficultates obortæ in
multis sopirentur consiliis nullis factis. Dum hæc Cracoviæ agitaban- Die 21.
tur: Prosroviciis iterato ruptus est Conventus non sine colore factionum
clandestinarum. Suspensa itaq. Ordinis Equestris manebant Consilia:
requisitusq. est Vivisinus Episcopq. Livoniæ, ut simultates obortas inter
Nuncios componeret. Quo in negotio plurimum desudavit, non valens re-
nuitatem discrepantium demulcere: ob causam Zamoscianam sepultam.
Quocirca designati erant Deputati ex Ordine Senatorio, atq. Equestri; ad Die 22.
conciliandam Causam Zamoscianam: Laboratum pro et contra rationibus 23. 24.
Jura dispositoria deducta. Satisfactio in Summa notabili habeba-
tur in prospectu, Numeratio eius secutura erat. Triduum insumptum.
Jam adversa pars, propter bonum pacis recessura erat a Bonis Ordi-
natis; quorum maxima pars in nostro consistit Russico solo: Mox in-
nidi genii, propensionem inclinatam resciderunt; impossibilemq. compla-
nationem partium, inter ignaros publicaverunt.
Non deducta itaq. Causa Zamosciorum ad exoptandum effectum; Duo Die 25.
Nuncii Terrestres cum protestationibus recesserunt. Hos revocatum de-
stinati erant ex Equestri Ordine; sed insperate e Hospitiis migraverant. At-

tamen in itinere repertos, suasionibus amicis, à proposito nocivo Reipub.
deterruerunt, eosq; ad ordinem reduxerunt. Interea explorabantur Causæ et
scintillæ malevolorum; quia verò arcana erant, reductæ erant sessiones,
frigidis consiliis agitatæ.
Iactura quædam factionum erant in magnis involucris, multosq; corruptos no-
tabilibus summis dignoscebatur; omnia tamen alto silentio tenebantur con-
Die 26. tecta. Quidam de Palatinatu Sendomiriensi ponebantur ad metam: at
NB. hi non desistebant patrocinio magnorum virorum: etiam Treugis oblatis.
Interea coniuncta Consilia Senatorum cum Ordine Equestri, mutuum inter
norum sedandorum prospectu. Concursus erat ingens, vixq; Rex eminere vi-
debatur præ turba. Incusati sunt Primores assistentes Regi, obnubilan-
NB. tes conspectum Regis, quibus iniunctus largior recessus à solio Regio.
Certatum rationibus; An privati respectus, in publico Consiliorum thea-
tro producti valeant interturbare Reipub. interessa ac commoda! Re-
plicatum, iniuriosos respectus qui nec Iudiciis, nec per Amicos nec per
mutuam inclinationem, animos conciliare quierint, posse. In eo certa-
mine includebantur iniuriæ Exulum; qui regnante Rege præterito non
Die 29. poterant adire subsistentiam, destinato Capitaneatu aliquo pro reluitione.
Stipendia Militum, et benemeritorum oblivio. qui antiactis annis non po-
terant pervenire ad compensationem damnorum incursorum. Ordinatio
Zamosciana! cui remedium Tribunal Regni et Conventus Palatinales
non poterant sopiendæ adinvenire. Ipseq; Rex antiquus incusabat totius
ob eam Causam Comitia rupta. Dum talibus certabatur in Comitiis:
quosdam devotionis Zelus invaserat; qui Czestochoviam usq; perre-
NB. xerant, gratiâ respirii acquirendi; quum in tumultu Consiliorum sudo-
ribus magnis laboratum esset.
Approbare visus est Rex Devotiolorum ingenium. dum ad Camaldulen-
November. ses Bielanenses pervexit, sincere devotionis ergò præstandæ, ad Eremum Sa-
Die 1. 2. cram Omnium Sanctorum; quorum intercessionibus initia Regnandi com-
mendavit. Ibidem suffragiis animarum expeditis, regressus Cracoviam.
Festivitati Carmelitanæ in Arenis B. M. V. interfuit; quam Beatæ Ma-
Die 3. gdalenæ de Pazzis institutam fieri Patres curaverunt. Inter Divina
populo frequenti assistente; ac Senatorum multorum catervâ, Musica
omnigena adhibita. Tormenta explosa ad fastidium. Adaucta Devotio
Connexione præclarâ super sanctæ vitâ commendabili: Prosapia Familiæ
Pazzianæ Elogiis firmata, de qua Senatores Magni Duc. Lithu. oriundi
NB. aderant Regem comitati: ut potè Supremus Dux Exercitus Lithuanici. Supre-
mus Cancell. M. D. Lithu. tum Episcopus Samogitiæ, et alii Viri insignes.
Die 4. In Crastino Patres Carmelitani obtulerunt Regi volumen continens Grati-
as et Miracula Divæ Virginis Arenensis. Quod gratâ suscepit Rex manu.
Dies quinta insperatis nimbus referta erat: ad quas noctu dendente accre-
NB. scerat onerosa quædam Acripitris suspensio; idq; ad Crucem infixam

tecto

tecto Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis in Culmine supra Maius Altare
hærentem. Quæ Volucris dilapsa è manu Venatoris inter vepres La-
pideanum vagans, sub vesperam appulit ad Crucis eminentis latera, in
quibus vespino facto, adnitens aliorsum avolare, implicuerat funiculos Omen.
circa internodia Crucis; ob quos nisu continuo fatigata, pectore convulso,
pendula mansit toto nocturno tempore, geluq accedente forti expiravit. Die 5.
Crescente diluvio, Cornices ac Monedulæ gregatim accurrebant, volucremq
pendentem rostris pungendo carpebant, multis miseriam accipitris demiran-
tibus. Tracta ista suspensio Volucris, ad suspensionem Comitiorum; quæ
iam in agone constituta narrabantur. Licet enim reinductum Consilium Die 6.
esset Causæ Zamoscianæ; tamen artificiosè laboratum ne Comitia ad
terminum exoptatum deducerentur. Effectum itaq stimulantibus male-
volis, ut Olizarius Xurrius ardenter insisteret puncto Reli- Die 7.
natoni pro Exulibus assignandi, quum et ipse de Ordine Exulum asseve-
rabat se esse: quod Welinatorium cum non esset in momento assignabile,
vertisset homo impudens ac inquidens migravitq. Varsaviâ velociter uni- Die 8. 9.
versam Consilionem congesiem praesidens. Submissi erant ad hominem inqui-
rendum ac demulcendum Viri graves maturo iudicio pollentes; sed vias ho-
minis non poterant investigare. Die XI.
Consultabatur de remediis terminandorum Comitiorum; sed animis stu-
pentibus, non poterant debita media adinvenire, ob defectum Concordiæ
unanimis ac Universalis ad terminanda et Concludenda Comitia. Die 12.
Spem tamen reditus Olizari quidam furentes, rem commisit Consiliis Divi-
nis existimaverunt: ad eumq finem, Anniversaria dies Beati Josaphat
in Cathedrali Eccl. Cracov. ad Maius Altare, celebrata est consentiente
Episcopo Cracov. Ibidemq Lithurgiam Sacram Archiepiscopus Polocensis
colenda Unitas Romanæ Ecclesiæ, expedivit cum Musica Graeco ritu adhi-
bitâ. Inter Divina Praelatus Donesthij sij Sermonem Sacrum adhibuit
magno cum fructu Auditorum. Imago huius Sancti Martyris collocata
erat in medio Maioris Altaris, cum magna confusione Schismaticorum, qui
ad Comitia confluxerant: inter quos extitisse feruntur nepotes eorum, qui
truculentas manus in Sanctum iniecerant. Hic enim Sanctus Regnante
Vladislao IV. à Schismaticis est occisus, eò quod Unionem Romanam con-
stanter retinuisset. Die 13.
Elusus itaq spe Ordo Equestris reditus Olizari, tristem Valedictionem
Regi publicari per Marschalcum curavit. Quam Rex hilari vultu acce-
ptavit. Mirum observatu. Totum tempus impensum Comitiis Sereni-
tate clarescebat. Facta Valedictione Regi, erupit pluvia vehemens, in- NB.
dignante quasi Caelo, super dolosa bonorum Consiliorum praeclusione.
Et profecto, strictam rationem reddituri sunt Deo, Convulsores illi, qui
cum non possent Electionem, atque Coronationem impedire; tamen atten-
tarunt indebitis modis Comitia Grodna rumpere, exitum ambitioni suæ

ac malevolentia, terribilem reportavit.
Die 14. Quocirca Rex Consilium Senatorum congregari curavit; tum ad debitam
expeditionem Legatorum Exterorum Principum, tum ad ordinandum tem-
Die 15. pus Comitiorum aptum Conventibus particularibus praemissis; tum ad
deputandos Legatos ad Principes vicinos ut Vicinitatis Jura ac Foede-
ra confirmentur; tum ad providendum Securitati publicae in omnes casus
Die 16. advenientes; super quibus singulis Senatus Consulta collecta erant, et
Actis ingrossata sunt.
Pariter requisitum Consilium Senatorum de Connubio Regis; in qua
Domo quaerenda esset Consors? An Moschica? An Austriaca? An Gallica-
na? an Hispana? Dissensio animorum patuit multorum, attamen de plura-
Die 20. litate sententium conclusum erat, Austriacam in Conjugem quaerendam.
Repugnabant plurimi Domui Austriacae non faventes: Ast negotium Lega-
tionis commissum Procancellario Regni Andreae Olszowio Episcopo Cul-
mensi, cui annexi aliquot Castellani atq; Capitanei, ad Comitandum e-
undem. Porro Procancellarius Regni accinxit se itineri absq; dilatio-
Die 27. nibus, metuens ne viles itineris commoditatem impedirent; et Viennam fe-
liciter pervenit.
Variae voces contra eum prolatae; quod praeripuerit cum eâ functione
sine unanimi consensu Senatorum; quod eventus Connubii infelix fu-
turus esset et alia his similia. Deus tamen ordinavit omnia, non ad
placitum Malevolorum.
Die 30. Invitatus insuper Rex ad Ecclesiam S. Andreae, quam praesentiâ sui collu-
stravit: inter Deo dicatas Virgines habens Zamosciam, ad lineam San-
guinis spectantem.
December. Descenderat pariter cum Senatoribus ad Ecclesiam Parochialem B.
Die 1. M. Virginis, Divina Adventualia auditurus: et quia Divi Xaverii immi-
et 2. nebat Festum in Castro, PP. Societatis pariter invitaverant Regem ad
Festivitatem. Cui interfuit pari devotione Rex: unà cum Senatoribus. Re-
gressus Rex ad prandium, Nuntium accepit de obitu Castellani San-
domiriensis, qui singulari affectu promoverat Electionem Regis. Fatis eius
indoluit Rex, et Consolatorias Literas ad eius Consortem mandavit expe-
diri. Ad vacantem Castellanatum multi connitebantur, sed destinatus Ca-
stellano Kiowie Tarnovio; Podlodovius autem Capit. Radom. successit
ad Castell. Kiowie.
Die 3. Movit Cracoviâ Regia Mater, directè ad Zamoscenses pariter, respi-
et 4. ratura à perpetuis audientiis ac visitationibus, ob quas debilitatem con-
traxerat. Aeger Rex praemissis impedimentis Varsaviam Virginem
Claromontanam destinaverat visitare, idq; ad incidens Festum Immacu-
Die 5. latae eiusdem Conceptionis. Quare die 5. Movit Ilkusium; ubi vix
medio

medio quadrante subsistens, continuauit gressum: quanquam aspero
aëre stante, cum forti gelu.
Attigit itaq; Montem Clarum, Die S. Ambrosii; quem Patres Paulini ma- Die 7.
gna cum laetitia salutarunt adhibita tormentorum explosione, fragorosa.
Aduenit tristis Nuncius, de obitu Clementis Papae IX. tum de valetudine NB.
Imperatoris Romani per nescitia procurata ingenio maleuolorum, tam
Hungaricorum, quam Germanicorum Procerum; qui exoptabant Domum Au-
striacam ob sterilitatem Imperatoris sepelire, et ex alia fauentione Do-
mo Helueticis, assumere Dominum. Quo nuncio perturbatus Rex agno-
scebatur, metuens interuenire humanos casus circa Connubii euentum. Die 8.
Quare circa Festiuitatem Conceptae Virginis, commendauit Rex vniuer-
sa negotia Maiestati Diuinae, firmiq; voluntatem eius in omnibus expostu-
lauit, affectu deuotissimo: adiecta Confessione atq; sacra Comunione. Propter
Regis aduentum etiam à populo deuotione concursum, licet niues fuere impedimento,
Concionem ad Festiuitatem applicauerat Poptawius Regius Ecclesiastes. Peractis
Diuinis, pransit Rex in Refectorio Paulinorum, etiam Patribus ad tabulam in-
uitatis. In Comitatu Regio praecipui erant, Legatus Imperatorius Saugonius. et
Radziwil Procancellarius M. Duc. Lithu. multis Capitaneis ac Secretariis assisten-
tibus.
In Crastino Veredarius Viennensis laetiorem Nuncium adtulerat, de Imperatoris va-
letudine firmata; tum de Procancellarii Regni consistentia Viennae ad euentum Die 9.
Sponsae impetrandae directi. Rex igitur laetior factus; in sacello Virginis Deiparae
adfuit Diuinis circa quae allata erant Vexilla noua sex benedicenda, pro equi-
tibus Germanicis leuanda. Haec benedicta recepit Rex tradiditq; Cohortium offi-
cialibus praesertim Legionario Denofio vti supremo Colonello, praedictarum
Cohortium. Tubarum clangore ac bombardarum explosione terminatum hocce
negotium. Eadem die aduenerant Legati Deputati à Palatinatibus Kalisiensi,
Syradiensi, et Masouiae; qui incusarunt Fratrum dissensionem quâ effectum
erat vt Comitia Cracouiae dissoluerentur. Attamen curaturos se totis viribus
declarauerunt, quatenus inuentores artis seditiosae legum edictis puniri valeant.
Post produxerunt Instructionem in qua continebatur querella. de Pactis Con-
uentis quod non rite in quibusdam colerentur sibi: quibus quaedam inser-
ta fuit praeiudiciosa. Item de Statione Hybernis Militum grauaminosa
fuit Palatinatibus, quorum respectus singularis habendus erat, ob multa in-
commoda, sub tempus Electionis perpessa: petebant itaq; Cohortes transfer-
ri in paratiores angulos. Item de Praefectis Cohortium Germanicarum
quod illis non debeant praefici Exteri alienigenae Directores, sed veri indi-
genae Poloni; quibus Regnum abundat ad res bellicas apti. Item de Salis
distributione denegata Nobilitati; quod praeiudicium passa est Nobilitas
annis Septem ob Wielopolskii denegationem qui Salis Fodinas Arendato-
rio Contractu tenebat. Item de Elongatis admodum Hybernis, in casum
periculorum reprimendorum; quandoquidem Militia Lithuana vsq; directa
erat, contra praedecessorum Ducum consuetam designationem. Item de Colla-
to Palatinatu Syradiensi, quod possessionem inibi non habeat Palatinus de-

signatus. Item de Archiepiscopi Gesnensis dissensione; qui in certis iuri-
bus cum Capitulo Gesnensi dissidet, in approbatione Contractuum quo-
rundam, quos Nobilitati praeiudiciose denegat, et de Bonis approba-
torio iure praedecessorum gaudentibus, possessores quovis modo per mi-
lites immissos violenter dimovere nititur. Item de protectione praeiudi-
ciosa eiusdem Archiepiscopi, Conventui Mstoviensi; qui Praepositum il-
lius loci contra iura divina ac humana permittit insolescere, Nobilita-
tem captivare conculcare, etiam Sacerdotes martyrisare magno cum
vicinorum locorum periculo; in quibus invasionibus factis, innocentes ho-
mines passim trucidantur.
Ad eiusmodi puncta Responsum est per Radziwilum protunc Cancellari-
orum tenentem: ipseque Rex ore proprio facilem se praebuit, ad omnia pa-
cificanda et querelas mitigandas. Legati igitur illi obtinuerant Episto-
las Regias ad quos desiderabant et cum bono effectu expediti fuere.
Die 10. Diluculo Rex Divinis interfuit: his terminatis Gratias ac Diplomata in
longas horas subscribebat. Patribus quoque Confirmatorium Privilegium
subscripsit, in Claromontani Conventus inhabitatoribus.
Movit itaque ea die Varsaviam ut praeliminaria Comitiorum futuro-
rum dirigeret, et a continuis fatigationibus respiraret.
Die 13. Nuntiatum insuper post Regium discessum; quod Viennae Audientiam pu-
blicam in Aula Imperiali habuerit Regius Legatus: Reverendissimus Andreas Ol-
szowski Culmensis et Pomeraniae Episcopus, Regni Procancellarius. pro Ma-
trimonio concludendo inter Sacram Regiam Maiestatem Poloniae et Se-
renissimam Eleonoram Hungariae et Bohemiae Principissam, Austriae Ar-
chiducissam. Ad quam Audientiam talem adhibuerat Sermonem: tam ad
Leopoldum Imperatorem quam ad Leonoram Imperatricem Matrem fu-
turae Sponsae; assistentibus Principibus ac Ducibus Curiae Imperialis.

Sacra Caesarea Maiestas.

Ego Legatus Sacrae Maiestatis Regiae Poloniarum Domini mei Clementis-
simi, ad Sacram et Augustissimam Caesaream Maiestatem Vestram di-
rectus: bonum Nuntium ferens Regii affectus et amoris, quem ante oculos
Maiestatis Vestrae in aperto sisto, atque in sinum eius Domus lubens depono; in qua
quot Augusti Generis Filiae, tot Regalium thalamorum fidae sociae, Regnorum amo-
res, Seculi Gemmae, Pacis et Felicitatis populorum pignora Parentesque olim atque
hodie censentur. Alter Iagellonicae Propaginis Surculus Vetustissima Coributo-
rum Soboles, Atavis editus Regibus, et in Solio Bohemiae Semel, Poloniae toties
collocatus et Coronatus Sanguis Michael Rex, hic sub aspectum venit: non in-
felix, si gratiam in oculis, si locum in fraterno Maiestatis Vestrae affectu invenit, Rex
ille qui extra spem et ambitum Regni thronum caelitus plane occupavit in expe-
tenda tori et throni socia, maritales spes occupare ambitumque Legatione mea
palam fateri non dubitat. Ille Electoris populi Votis, quibus amplissimum
Sarmatiae Imperium, Rex Indigena debet, etiam in peregrino isto orbe emergat
et quam

et quam validè nuper Electorali in Campo pro fortuna Regis, non segnius
nunc Augusto in Palatio, pro fortunæ incremento, vivitur. Istas foecundita-
tis Regiæ atq; exinde Regis et Regni Felicitatis, anxias et solicitas hic planè
audire est, Maiestati Vræ amicas et amantes, quibus cum liberè nobis Re-
gem in Regno dixerimus, iisdem affectu adhuc calentibus, Reginam extra Regnum
deposcimus, acclamamusq;. Damus libera Gens Felicitati Austriacæ manus, neq;
immeritò sterilitatem Poloniæ nostræ gratulamur, quod Electo divinitus et
Diademate redimito Principi par Consors apud nos desideratur, apud Vos
invenitur. Hic nata est Faustis sub penetralibus: hic adolevit, quæ cum Po-
loniæ fortunam, bono praesentis et sequentis saeculi, renasci et adolescere posse
non vanè speramus. Nam cum aliarum plerumq; Gentium fatum sit Reges
illis ab Austria dari, singulare istud Poloniæ est, Reginas ex Austria no-
bis feliciter assumi. Neq; per incertam semitam, aut ignotâ veste, et Proci-
eo illo externi venimus generi. Tot repetitæ veteri recentiq; duo Regna
Poloniæ cum Austriaca Domo Cognationes praestruxere pridem iter, hodieq;
pronum et expeditum faciunt votis suæ Maiestatis. Inclytam illa memo-
riâ et merito foecunditatis Cymbargam nostram, Olgerdi Mag. Ducis
Lithu. Neptem, Corybuti Olgerdini sororiam; Semoviti Ducis Masovi-
vum Filiam; Ernesti Archiducis Coniugem: Novem Austriacorum, inter quos
Friderici III. Imperatoris, Maiestatis Vestræ Tritavi Genitricem: inter Ata-
vias suas numerat, sepulturaq; Magnam Matrem Urbis suis educat, quæ
Maximos Austriacos in lucem produxit et immortalem tot saeculis, atq; Vi-
nam in saecula Augustam Gentem effecit. Anna Vladislai Jagellonii
Filia, Ferdinando I. Imperatori nuptui data non leviter dotali Iure
ad Hungariæ et Bohemiæ Regna, rem Austriacam provexit. Ab hac
Nestim prima orbis Domo, Divus Jagellonidis Regis mei agnatis, peritæ
impetratæq; fuerunt: Elisabetha Sanctorum Mater: Annæ gratiis ipsis
in publicum gratiores: constantes Civium, exterorumq; titulo Constan-
tiæ: Virtutem connexæ longè et suaviter auditæ Caeciliæ: ut proinde Sy-
dera Gentilitia Serenissimi Regis, non exerrare videantur à suo Caelo
et Centro, quando Austriaco in firmamento viam suam determinant,
ordiunturq; quibus toties feliciter huc cursus fuit atq; recursus. Nec
deest aliud quod Serenissimi et Potentissimi Regis Regniq; Poloniæ ani-
mum arcanâ vi, ad cum amicitiæ nexum spontè trahit impellitq;. Eximia
Invictissimi Imperatoris, Divi Parentis Tui Ferdinandi mox ab eius mor-
te Maiestatis Vræ, erga rem Polonam, illo temporis afflictissimi periculo
propensio et immortalis gratia. Conclamatum erat non de Libertate,
nec de Imperio, sed planè de salute nostra, cum Viniorum infesta con-
spiratione, et Sveticis repentè armis obruti, pars in victoriam, omnes in prae-
dam cessiramus. Candidè et liberè, hoc est Polonè loquar. Deum nobis
ab Austro venisse! cuius sola Providentiâ inclinato et adspirante Au-
striæ favore, motisq; in Poloniam Maiest. Vræ praevalidis auxiliis, excita

primùm vis in Hunnos, Dacos, Moldavos, Scythas Cosacos, aliaq grassa-
torum nomina: Urbs Regni Caput recepta. Thorunii vita prorogata. Da-
nia in armorum societatem adducta. Borussia ad officium composita. Civibq
integritas, Regno forma, Templis Religiones postliminio restituta: quid-
quid coniuratae hostilitatis, vel barbarorum insultus fuit; procul rejectum. Leo
frementes et apertos Poloniae campos late persultans in suum nidum revo-
catus est; quiescere ac pacem pati admonitus obstrictusq. Quae tanta à Ma-
iestate Vrā Caesarea in acceptis ferentes, non alia ratione Rex et Gens Po-
lona refundere valemus, quam profitendo, et iterum accipiendo. Felicita-
ti Austriacae Tuaeq Magne Caesar facilitati id imputetur, quod aliorum adhuc
rei, alia nomina contrahimus; necdum plane grati gratiam iterum oramus.
Summum et gravissimum Legationis meae negotium Soror Maiest. Vrae Eleo-
nora est. Hoc nomine quidquid votorum habet Rex meus, includit. Arbitratur
nec vivere sibi, nec regnare integrum fore, nisi Vitae simul ac Regni parem
sortem, cum hac Consorte seu dividat, seu melius iungat. Cor Regium cae-
teris affinitatibus negatum, Serenissimae Eleonorae ultro pandit, cum lemmate:
Huic uni Candidae Austriacorum Tesserae per memoratos Maiores suos
innexus. Amat haec sua vincula: et sacro nec nisi cum Vita solvendo ca-
ritatis nexu, Caesarum Filiae Sororiq adstringi desiderat. Neq formidat re-
gulam gravem, aut tristes in amore moras. Nam quos arma pro Regno
suo, pro Poloniae charitate libenter induxisse meminit; amorem ut aegre
vel cunctanter secum iungat, nequaquam veretur. Impositam Poloni
magnanimo libentiq consensu Sereniss. Michaeli Coronam: en adhuc
in assensu manuq Maiest. Vrae est, ut altera Viro Corona, Uxor bona ve-
re aurea, pia, gravis, prudens, ore moribusq serena inter natas Germaniae
et Poloniae venustissima, verbo omnia, Eleonora accedat. Atq hic votorum
iuxta ac verborum Legationis meae Coronis esto. Neq enim aut me diuti-
us orare, aut Maiestat. Vram diu exorari convenit, cum ex retroactis sta-
tis documentis exemplisq et praesenti rerum statu, Austriam Poloniae Matrimo-
nii isto foedere arctius colligari; Regnatricem apud nos stirpem fundari; in-
ter utrumq populum sinceram amicitiam, fidam vicinitatem, commerciorum
facilem usum vigere: vim et immanitatem iurati hostis, et successu Candiae
praetumidi Turcae, Polono-Austriacae affinitatis terrore, ac et armorum con-
iunctione retundi: non Austriae non Poloniae duntaxat, sed universae Re-
ipub. Christianae interesse, evidentissimum Coniunctionis firmamentum.

Ad tale Legationis pondus, responsum est competenter, per Cancellarium
Imperatoris: adpromittentem non futura esse Serenissimi Regis Poloniae vo-
ta inania: quum Invictissimus Imperator, cum Augustissima Universa Domo,
sit propenso animo in eam Legationis materiam: quae cum requirat matu-
rius colloquium praesertim cum Augustissima Imperatrice et Consiliariis ad
tam grave negotium tractandum ac feliciter terminandum; non aegre la-

turum

tum Reverendissimum ac Illustrissimum Legatum subinnuit, si eo in passu
directe Responsionis ac faustae Expeditionis, ab utrinque deliberabitur.
Tandem invitatus Legatus ad Imperatoris tabulam, ad quam debitis si-
gnis amicitiae ac sinceritatis invitatum! magnaque donaria per Pol. Comites Le-
gationis inter personas principales sunt exhibita. Et licet Imperator in
statu infirmo adhuc convalescentiae erat ob diuturnam morbi grassantis
continuationem, tamen apertissima indicia hilaritatis exhibita, longaque in no-
ctes Convivii mutuo tempus insumptum.
Peracta Deliberatione mutuisque Consiliis praehabitis, Terminatum negotium Dies 16. De-
Connubiale pro Serenissimo Rege Michaele cum Serenissima Virgine Eleono- cembris.
ra. quod Responsum Poloni summis laetitiae documentis expresserant.
Quare Augustissima Imperatrix intra decursum Mensis unius pollicita
est se deducturam Filiam ad limites Regni, et perventuram ad Locum De-
sponsationis sacrum iam designatum: videlicet Clarum Montem Czestocho-
viensem. Eam transactionem prosperitate donatam, Legatus Regius per Ko-
chanowium Radomiensem Capitaneum Vienna transmisit Varsaviam Re-
gi Serenissimo intimandam. Circa quod negotium feliciter peractum Rex Di-
vinae Maiestati, Gratias humiles institerat laetique animi induerat spiritus:
quandoquidem Princeps Lothaningiae qui Concurrerat ad Varsav. Regnum, eti-
am ad eam Sponsam direxerat intentiones Connubiales, iamque fortibus instan-
tiis Caesaream Domum sollicitaverat, nisi Supremo Numini aliter esset de-
cernendum.
Reliqui dies Decembrales, Electioni Romani Pontificis, impendebant progres- Dies 20.
sum, ob factiones Principum Virorum, qui ad varios prospectus animos Car-
dinalium dividebant; etiamsi asperitas hyemis, Conclavia Italica civibus
incommodis expugnare videbatur: cui incommoditati bene provisum erat
ferendae sine fastidio, sarmentis ac lignis, ad Caminos abunde praeparatis.
Sub eodem rigore temporis Hyberni, Aulae Moschoviticae irrepserant Mor-
bi Contagiosi, quibus sublati erant Primarii Officiales ac Aulici Magni
Ducis Moschoviae: Atque haec eadem plaga invaserat Palatium ac Re-
sidentiam Moschici Imperatoris: ob quam et Consors Ducis Magni, et
filius primogenitus, qui iam annum vigesimum attigerat, et infans nu-
per editus, mortalitatis adiverunt sepulchra.
Sub Finem ac terminum Anni, Aula Gallicana promulgari fecit Edictum;
ne Nobiles utriusque sexus, multo magis Plebeii Cives, praesumant sub
severitate poenarum eo nomine decretarum, ad vestimenta exornanda tam
interiora quam exteriora: aureis vel argenteis fimbriis aut corrigiis, ve-
stamentis pretiosis. cum in talia multum perdatur inutiliter de pretiosis me-
tallis. Utinam simile edictum ad Polonos transeat, qui multas impen-
sas faciunt pro Consortibus, filiabus, pessimo Gallorum exemplo inducti
ad regiones istas, in quibus nummaria res prodigaliter absumitur.

Neq contenti artifices ingeniosa Comitiorum solutione- ambitionis aut
18. malevolentiæ suæ virulentæ tesseram in vulgus sparserunt, Epistolam
à Nobili Polono, ad vicinum amicum Cracoviâ quasi directam. Quæ
continebat Puncta numero 40. Regiæ Electioni Coronationi Cunctisq
toti tam veteri quam recenti, nevè detractoria: ad hæc singula re-
spondendum erat, eo ipso tempore, quo proscripta sunt adinadversa.
Ad praesens tempus dissimulationem: post allatarum commoditatem
debitam respondendi, vitæ Comitis. Hunc ad Anni insequentis ent
attendendum, utinam felicem decursum, cum limine fortunato.

Annalis Anni 1670.

Ingredimur limen ac ianuam Anni praesentis; quem Deus Om-
potens, temporum omnium Gubernator Sapientissimus efficiat secundum,
Michaeli Regnum Poloniae dirigenti; Populoq Christiano robur
firmum augeat, ad tollendas factionum inuectas simultates; atq
hostium nominum depressionem. Ad cuius Exordium, tanquam in
specula publici boni vigilans Rex, amissum tempus Comitiorum Coro-
nationis suae reparaturus; requisitis Consiliis residentium ad latus
suum Senatoribus, instruendas Lras Vniuersales ad Palatinatus ac
Terras decreuit, cum obdestinatione Particularium Conuentuum celebran-
dorum, ad Generalia Comitia Varsauiae peragenda. Eapropter non sine
patenti dolore mussans Maleuolorum ingenia, talem Instructionem for-
mari ac exprimi mandauit: quam antecessit publica Anni noui congra-
tulatio; ab Vniuersis Ordinibus, protunc Varsauiae consistentibus. Hoc ob-
sequium sereno vultu acceptauit Rex, spes meliores in Deo collocans. Januarius.
Intimatae igitur Vniuersales Litterae per Districtus Regni tam Poloniae
quam Lithuaniae, pro die 22. Januarii Conuentuum celebrandorum ad
effectum Generalium; diebus Martii expediendorum: eiusmodi seriem continentes.
Ea fuit constans intentio Sac. R. Mtis, et unica supremae Felicitatis va-
tio, ut in praeteritis Comitiis post faustam Coronationem sui Populorum
votis ad placitum responderet. Campus erat aptissimus Libero Genti
ob traditum libere sibi Regnum, gratificari suffragia, per effectiua Consi-
lia securitatis et utilitatis communis, promanantia ad perfectam Consi-
derationem omnium in genere ac specie non tantum Palatinatuum, sed Ci-
uis cuiuscunque firmitatem. Testatur idipsum Serenissimus Rex, continuo
Septimanarum sex decursu desudans, ut variantes ab initiis ipsius Ordinis
Equestris animos tempestiue coadunaret, numeratimus pro speciali In-
genii sui fundamento, prosperam antecedentium Comitiorum conclusionem.
Non intermisit quidquam, quod personam Regiam ex usu veteri, et ex
mente Legis conueniebat, praecipue in conferendis Vacantiis Exulibus Vni-
usq Gentis. Ast deuicit contentio fatalis, sacros conatus Regios! in
uno Nuntio Palatinatus Vidensis, sine Legis fundamento, ante Conclu-
sionem abscedente cum Protestatione, non sine scandalo Ordinis Eque-
stris, ac admiratione Senatorum, reuocando nedum decentissimis, qui spre-
tis persuasionibus recessit ab Ordine Equestri contentiosi exemplo. Graui-
ter pupugit tale exemplum Cor Principis, insperato euentu turbans Rem
publicam, tanq proiiciens in apertum periculorum discrimen. Vnica tantum

Palatinatum relevare videtur perditas res consolatio, quando repa-
ratores se contestantur iacturam illatam iteratis studiis ad confluendum
et consultandum pro bono et integris iuribus Reipub. Tali in passu non
deserit Serenissimus adhibere media debita reparandis rebus, statimq[ue] unito
consilio cum Senatu, non parcens sanitati propriæ iterata Comitia desi-
granda decrevit; quæ ut feliciori omine terminentur, collocatum exitum
esse vult, in prudenti ac solita erga bonum publicum circumspectione.
Congratulantur enim externæ inimicæ Gentes Poloniæ, vel maxime sibi
quia per eam rumpendorum Comitiorum Methodum, absq[ue] offensivo bel-
lo, et periculo fundendi sanguinis intentiones eorum prosperabuntur ad
extremam Patriæ ruinam inferendam. Matura itaq[ue] consideratione invi-
gilare nititur Sereniss. Rex ut iunctis Consiliis Serenitatum Vrarum publico
bono providеatur. Quarum partium erit congregari ad solita loca, in
quibus pro suorum animorum sensibus, licebit decidere, pro necessitate
communi de tempore et qualitate Comitiorum, in quibus providеri queat
effectualis Patriæ periclitantis defensio, atq[ue] magnarum materiarum de-
cisio: quas Legati Regii Serenitatibus Vestris deferent, et aliis Consiliis
concludendas relinquent, in his Instructionem Regiam fundatam: et Ve-
stris Oranibus producturi.
1mo. Securitas publica hostilitatibus exposita esse videtur, præcipue ab
Oriente, quum Turcicus Imperator Candiæ possessione inflatus, sæpius
publicari mandat Edicta ottomanica parandorum armorum, legendorum ho-
minum ad pugnas bellicas accomodandorum; de quibus à Vicinioribus Pala-
tinis Valachiis ac Moldavis præmonemur. Ne itaq[ue] insperata tempestas
à parte illa Rempub. vexet et quidem nemo belli ac copiis destitutam.
prospiciendum est tempestive de obiectu virium Potentiæ tantæ, ad quam
frangendam non potest collocari spes in subsidiis Russiæ, quæ in simi-
libus casibus olim habebantur valde proficua contra insurgentis belli
motus. Sylistrius enim Bassa direxit Lras ad Serenissimum, enarran-
tes in protectionem Turcicam adscitos esse Kosacos. Quanquam Rex
prudens ac providus, omni quo par est studio adoperatur, ut per Commis-
sarios illas in partes designatos, fundamentalia pacis remedia adhibe-
antur cum illa Gente, quæ sæpius ad Clementiam recurrens Reipub. ac
Principis vano sub colore subiectionis ac fidelitatis, nihil constanter
concludendum esse procurat. Ea de causa Legatos ad Portam Turci-
cam item ad Universalem Ducem dirigit Rex: quatenus procellosæ tem-
pestates, ab aliquot annis glomeratæ, à Patriæ periculo avertantur.
Quorum Legatorum expeditiones, cum soleant produci in longas moras
cum discriminis eventuum variorum, maturè consulendum de remediis au-
gendi exercitus, aut per Lancalem militis expeditionem; aut per publi-
cam Palatinatuum motionem; ut firmus apparatus colligi possit, contra
quævis

quaevis pericula ingruentia.

2do. Insinuatur consequenter Stipendiorum persolutio Militi, multis nominibus merita in Reipub. patentia habenti; cui providendam esse indilatam satisfactionem censet Serenissimus; ut ad casus emergentes insperatos hostilitatis libentius arma opponat satisfacti Milites, qui de retentis frequenter querulantes, neq. ad Castra progredi volunt neq. parere mandatis Ducum satagunt, postpositis Castrensium articulorum poenis.

3tio. Assecurant Exercitus Duces, magnas impensas de proprio due factas esse in rem boni publici; quarum restitutionem urgent, ut ad similes necessitatum actus, in futurum facilius invitentur.

4to. Necessariam requirunt reparationem, praesidiariiq. Militis augmentationem Fortalitia, vicina hostilitati propinquissima: ceteris Kamencensium exhaustum quoad commeatus, ac armaturae distractionem. Item Arx Leopoliensis ipsaq. Civitas requirens validiorem restaurationem fortificationis alimoniisq. diuturnae praeparationem, ac indilatam defectionem: ne (quod Deus avertat) exemplo Hungariae desolatae per Turcicas invasiones, ad similes deditionis deveniant periodos magno cum discrimine Christianitatis. Perinde Arx Cracoviensis ac Civitas, multum remisit de reparationis mentionem, ad quas vicinitas Hungarica praemonet fortius restauranda. Et licet pactis Conventis stringatur Rex ad reparationem fortalitii Kamenecensis; quia tamen rationes defuere ad accelerandi operis, propter proventuum Regni divisionem, tam pro antiquo quam pro moderno Rege colligendorum, iustum esset ab eo onere levare Regem recenter Coronatum; qui sine obligatione stante possibilitate, impensurus est bono publico id totum, quod supra debitam Curis regulam, videbitur exuperare.

5to. Instabilis ab Oriente amicitia ac Foederum confirmatio ambigua requirit sanctitatem armorum à vicinis Principibus expetendam, etiam contra domesticam exortam in Russia conspirationem. Quare Magnus Dux Moschoviae iterato Commissariorum defensu certificandus est de Pactis Andrusovienisibus retinendis, per Sereniss. Casimirum constitutis, ut ab utrinq. Iuramentis roborata sint, et cum consensu totius Reipub. Constitutione speciali approbata. Quia vero requirit Moschicus Status Mediatores produci ad perpetuam pacem stabiliendam, quae in tertio Congressu perficienda esset vigore Pactorum Andrusoviensium; idcirco necessaria erunt adhibenda debita ad eiusdem exoptandum rerum deducendarum.

6to. Moschicus Status de restitutione Kioviae ambiguam praefert possibilitatem; quinimo respectu actionis amicitiae ineundae, cupit in

signes collocari Lithuaniam, quae iam subiecta fuisset hostilitati Rossiacae, aut Turcicae, si eam Moschus praesidiis evacuavisset. Eo in negotio natura consilia adhibenda sunt omnino, quae sine consensu totius Reipub. nequeunt concludi. Quare societas armorum etiam arctior cum Moschis tentanda est, ut Respub. potentior effecta, ad omnes casus, eundem Exercitum felicius et commodius opponat.

7mo. Licet Leges, Pacta, Foedera obligatum reddant Ducem Brandeburgicum, ad societatem armorum pro necessitate quavis Reipub. exhibendam: Sed quia praedictus Dux difficilis est ad Militem Prussiacum educendum propter notabiles summas ex vi Pactorum à multis annis debitas procrastinatam restitutionem, quorundam Reipub. proventuum intuitu damnorum emersorum sibi usurpare non erubescit; ideo aequum esse iudicat Rex, inveniendam transactionem, ad summae indilatam solutionem. Tali remedio Dux Brandeburgicus facilem se praebebit ad arma sociabiliter coniungenda.

8vo. Publica Calamitas Statuum Hibernorum, requirit compassionem super populo, per insolentiam militarem in requirenda alimonia graviter oppresso. Quare circumspiciendum omnino, per Consilia publica, ne Exercitus in Visceribus Regni hyemali tempore consistat ob quotidianos Scytharum incursus: qui nacti commoditatem absentis Militiae in remotis angulis Regni subsistentis magna cum ruina hominum innocentium, dissimulantibus Superioribus Exercitus, Podoliam, Volhyniam invadunt hostiliter et extremam devastationem regionum adaugent. Loquuntur eandem desolationem Bona Regalia et Ecclesiastica in quorum defectu brevi ad Terrestria bona ac Nobilium gravis ordinabitur recursus. Ideo ne tam atrox malum serpat, ac Regni viscera exedat, remediis debitis occurrendum est, ne invalescente vastitate horrenda tandem de sera medicina cogitetur.

9no. Aperta damna suadent corrigendam esse omnino Monetam: ob quam pretia rerum in immensum ascenderunt, atque cum Vicinis Dominiis commercia sunt sepulta. Cui malo crescenti occurrendum censet Rex adaequatis et convenientibus mediis, quatenus indemnitati publicae provideant Status, Commissariosque deputent ad reparationem eiusdem Monetae, certamque abolitionem instituendam.

10mo Quoniam Civitas Gedanensis abhorrens Suecicam hostilitatem, permansit constanter fidelis Reipub. Polonae, comparens magnis impensis, ad reprimendas inimicitias, iustam satisfactionem assecuratam summam postulat, ut Reipub. fides eliberari queat.

Reliqua puncta necessaria Status Reipub. committit Consultationi Sin-
ceritatem

veritatem Vranum, Rex Serenissimus, committens aeque Vitam suam et Caput Coronatum Fidei ac Amori DD. Vranum: omnibus adlaborantes viribus ut concreditum sibi a Deo regimen, non tantum salutaribus consiliis, sed insuper Sanguinis ac Vitae discrimine, firmum paratum in Regnum conservet, ad augendam Nominis Christiani gloriam ac defensionem.

Accesserat igitur Ordo Equestris, per Conventus particulares institutos, ad punctorum intimatorum per Legatos Regios trutinationem debitamque Consiliorum institutionem. Ast in locis nonnullis, per malevolos Nobilitas non sibi cohaerebat, sessionesque suas rumpebat. Qui morbus invaserat Palatinatum Sendomiriensem non habentem exemplum ruptionem Consiliorum praesertim circa ardua negotia Reipub. stabilienda. Jamque occultus mos invaluit dividendae Nobilitatis ac per consequens in foedas factiones detrudendae, cum ruina evidenti domesticae tranquillitatis. Quamquam per istos Congressus publicos praeruptos ac impeditos: formae inaniter amittuntur, quae satius forent conservandae, ad infesperatas procellas Regni evitandas, angustasque res domesticas resarciendas.

Inaudiens Rex factionibus esse laborantem in Conventibus aliquos dissolutis, malevolorum adscribebat idipsum ingenio: quorum consilia arcana ad Nobilitatis comparandam diffidentiam dirigebantur. Ast successu rerum suarum Divino regimini tradens, lectiones ab Austria inaudivit rumores, De Connubio certificato et conditionibus debitis firmiter roborato. Cuius Actus relationem fecit Legatus Plenipotentiarius Romus Ostrowski Procancellarius Regni.

Verum prodigia in Caelis apparentia multos in admirationem traxerant Spectatores: diebus Januarii ante et post Festum Epiphaniarum observata. Sandomiriae enim aeque Premisliis orientem solem successit Fulcio Crucis notabilis fulgida purpureo Colore repraesentata, sub cuius extremitate inferiore, adhaerebat Luna, Crescentis figuram exhibens. Varsaviae Tres Soles visi in eadem Plaga Orientali. Cracoviae Pyramides ignitae seu Columnae quatuor observatae flammantes, supra Collem Crac in aëre situatae. De quibus iudicium in Scripto Jeovsius continebitur, quod non infaustum futurum Regi ac Reipub. sperandum. Prodigia.

Ad initium Mensis Februarii Palatinatus Sendomiriensis, expostulavit a Rege dari facultatem Comitia Particularia tractandi, quandoquidem Mense superiore per factiosos rupta ac soluta essent. Subscriptum postulatum a Rege Literisque Universalibus traditis celebrandi Conventus Opatoviae pro die 24. Februarii. Persimilis facultas concessa aliis Palatinatibus ad reparandam amissi temporis iacturam. Februarius.

Absolutis negotiis publicis Rex Varsaviae magna sollicitudine Connubii
futuri cum Austriaca, apparamenta praeparari curavit. Cum aulico itaq
Comitatu movit Czestochoviam praemissis Literis ad Archiepiscopum Gne-
snensem, primoresq Regni Proceres, invitans eos ad Actus Connubialis fe-
stivitatem celebrandam. Sed illi qui Austriaco Connubio inimici erant ob-
jecerant temporis brumalis incommoditatem, Loci Claromontani angustias.
festinationem eo in passu vituperabilem. quod Rex potiores partes
Dominii thoro Connubiali non autem bellicis exercitiis dedicaret. Alii
sanitatis convulsae causas adstruebant, tegentes livorem internum.

Die 6. Appulit itaq Rex Czestochoviam, subitaneq reparationem mansionum
fieri curavit non tantum ad Hospites externos collocandos; sed etiam ad
Sponsaliorum celebritatem magnifico apparatu obeundam; ad quas
aulaea pretiosae texturae adhibita: vini aromatum, ferarum, piscium,
eduliorumq Genuensium magna copia advecta; promptuaria repleta
omni genere commoditatis declaranda futuris Hospitibus. Itine eti-
am elongatae villae hospitibus videbantur commodissimae, tam propter
nimium abundantiam; ob quas Cracovia Varsavia, Petricovia diver-
sa opulenta potulenta deferebantur ad Claromontanos viros: quam
propter intensi frigoris tolerandas injurias, quum sub dio impossibilis e-
rat hominum equorumq subsistentia.

Die 16. Sperabatur itaq Hospitum Austriacorum adventus pro Dnica Quin-
quagesima, pro eoq tempore universus apparatus perfectus fuit. Ast
copia nivium transitum difficilem Curribus ac Carpentis Germanicis
praestiterat celeritatiq tardum gressum opposuit: ob quem accele-
randum praemiserat Rex ad Montes Tarnovenses nuncupatos, Can-
cellarium Regni Parium tum Succamerarium Regni Denosium, aliosq
praecipuos Curiae suae Aulicos commodioris transitus procurandi gra-
tia, atq hospitalitatis juribus deserviendi circa ipsos Regni limites.
Quo in loco respirantem Aulam Imperatricis opperientes praemissi Pro-
ceres Poloniae ac Lithuaniae magnificae humanitatis indicia testabantur
urgebantq progressum continuari etiam nimium anxiose, atq ponti-
um ac viarum suspectarum reparatione.
Praemissae etiam Cohortes militares ad assistentiam exhibendam mun-
do vestitu ac armis instructae; quas Germanicae Matronae ac Virgines
cum stupore demirabantur arcendaeq hyemis laminis ferreis tum lori-
cis, Methodum Sarmaticam esse arbitrabantur.

Die 25. Promulgata tandem approximatione Hospitum tendentium deliberavit
Rex de progressu suo obvio, quem die 26. Hora 9. apparari mandavit.
Digressus itaq extra Milliare unum, magno Equitum comitatu stipatus
Die 26. Senatorumq frequenti assistentia succinctus Rex Cohortes equitatus
atq peditatus praecedere jussit, ad Circulos spatiosos efficiendos gra-
tia nimium comprimendarum, cursu equorum, et gressu numeroso peditum
idq

ad commodiorem eventum salutationis declaranda. Approximatis
igitur Hospitibus, patuit commoditas mutuae salutationis, ad quam
procurrens equitans Rex ad dextram partem constitit, et aperto capite
inclinato corpore Imperatricem salutavit. Mox revertens ad sinistram
partem, Sponsam advectam debita veneratione prosecutus est: adhibitis
ceremoniis ad Aulicos Imperatricis consalutandos. Perfecto Actu salutatorio
Cohortes de more armatim salve exhibuere cum tubis, variisque concentu
militari. Relictis itaque Equitibus, ac cohortibus pedibus Rex compendiose
praecucurrit, ad Montem Clarum, praestolaturus ingressum Hospitum: qui
ob lentum gressum, vespere incumbente Fortalitii Czestochoviani radi-
ces attigerant. Ad quas tormenta haerentia, sonitu vehementi explosa
fuerunt. Rex inter lumina apparata facesque densas radiantes cum
populo numeroso, ad Carpentum Imperatricis promovit gressum, de quo
levatam Imperatricem introduxit ad valvas Ecclesiae, Nuncio Apo-
stolico Sponsam Regiam deducente una cum Vladislaviensi Episcopo.
Sororem Sponsae Castellano-Cracov. alleuante: directoque gressu ad Sa-
cellum Virginis Beatissimae, devotionis expediendae ergo: ad Cameras
et Cubicula apparata facta est reductio: designatis habitationibus Pri-
moribus Germanis, Comitibusque Montecuculli et Valenstein, aliisque Offi-
cialibus Aulae Imperatricis. Mox ad Coenam invitati universi Hospites, ma-
gnifico sumptu apparatam.

In Crastino triumphatum vehementius Actu Sponsaliorum deducto ad ho- Die 27.
ram Meridiei debitam; ubi sacro votivo praemisso per Nuncium Aposto-
licum assistentibus Episcopis Cracoviensi Duce, Vladislav. Olsowio Cul-
mensi, Regni Procancellario, benedictum est Matrimonium in Sacello Vir-
ginis Beatissimae, usque ad horam 2dam pomeridianam protractum. Mox
Imperatrix Sponsis utrisque impertita benedictionem: post quam peractam
regressi Hospites ac Senatores ad propria reclinatoria. Brevi inter-
jecta mora, ad Nuptiale Convivium progressum est; in quo magnificus
splendor ac apparatus enituit, totum apparatum impediente maxima tur-
ba hominum indulgenter introductorum. Cum edulis dispensaverat Nun-
cius Apostolicus ob Hospitum populosam catervam, tam in Carnibus, quam
in lacticiniis. Laete insumptae sunt horae usque ad mediam noctem. Mar-
ti Panes, ut vulgo dicuntur, de Aromatibus ac Saccaro artificiose appa-
rati proceritatem cubitorum quinque excedentes, indulgentia Polonorum of-
ficialium, contriti et eversi cesserunt ad gentis insolentis ingluviem.
Qui tamen magnis impensis fabrefacti inter Hospitum manus traden-
di erant potius quam inter nebulonum prodigas volas, destinandi.
Ita fit communiter circa epulas Polonorum, Conviviorum Directoribus dis-
simulantibus, ad quas tumultuans turba progreditur, absurdos er-
rores causatura. Quod gentibus in aliis causam non permittitur.

Saltatum est de more Choreis. Sed circa turbâ importunantium Servitorum ac famulorum: quæ Musicam concentum magnopere impediebat. Poculis satis generosi Vini certatum; in Sanitatem Regiæ Sponsæ, boantibus tormentis pyriis interpositis, in Sanitatem Imperatoris totiusque Domus Austriacæ. Vix quieti antelucanæ consecratis horis.

Die 28. Iteratum productum Convivium in piscibus ac lacticiniis ob diem ferialem sextam. Pari magnificentiâ tempus absumptum; extra publicum consessum tumultuarium, Rege cenante cum Sponsa ac Imperatrice, atque Archiducissâ: Gynæceo tam Polono quam Germano epulas subministrante. Hospites autem ad eandem Stubam largissimam invitati defecerant; plurimis Polonis subtrahentibus præsentiam, ob hesternam inquietudinem. Imperatrici, ac Sponsæ Regiæ assistebant Matronæ Polonæ, famulantes circa ea, quæ opportuna vocationi suæ videbantur. Choreæ ea die non sunt additæ; sed tempus conversum ad Lusus pyrios, qui de Curru Triumphali extra Mœnia fortalitii prorumpebant sursum magna cum voluptate Hospitum spectantium. Quatuor horis integris coruscabat aëris prima regio fulminibus lusoriis, existimabantur ab ignaris spectatoribus è longinquo rem demirantibus, prodiisse gregatim ex secunda aëris regione. Ipsi Currui Triumphali, qui vastissimus erat 40 Cubitorum longitudinem; 15. Cubitorum latitudinem; octo Cubitorum altitudinem retinens, insignia Austriaca ac Regia immersa erant; è quibus flammæ vehementissimæ egrediebantur nullum efficientes in spectatoribus periculum. Tota nox clangore tubarum ac tympanorum insomnis effecta.

Martius.

Die 1. Erat animus producendæ Hospitalitatis, nisi discessus Imperatricis impedivisset processum. Idcirco muneribus ac donariis certatum per Regem, personisque Imperatricis, Archiducissæ, aliisque præcipuis Virginibus ac Matronis singularia oblata sunt honoraria. Equi quoque exornati ornatu pretioso distributi erant inter Primarios Comites itineris. In discessu visitaverat Imperatrix Imaginem Deiparæ Virginis, cui specialia donaria reliquit de Crystallo minerali, largo auro obducta ad perpetuum Virginis impetrandum auxilium. His oblatis, movit de Monte Claro; quam Rex cum Regina ad medium milliare reduxit, valedictione ab utrinque institutâ non sine lachrymis. Regressus Rex, ob instans tempus Comitiorum Generalium accelerabat gressum. deductaque Regina ad residentiam Crusinensem, Varsaviam perrexit. Reginæ lentum progressum, persuadens rigorem hybernum, ad quem perferendum stationes commodæ providebantur usque Varsaviam.

Die 2. Relicto Comitatu equitum ac Aulicorum, propter assistentiam Reginalem graviorem, assumptis levioribus comitibus itineris, adiit Varsaviam Rex die 5. Martii: iamque frequentem numerum Nunciorum congregatorum conspexit, non sine itineris accelerati fastidio.

Ad intra

Ad initia igitur Comitiorum Gratium iteratò est descensum. Electo in Dire-
ctorem Ordinis Equestris de Gente Lithuana Kierdeiw sine animorum divi- Die 7.
sione, praevia invocatione Spiritus Sancti, in Ecclesia Collegiata S. Jo-
annis. Jamque Ordo Equestris paratus erat de more ad Regis salutationem ac-
cedere, ast iste actus protractus ad Adventum Reginae; ad cuius ingressum
Varsaviensis Civitas erexerat Portas ac Arcus triumphales, cum Elogiis Regi- Die 9.
nalibus, sat magnifice fabricatas. Residentes itaque Senatores ac Officia-
les una cum Nunciorum Terrestrium frequenti ac splendido Comitatu ob-
viam processerant ad Campos Wolenses, Reginam introducturi, cuius ad-
ventum Rex in Aula Regia praestolabatur cum Aulicis suis. Circa ingres-
sum Musica Militaris tam Equitum quam Peditum adhibita; quam explosio
tormentorum vehemens impediebat, producta usque ad Vesperam, quo tem-
pore ad Coenam novi hospites invitati prodierant.
In Crastino Ordinis Equestris Marschalcus cum omnibus Nunciis (de quibus Die 10.
plurimi desiderabantur ob viarum praetensam incommoditatem; quae ad-
huc gradum non habebant nimium resolutionem) salutatum Regem venit
cuius salutationis particeps Regina fuit, ceremonias spectans de
Odeo in eadem stuba antiquitus constructo.
Marschalcus adhibuerat sermonem de temporibus subiectis felicitati infeli-
citati: Felicitatem deduxit in Designatione à Deo, in Electione à populis
in Coronatione fauste perfecta Regia persona. Infelicitatem adscripsit
Solutioni Comitiorum praeteritorum, pessimo exemplo factae ac permissae.
Quare spe bona freti Ordines congregati sunt ad parendum Manda-
tis Regiis, quae publici boni firmandi gratiâ praemissa erant ad Palati-
natus utriusque Gentis per Literas Universales ex Cancell. Regni emanatas.
Promisit Ordinem Equestrem curaturum ut vulneribus patriae inflictis per
soluta Comitia debita adhibeant Curationis remedia; eaque quae spectant
ad Reipub. commodam securitatem, legibus constituant firmatiorem. De
reliquo petiit ad manus uncto sacro chrysmate admitti Ordinem con-
suetam exosculationem. Absoluto sermone Marschalci, Regni Procan-
cellarius respondit Regio nomine: Gratum esse adventum Ordinum, pleno
affectu Regem acceptare institutam salutationem, et admittere ad suae
dexterae osculum universos.
Praeliminaria deinde post salutationem sunt promulgata: Puncta vi- Die XI.
delicet Instructionis superius inserta ad deliberandum Ordinibus pro-
ducta; super quibus Sessionum Felicitatem comprecatus est Procancella-
rius. Quare Ordo Equestris ad limina Consultationum descendit iamque il-
la puncta sigillatim enarrata, decisioni indilate submittenda decre-
vit. Super quibus altercationes atque pugnae rationum intercedebant
ingeniorum morem conversandi ad invicem adhaerentes.
Rex interea Causas notas post Curiam, indicandas assumpsit, quas ite-
ratus apparatus Convivii, planeque Nuptialis impediebat. Etenim pro Do-

minica Laetare Repotiales Epulae Connubii sunt renouatae, pariter Nuncio
Die 16. Apostolico super casibus dispensante quoad aetatem durationem, et quoad
Germanicae Gentis Hospites. Attamen Poloni auerso animo erant à talibus ci-
bis. Progressum et ad Choreas; quibus terminatis ignitis lusoriis fulminibus
continuata celebritas inanis. Jeiunia enim fracta, frequenter tristes sor-
tiuntur exitus.
Reliqui dies Quadragesimales Comitiis peragendis destinat; in quibus pre-
dominium habuere discordiae ac dissensiones à quibus descensum inter Nunci-
os ad vulnera enormia in personâ Pekoslawii et aliorum. Tali euentu lae-
sus ordo Equester, sessiones intermittebat frequenter, sequitur tempus pro-
tractum vsque ad Festa imminentia Paschalia.
Jamque pro Exulibus consistentiae assignabantur; sed quia videbantur quibus-
Die 24. dam Contradictoribus angustae, Protestantium denuò reuixerat contuma-
cia, ob quam ad agorem Consilia flecti esperavant. Et licet conjunctio No-
bilitatis cum Ordine Senatorio effectura erat Consiliorum vniorem: tamen à
maleuolis fortes artes sunt adinuentae, rumpendorum Comitiorum.
Die 26. Pariter Gens Lithuanica vrgebat Consistentias designari pro Exulibus per
Moschicam potentiam, è propriis Sedibus dimotis. Ad quam designationem
deputati Commissarii ex Gente Vtraque, inclinauerunt Regem cum Ordinibus, vt
Crosnensis Capitaneatus, cum Bonis Regalibus Zali ac Pollanae, aliisque
particularibus, tradantur Exulibus Russiis; iam verò Lithuanis dentur
Kuty et Huciany in consolationem tamdiu donec alienata bona queant re-
cuperari. Ad cuius Consistentiae adeundam intromissionem, Diplomate Re-
gio Exules suffulti etiam à Statione Militum exempti, vsusfructus omnes
inter se diuisuri sunt: iustitiae prospectu ac aequalitatis habito. Ast praedicti
Exules maiora ac ampliora bona designanda requirebant, angustias ac
desolationem assignatorum incusantes.
Die 28. Adiunxerant Proceres M. D. Lithuan. postulata publica, publico Consilio fa-
cilitanda atque concludenda. Videlicet Militi Lithuan. retenta Stipendia, vnde
sint persoluenda. Auctio Exercitus in casum hostilitatum renouandarum.
Modus Artileriae tenendae ac prouidendae in M. D. Lithuaniae, ad exemplum
Artileriae Regni. Reparatio Fortalitiorum Vilnae Polociae Vitebsci, Di-
naburgi ac Brestiae. Eliberatio Oeconomiae Szawlensis à Successoribus
Palatini Vilnensis. Restitutio expensarum factarum per Supremum Du-
cem Exercitus Lithuaniae. Refusio debiti Thesaurario M. D. Lithuaniae.
In quorum punctorum ventilatione multi dies ac noctes erant consumpti.
NB. Inter haec vrgebant Kosaci palliatis precibus Commissarios designari ad pa-
cificandos animos, rigore Pactorum aliquoties attentatorum non tamen ad
effectum deductorum. Quare ex Senatu designati erant ad Commissoriis
actum peragendum. Dux Visniou. Dimitrius Palat. Belz. Dux Campestris
Exercitus. Item Bieniewski Palatinus Czernich. et Zubowicz Castella-

nus No-

-nus Wolynii. Requisitus in eo negotio designandorum Commissario-
rum Ordo Equestris, ut e sui gremio addant deputandos ad eam functi-
onem: quatuor ex Polonis, quatuor ex Lithuanis. Inter actum designa-
tionis nominatus erat Olizar; cui contradixit publice Czerstensis Ve-
xillifer, instans, ut alia persona nominetur, cum ob rupta Comitia prae-
terita incapax reputandus sit Olizar, ad talem Actum peragendum. Re-
tundere instantem, libera voce sua expetiit Olizar, quod cum esset eidem
denegatum ob clamores exortos Nuntii vicinius obstiterunt oppressione
liberae vocis incusarunt; iamque tempore sessionem parati erant, nisi Ca-
pitaneus Braclaviensis tumultum sedavisset, excusando factum Olizari
in ruptis Comitiis; adiiciens adesse multas flammas, qui opprimere at-
tentaverit Liberam vocem Olizari. Maiore tumultu subterruto, ventila-
tio [illegible] nocturnis umbris erat soluta.
Recollectis animis Glusczynski Tribunus Smolensis, urgebat decidi Consi-
stentias pro Exulibus Gentis utriusque incessans privatas dissensiones re-
tardantes publici boni augendi remedia pernecessaria. Acceptata instan-
tia concorditer, terminansque negotium pro Exulibus cupiebant, desi-
gnatis bonis capacibus ac proportionatis pro qualitate ac numero
personarum. Statim a quibusdam, Ergo dimidium Regni dimidium Li-
thuaniae erit assignandum; bene mendi autem Cives ac Milites expectabunt
assas columbas e caelo casuras.
Post querelas depositas contra Senatores, quod multi absentiam sui fa-
ctis spinibus causaverint: tanquam non pertinentes ad idem Corpus
Reipub. At non defuerunt eorum Patroni qui obiecerunt valetudinem af-
flictam multorum procellosi aëris intemperiem. Ideo Ordo Equester
Literis invitandos decreverat, nisi agonem Comitiorum effecisset
Zubokrzycki Dapifer Braclaviensis, qui cum Protestatione a Consortio
Ordinis Equestris recessit. Requisitus homo per diversoria! disparuit
ille, negotiaque multa iam decisa infecta sunt relicta.
Succeßit tristis omnium Consiliorum facies Coniurationisque aperte con-
tra Regem prosperant factiones, quas Conspiratores quondam [illegible]
[illegible], sine scrupulo perniciosum admittendorum, revolutionisque
fatalis in Regno subsecuturo timore prospecto, divulgandas censuerunt.
Itaque sub tempus Christianae Compunctionis ad altaria Ecclesiastica
sparsa erant scripta, Rempub. ac Regem concernentia; ut tempestive
provideretur Coniurationi clandestinae, Regnum totum perturbaturae.
Huius Scripti talis erat Sensus.
Agnoscens quanta beneficia debeam Deo, Reipub. ac Principi, metuensque
ne insperatus occupet Patriam interitus singulari Conscientiae stimulo
vexatus compellor ac adigor Deum vindicem prae oculis habens, detegere
periculum; quod malevoli et obstinati Filii Matri suae benefici, arcanis

1670
Comitia rupta a Zabokrzycki.
NB.

Aprilis.

NB.

fraudibus tectum nuper præparandum decreverunt. Vereor ne in eun-
dem laqueum imprudentes incidant, in quem ego incidi infelix, eo quod
ad confusionem ac perditionem Patriæ dolose pertractus nomen meum ap-
posuerim. Ast correctum esse cupio errorem meum, Deoq; ac omnibus di-
vulgatum, quem detestor ac penitus abiicio, ne innocentes insidiis alie-
nis involuti occultissimam subeant ruinam. Complices istius Coniuratio-
nis ac fautores præmoneo per viscera Christi, ut meum exemplum sequan-
tur, penitusq; formidolosam abiiciant conspirationem. Principi verò cum
Consiliariis fidis interest tempestiuis consiliis prævenire mala impenden-
tia, quæ malitiosa pectora secretissime instruxerunt.
Protestor itaq; coram Deo non vindictæ causâ talia me detegere, quia
iniurias nullas mihi factas à quoquam agnosco; sed præcustoditionis ergò
ea me divulgare, quorum sum conscius.
Venerat Cracoviam sub tempus Coronationis quidam Gallus Conte de Lion
nominatus, sub prætextu Regis Galliarum Legati, procuraturus litteras
Intercessionales ad Romanam Curiam, pro Cardinalatu adeundo in perso-
nam cuiusdam, qui manens ad Curiam olim Reginalem, ingenia Polono-
rum multorum penetraverat. Is Legatus prætensus Proceres visitabat
sæpius, in quorum pectoribus viresc ebat factio Gallicana, insinuans dul-
citer Principis moderni degradationem, offerens Principis Gallicis as-
sumptionem. Tale negotium cum esset magni momenti, indigens tacitissimo
velamine, inter personas singulares ventilabatur: tempore — — —
— — — — — — — — —
Per quas conscriptum vinculum, et iuramento firmatum, in Gallias trans-
missum, et rescriptis è Galliis portatum traditum ad manus — —
— — — — expedito igitur Gallo, noverunt Cracoviæ, relicta directi-
one vinculi — — — correspondentiaq; à Galliis — — — — numorumq;
Gedani receptionem circa personas — — — — Quia verò ad eum
effectum vinculi ac Operis efficiendi, non sufficiebat numerus istarum
tantum personarum, absq; auxilio aliarum assumendarum, ad tam crudam
materiam perficiendam in casum incerta spei tali innixi sunt invento.
Conscripserunt aliud vinculum gallico modo, idq; sub titulo Defendendæ Li-
bertatis, quam passuram iacturam deducebant ex Connubiali Regio nexu cum
Austriaca Domo inito, circa quod obstrinxerunt se Fide, Conscientia, et Ho-
nore tenendi unionem firmam, quasi in promovendo bono publico; non reddendi
à quacunq; scripti in manibus — — — relicti. De quo scripto asseverare
bant nihil in eo contineri, præter Defensionem Libertatis et integritatis Reipub.
Eiusmodi informatione illaqueati subscripserunt præfatum vinculum, alii
Tarnoviæ, sub tempus Hybernorum. alii Kolbusoviæ: Alii Leopoli
sub tempus Consilii Militaris: reliqui diversis in locis, quos incitatores
poterant pertrahere; ubi ego quoq; in eam scenam pertractus sum, commu-
nicatione actione innatâ arcana conspirationis. Tandem in eodem Con-
clavi

Auctor huius operis fuit in conspiratione contra Regem.

clavi penultimo, sucurri iis, qui coram aliis velabatur, consuevimus reve-
landum. Advertens itaq[ue] ego iam ordinatas et adaptatas celatas ma-
chinationes, ad inevitabilem ruinam Reipub. conscientia motus duxi pu-
blicandas technas ac scintillas, quarum extinctio difficilis esset, si Reipub.
non essent manifestatae. Conspirarunt igitur hi viri in fortem Regis detru-
sionem ac Reipub. in pericula gravia conjectionem: in locum Principis detru-
di inducturi non Condaeum uti apud Polonos invisum, sed Ducem de Lon-
gavil; atq[ue] Comitem de [illegible], Sororinum Condaei; qui circa tempus Paschale
delatus est sub incognito nomine Hamburgi, et post Gedano approxima-
turus graminis veris spe invitatur, ut sub viridi herba avida offa late-
at tantisper, donec à Conspiratoribus metam designatam habeat, curren-
di velociter, ad res paratas. Vulgusq[ue] armis largiter in partes illorum
pertrahetur. Gressus velocior Principis novi rerum belli confirmabitur, ad
quem recipiendum, pariendum, defendendum, non ignavi homines designati.
Interim Comitia, quasi publici boni gratia, prolonganda decreverunt, tanti-
per donec commodè omnia apparentur ad inducendam armatam manum:
idq[ue] eo prospectu ne Rex et Palatinatus habeant commoditatem struenda-
rum insidiarum removendarum. Quare tunc soluta sunt Comitia, dum
omnia ad internam seditionem, et impiam intentionem paratissima vide-
bantur. Ad eam conspirationem non postrema pars Nobilitatis ac Mili-
tis progressura est, ad nutum Principalium belli domestici authorum.
Cracoviae occupatio nullam resistentiam habebit, cum sint futura mili-
taria subsidia numerosa iam à Gallis procurata. A parte Russiae in-
vasio Scythica terrebit populum. Brandeburg secundationem adpro-
misit uti caeteris [illegible] eventum rerum spectaturus. Ducis Neoburgici
Filia eidem Principi ad Connubium destinata circumfertur, ut talibus com-
mentis furore bellico Respub. permisceatur. Fideliter ea revelo, quae
mihi sunt communicata: eosq[ue] per amorem patriae obtestabor, qui maio-
res insidias revelatas habent ut exemplo meo detegant periculum.
Quod si haec promulgatio mea vacillabit in veritate, ob complicum tradu-
ctionem mihi diminicionem; provideat mihi Respub. securitatem legis et
quidem firmissimâ, in vita, honore et fortunis ego verò detegam Conju-
rationem, non suppressis nominibus, quibus nunc parcere volui. Ut ve-
ro detectionis resiliant à tam impio scelere. Quae singula iuramento
publico firmabo. Sed in ordine Equestri subsistentes Complices — —
— — non permittent ista propalari, quorum ad eum effectum parati sunt
rumpere Comitia. Quibus rupti graviores personae valetudinariae ad Ther-
mas descendent, alii in Italiam alii Gedanum: ut locum tutiorem. Post
cum variis agnatis, verum tempus inquietabunt: sed horum parvo nu-
mine. Utinam Deus permutet eorum corda ac mentes, ne Patriam in-
volvant periculis, ipsi eadem non evasuri. Quod si impios conatus per-
ducere conitentur ad effectum Conspirationis suae; iam in Regestro pu-
blico descriptos, Regi ac Reipub. toti offeram zelo Patriae ab insidiis ve-

Autoris probitas facti

Longuevillus Gallus Regno destinatus a factiosis

dicanda, Diuulgato in multis locis eiusmodi scripto perturbatio anim-
orum subsecuta ad Comitia terminanda. totaq Regia Aula stupebat super
nouitate factionum collimantium ad Regem deturbandum praesertim ab
illis qui palliabant sinceram erga Regem fidelitatem, publicaeq tranquillitatis re-
putabantur promotores.
Quare Rex aduentante Feria sacra Caenae Domini, more Parentum, ac Domus
Austriacae, induxit animum ad Pauperes colligendos eosq epulis regalibus
Die 3. Apr. tractandos, cum humili lotione pedum eorundem adhibita. Particeps est hoc
pium Chr. Dni exemplum, cum Regina Rex certans. ille duodecim Viros. haec
totidem Mulieres tractans, ac obsequia demissa exercens: adhibitis Presby-
teris exhortationum sacrarum causa. Quo obsequio tractationis peracto.
singulis personis nummi aurei sunt donati, inhiciis precum Deo offerenda.
rum pro statu salvi impetrando utriq Principi.
Jam vero instantem Diem Parasceves, consecraverat Rex visitandis Dnicis
Sepulchris, quae incognitus assumptis comitibus indutus sacco paenitentiali
magna cum modestia ac deuotione obibat, intra et extra Ciuitatem ap-
parata Sepulchra.
Eandem adhibuit deuotionem Regina assumptis Matronis praecipuis, in
quarum comitatu pedes Ecclesias duodecim visitauerat, distributione larga
Eleemosynae, inter pauperes erogata.
Ob talia exempla pia exhibita, populus congregabatur utriq Principi
protectionem a Deo opt. Max. contra structas insidias maleuolorum
iam euulgatas.
Cautius itaq succedens tempus per Regis stipatores ac Ministros ob-
seruatum; ne aliquid innocentes animas diuexare posset, per diuersas
instructiones insidiatorum: quum etiam a sicariis ingruisset iam ap-
precatur, timendum esse Regi, fidi amici praemonuissent.
Accesserat etiam tumultuantis plebis Montanae rebellio, contra Dominos
Die 16. ac Tenutarios grauantes multis angustiis eandem: quae exoccultura
erat oppressionem armis assumptis contra Dominos nisi Cohortibus sub-
missis equitum, agmina illa rusticorum fuissent dissipata, ad quae coer-
cenda expeditatus Regius Varsauia motus accesserat. Jnciterat metum
iste tumultus plebis, etiam habitatoribus Craouiae maxime autem Ju-
daeorum oppido. ad quod conuolaturam plebem illam insperatissime con-
cludebatur maxime ob Scholarium Cracouiensium vexationem, eo tem-
pore saepius attentatam. Vulgus enim aiebat Montanos rusticos inua-
suros Judaeos propediem iunctis viribus cum Scholaribus. Ast Directorum
prudentia illa opinio deferbuit. Addebant alii plebem Montanam in-
uitatam esse a Conspiratoribus contra Regem; eamq occupationi Urbis
destinatam fuisse. Caeterum grauamina ista manifesta erant, imposi-
ta per Tenutarios contra usum antiquum; praesertim in Capitaneatu Lan-
choronensi, Nouotargensi, Dobczycensi et Myslenicensi, aliisq vicinis
Tenutis, quas auari homines possederant, eisdemq Famulos ac Vil-
licos

ticos implacabiles proferrant.
Remedia Ruptionem Comitiorum varia per Proceres insinuabantur: at
Rex ad pacificandam Rempub. puncta proponi mandaverat, expostulans
ut Ordo Equester Deputatos addat praesentibus Senatoribus, ad providenda pe-
ricula tam interna quam externa: nec non removenda etiam avitatis consilia.
Ad horum eventum Maior Polonia atque Minor, Mag. quoque Duc. Lithuaniae sessi-
ones diversas peragebant, de Integritate ac Securitate Reipub. modos ad-
inveniendo. Sed circa talia languide progressum est, à multis, Scriptique pro-
mulgati tenor, de Conspiratione contra Regem multos exagitabat, in quo
falsissima contenta fuisse plerique inculcabant planeque impossibilia.
Interea Cives Camenecenses Supplicabant Regi ac Reipub: ut privilegium Die 21.
datum Judaeis Camenecensibus revocaretur, uti praejudiciosum ac formi-
dolosum Civitati illi, quae fidelissimos ac iuratos incolas requirit, ne ali-
quo proditionis colore hostium imperio traderetur. Pariter Supplicabant,
ut ab oneribus Militaribus, maxime Stationis Hybernis liberarentur; promit-
tentes moeniorum Civitatis indilatam reparationem; et praesidii Civici
iustam collectionem, cum onere alimoniis eidem providendis. Verum Suppli-
catio haec dilata, ad consensum totius Reipub.
Inducti post Legati tam Kosacici, quam Scythici. Scythae Stipendia
debita atque Tributum dari sibi requirebant: sed donaria pro pellibus con-
cessa illis deducebant; si obsequia sua militaria pro Respub. declaraverint. Die 22.
non autem Tributum, aut Stipendium. Alias hostilitatem si non abiter-
unt: nullam spem pellium aut donationum habituros ipsos conclusum.
Destinatur itaque Legatus ad Chanum eorum, confirmandae fraternitatis
causa, qua declarata, successura donaria ad promissa illatum.
Porro Kosaci urgebant Commissionem peragi, primis diebus Junii; ad
quam iam destinati erant Commissarii. Ast requirebant Supplicatio- Die 23.
nes allatas faciliari ac expediri; ne perturbetur Respub. rumoribus malitio-
se sparsis de infidelitate eorum: et de assumpta Turcica protectione.
His bona verba erant data: ad Commissionemque omnia negotia remissa sunt,
Ostrogiae peragendam. Requisitis Kosacis ut Commissarios praecedentes ad
colloquendum ac concludendum submittant.
Requisivit insuper Senatum: ut deliberetur de remediis Comitiorum itera-
to celebrandorum; quandoquidem et Moschicus Legatus sperabatur in dies
et Legati Angliae Daniaeque necdum Legationem suam absolverant: multaque
sunt relicta, ad perficiendum maximum Consilium, quod imperfectum est
relictum propter malevolam Comitiorum solutionem.
Conclusum itaque per Senatores, ac Deputatos ab Ordine Equestri, ut Rex
Literas Universales ad Palatinatus extradat, ad Conventus Particulares, cele-
brandos Comitiorumque Generalium tempus exprimat, ad amovendas malevo-
lorum machinationes; et ad inquirendum quae causae sint genuinae, Vi-

orum publicorum Comitiorum rumpentes; tum de Securitate Publica pa-
triæ, per Pacta renouanda cum Principibus Vicinis confirmanda.
Die 28. Assensum præbuit Rex istis omnibus, Cancellariisq; Regni imposuit necessita-
tem, Literam Vniuersalem scribendam ac transmittendam ad Palatinatus.
Maius. Post illud scriptum circa Festa Paschalia publicatum, ad præcustodiendam
Rempub. simulq; Regem præmonendum, qualibus periculis initia eius Regnan-
di fuerint subiecta; prodiit aliud scriptum contra optimates Maleuo-
NB. los, qui de crebris Interregnis aut domesticis bellis, impia lucra quæri-
tare assueuerunt. Quod scriptum inseritur, vti prudenter tractatum.

APOSTROPHE

Ad Optimates Maleuolos diuersas machinationes struentes contra Regem Conradum, ac Nobilitatem.

Opera pretium est in tanto Ambitionis ac præsumptionis feruore, præ-
claram Gentem Polonam ac Lithuanam tempestiuè animaduertere,
quam grauis et atrox quorundam Subiectorum audacissime perturbet res
pacatas iam extra ambiguitatem constitutas solo liuore irritatorum, quorum
intentiones cohonestare omittere, doloq; per impudentiam mens inuoluere pal-
liatos non penetrare, prorsus esset impium totiq; Reipub. insidiosum. Ea
namq; Subiecta maleuola, quæ Joanne Casimiro regnante, omnimodam potestati-
am quiduis audendi ac agendi, cum præiudicio Legum sibi arrogabant,
idq; cum diminutione Maiestatis Regiæ, palam ad præsens vingunter falsoq;
ingerunt, Regem modernum elegisse Nobilitatem, cum aperta derogatione
præcipuorum Procerum contempta dignitate Senatoria, idq; non sobriis
suffragiis, sed plane errore Gentili cæco quodam impetu, per quem ab eadem
Nobilitate vti Multitudine inconsiderata, nihil rectè in Principe eligendo est
prouisum, quinimo pertinaciter in rem insperatam ac subitam consensum
impenderetur, dumq; tantis tormentis, à quibusdam Primoribus erat re-
sistendum, eò ascrius in discrimen vocare hæc ipsa Nobilitas decreuerat.
Inde Maleuoli Primores Electionem fecisse dissonam ac discrepantem
conclusenrat, directeq; pugnantem contra politicum ordinem, ac Principes
Sacerdotem. Elegerunt itaq; maleuoli modum ac viam quasi factum
dolosum, dolose retinendi. Electumus Principem ac Coronatum fauore so-
lius Nobilitatis in solio collocatum, iisdem initiis quibus Imperium ade-
ptus esse creditur, sine scrupulo Conscientiæ in regnando perturbandi.
Adinuenerunt itaq; modos Nobilitatis diuidendæ et contra Principem commo-
uendæ, cuius pectora largitionibus, terroribus, humanitatis suasione, dul-
ci, factionibus etiam auellenda ab affectu Principis planeq; annouenda
inito, conscripto, subscripto artissimo vinculo constituerunt. Ea propter Con-
silio clandestino firmato, statutum erat per Maleuolos, vt ante omnia No-
bilitatis Conuentus Palatinales ingeniosis inuentionibus distraherentur
adiectis etiam cauillationibus criminationibus atq; calumniis. Item et im-
pediretur communicatio consiliorum cum Principe ineunda, operâ Nuncio-
rum Terr-

rum Terrestrium, qui noverant è medio ordinis aliquis Nuncios, nec uno
sulco terreo proprio gaudentes, qui tamen de salute et fortunis Civium au-
dacter consultant ac decernunt; per quam viam Conventus eorum, objectis
sensibus discrepantibus, facile distrahuntur ac scinduntur. Item et appreti-
ationi adversariorum non parcatur ad destruendos illos, qui à partibus
Electi contumaciter stare consueverunt. Quoniam verò superioris potesta-
tis Cives, eidem Nobilitatis aptis instrumentis privata bona in manus tra-
dunt, ut exoptatis successibus potentiores efficiantur; expedit ut contra tales
hostilia cum Scythis arma proferamus, et Portam Othomanicam intestinis
sibi continua hostilitate vexat, remittent de potentia sua, ad nostrasq
recurrent partes, sui iam inclinatis. Quia verò Populus seu Nobilitas
durae cervicis habeatur, de facili nequeat inflecti, adhibendi erunt impetus
qui tempore et spatio convalescent, nec permittetur ut patientia nostra abu-
tantur, provolantibus armatis Cohortibus ad Ultiones ac Vindictas, quas
timidiora pectora ob discrimen fortunarum arcere non connitentur, sed ad
vindictam nostram congregabuntur, facturi ea, quae iam à nobis conclusa.

Ast quorsum Consilia vestra vaferrima ô Coniurati collimant? quae opina-
miti Samsonis illius fortitudinem adaequatura aut superatura, quam per
astutiam subrasi capilli subito amiserant. Frustra callidis artibus mutu-
am perditionem adstruitis, quum perversitatem Consiliorum Deus videns
eadem vindicibus poenis gravissimis evertere consuevit. Frustra nitimini
antea[ct]am perfectamq constantissimis votis Principis Electionem labefactare,
aut à pectoribus Nobilitatis amovere, nomenq ipsius et quidem de Maio-
ribus inclytum eradere. Quid deliquit contra vestram arrogantem autho-
ritatem Princeps? quem ad Coronationis solennem actum deduxistis, et qui-
dem Comitatu ad invidiam conflandam praeparato? Ipsi Principi quo prae-
textu fidelitatis Coronam, Sceptrum, Globum Regni, Ensem, sigilla Cla-
ves et cetera officiorum vestrorum insignia praetulistis? et lateri Regio in
Regni Comitiis publice assedistis? Guberniiq Marschalcalibus impertien-
tem plebeculam, à loco Consiliorum amovistis? Quid Nobilitas commise-
rat? quae iunctis manibus ac animis, cum Palatinis Episcopis, Castellanis,
Officialibus, abiectis sclopetis, pharetris, solis succincta de more veteri fra-
meis, etiam famulis sequestratis, convenerat in Principem eligendum Patriotam,
non peregrinum. Solo Deo pectora et linguas movente ac gubernante?
Quid Vobis dolet? an Candidati vestri postpositi? quos Deus nec voluntate
sua prodigiosa approbaverat, nec in corda Nobilitatis immiserat, ubi certissime
Regnorum omnium distributio. Cupimus Vobis esse consultum ô Malevoli ac
invidi, et acceptam iniuriam si quam praetenditis in Deum dirigatis actum
electionis specialissima gratia terminantem. aut à nobis, vobis ignosci petatis.
quod non munera non donativa, non promissa, non evectiones ad officia, prae
oculis habuimus in eligendo Principe: sed fidem iuratam, qua inviolabili ste-
timus concordibus suffragiis in eum, quem tutissima Conscientia absq facti-

onibus duximus eligendum. Noluimus respondere coram Deo de iactura
amissi inaniter temporis; noluimus corruptas voluntates plausu libertatis con-
tegere, noluimus repletas manus muneribus ad salutandum Regem novum por-
rendere orantesq. Confirmationem retinere: qui non Deo, non omnibus, sed Vobis
solis tantum placuisset, si per vestras consiliorum abditorum artes nominatus fuis-
set. Nolite igitur o Malevoli et Deum et Principem contemnere, nolite infamis
molestiis Conventus publicos perturbare, nolite versutiis velatis Nobilitatem con-
fundere, integritatem publicam dividere, rectas conscientias vexare eorq. Scythi-
cis Kosaccis armis terrere: quia nobis idem est Deus, eadem voluntas eademq.
cura Vobiscum pro Confusione Libertatem decertandi. Et quanquam opinamini
summas partes potestatis penes vos esse debitas, tamen scitote non omnia vobis
licere, neq. expedire: ne vos et ipse Deus, et Ordo, et Status e medio nostrum elidat;
Satius Reipub. leges ac per vos vulnerata obvolvite cicatrices, veniam expo-
scite vanam Oligarchiam inanemq. severitatem mittite, poenas truces decerni-
tis in Coniuratos non permittitis, gratias ac favores apud Nobilitatem vobis conci-
liate. minas enim vestras, fraudes, Consilia dolosa Nobilitas penetravit, sagaci-
tate contemnere satagit concludens optima sensa sua habuisse cum Deo coniuncta
in eligendo Michaele Principe. De idolis quaerendis aut colendis Nobilitas nolu-
it cogitare, quod nec vidit, nec cum ipsis est conversata, nec educationis iura in
eis penetravit, nec pietatem, modestiam, sobrietatem humilitatem, affabilitatem, in
oculis suis praesentatam fuisse circumspexit, solo auditu commendationem eorum per
elogia a vobis recensita habens cognitam. Et sincero corde ignotorum idolo-
rum noluit esse cupida Nobilitas vobis in sex gustum ac offam relictura.
Neq. a Nobilitate sola, sed a Dignitariis plurimis, neq. a Dignitariis tantum no-
bilium iunctis, sed a Deo solo facta ac terminata est Principis electio! Ergone
arbitrium Divinum superabitis, ergone Concordiam publicam, ambitione vestra in-
digna scindetis, ac placita ad effectum laudabiliter deducta rumpetis? Satius
fatemini vos fuisse machinationum contemptibilium authores, motores solli-
citatores: Vos induxisse corruptelas asperrimas ad locum Electionis: Vos ar-
rogantia vestra Liberas voces Nobilitatis electorales confudisse ac oppressisse,
quam cum ambitioni vestrae intellexistis contrariam, illico ad angulos vestros
clandestinos confluxistis, in quibus vesperas cantabatis Libertati Polonae in-
tonabatis. Res oculis vestris subiecta erat teste Deo, teste Caelo; non in specubus
aut antris, sed in campis: non deceptoriis aut submissis murmuribus, sed claris
et sonoris vocibus, cum corde recto consentientibus currebatur certatim per Pa-
latinatuum legiones in Nomen Michaelis. Praedestinatum dubio procul ab aeterno
ad Regale solium vocare Voluimus Principem! cuius et Genus et educatio-
nem, et dotes animi ac corporis, et merita Maiorum eius in prospectu habuimus:
qui licet non sit Gigantea statura, Joviali tamen viget robore, aptoq. ingenio
ad omnia Principis officia et Pace et Bello peraganda. Mirantur vicinae ac re-
motae Gentes vos malevolos ac invidos interpretari sinistro sensu Divina con-
silia ac Decreta! A Deo inchoatam et terminatam esse Electionem nemo bo-
norum contravenit! Cur ergo interpretamini livido ore cunctantibusq. volunta-
tibus stetisse Electionem circumforanas! Arbitramini casu an astu, aut [illegible]
assensione fuisse ordinatam! Oculi ac aures vestrae inter nos ac vos iudicent!
manusq. et sarcinas liceat excutere, an porrexerint aut promiserint ullam
vnitam

variam compellationem eligendus Michael. Diminutis stetisse Electionem
fateamini, quam recurrentes terminandam censuit Nobilitas, Vobis consentien-
tibus. Divino Spiritu principali confirmata est ac perfecta, cui minimi ac infi-
mi spiritus terrei religiose subscripserunt. Dignitati Vestrae multum detrahi-
tis, palam spargentes ac protrudentes in vulgus, coactos vos fuisse ad ter-
minandam Electionem, per Ordinem Equestrem seu Nobilitatem libera Electione
Regis a condita Polonia gaudentem? Triduum enim intercesserat delibera-
tionis Vestrae, quam in Curiis ac Palatiis Vestris, non in aperto Campo expedien-
dam esse conclusistis! cui deliberationi quanquam iniustae ac privatae censuit
deferendum Ordo Equestris: vestraque suffragia moras nectentia perrupide fuere
expectata, ut suffragiis in Campo connotatis adderentur ac iungerentur. Post expe-
ditam Vestram deliberationem triduanam, curavistis circumferri per Vestros bucci-
natores inanibus adiectis fabulis, coactos vos fuisse ad sententias mutandas!
ob quas adiectas poenam in seipsos torquere videmini, quod authoritatem Ve-
stram non poteratis opponere, principiis ac rebus iam conclusis; cum nulla
coactio, nulla vis, nullus dolus, nulla fraus intercesserit de eligendo moderno
Principe. An non unicus Circulus Campestris cingebat nos universos, tam Se-
natorium, quam Equestrem Ordinem circulans? nulla distinctio aut separa-
tio intervenit: nisi quod Senatores sub tecto, Nobilitas sub dio sessiones
expedivit? Cum autem felix fervor Kalisiensem, Syradiensem et Rawen-
sem Palatinatum, ad nominandum domesticum Principem excitavit, illico bono
omine et optimo eventu delapsum eius nomen per alios Palatinatus, statimque
Concordia plurimis millibus votorum confirmata stetit, liberis vocibus virorum
Dignitate ac Officiis fulgentium in Republ. quos non sequi, aut non imitari in
Statentis recti, fuisset prorsus impium. Cur ergo aliqui ex Senatu tantum
iuris sibi arrogant, quorum laxiora et ambitiosiora corda sunt, illis solis tribu-
endam fuisse Electionem, ac in proprias manus tradendam! quod periculosissi-
mum erat! obtrectantque exclusum fuisse Ordinem Senatorium ab Electio-
ne planeque laesum ac contemptum in praerogativa electionis? Propriarum Con-
scientiarum examinent voluntates, si eas Nobilitati non adiunxerunt, uti Ordo
Superior expostulabat. Tali obtrectatione, valde ignobile effectum est nomen No-
bilitatis, a qua omnes gradus ac dignitates descendunt, suaque principia tra-
hunt. Poterit quispiam Civis Patriae incorporari Ordini Senatorio per pleni-
tudinem etiam potestatis Regiae nisi prius Genere sit Nobilis, meritis in Republ.
fulgens: quo primo perventionis gradu, more Maiorum, tendebatur ad gra-
dus altiores per tempora immemorabilia. Et tamen Genus Nobile ita probro-
sum aestimant de repente facti Senatores, qui publice proloquuntur, Nobilitatem
ab eligenda sita esse relegandam, nec admittendam ad Regem eligendum.
Unde hic protinus sermo vesanus, arcendae Nobilitatis ab eligendo Rege!
quae gloriatur hoc unico libertatis thesauro! Ex ore eorum profluxit, qui
polluta corda et manus impio conspirio contra Rempub. commaculaverunt.
Sed ea fortuna arcendi Ordinis Equestris, recurrentibus esset toleranda. Uno
enim momento ambitiosi solent cedere possessione dignitatis suae, quam plurima
momenta reparare non possunt: quandoquidem unius horae adversitate
decora fastigia evertuntur. Proinde statuendus modus insolentiae; co-

hibendaque est efferre se in altum arrogantia; ne quanto altius elevati su-
mus, tanto gravius ac foedius corruamus. Non Ordini igitur Senatorio ar-
rogantia praetensa adscribenda est et quidem universo! sed plerisque personis
Sellas Curules occupantibus, qui spiritu peregrino suffulti, in turbido piscari
conabantur contemptis vocibus liberis Nobilitatis, olim nunquam contemptis.
Praesumebant illi soli, velitam sibi electionem Regni conferendi, impositam ne-
cessitatem sequendi Nobilitati, etiam cum praejudicio legum ac libertatis; eo
quod praetextas Nobilitatis excedentes, fastigium Equestre valde infimum
existiment, superioritatemque non tantum in sellis, sed etiam pondus authorita-
tivum in sententiis etiam adscriptam esse autument sibi solis traditam. Ast
graviter in suo sensu errant, cum vox Senatoris una sit aequalis uni Nobi-
li. Non ergo gravior, non ponderosior, nec efficacior, licet a superiore in
loco sit prolata! Quare non Ordinem universum Senatorium vellicare vide-
tur Electio antiacta, non infeliciter terminata; sed aliquot paucos vellicatores
aequis animis expresserit, qui honoribus aucti ultra merita, et supra aequa-
litatem civici, eodem in valore reputari, et intra ordinem paritatis numera-
ri, turpe ac dissonum existimant. Humanus equidem animus insatiabilis
est in prioribus arrogantiam; quod sibi non contentus, quod caeca fortuna largi-
ta est, ad altiora nec nimis concessa, sine fine tendere solet. Verum non
ita largitionis praedaeque et privati commodi dulcedine, sensum maiorem adimi
nobis arbitremini et orbo consilio auxilioque res, sint deventurae ad dispositio-
nem separatam singularium opinionum, et manualem dolosamque contrectationem.
Praeclarus Ordo Senatorius Poloniae ac Lithuaniae fuit semper critique in eo
Regno de quo ordine movendi sunt hi quibus libertas et aequalitas Polona
displicet. Pietas in Deum, observantia in Reges fides: satius tales relegandi
ultra Regni limites ne innocuam auram graviter olenti halitu laedant ac infi-
ciant. Olim Principes Familiarum recti ac aequabiles extiterant, a quibus
sunt haud degeneres hucusque spiritus retinentes, quorum Nepotes bono exem-
plo praeiverunt bono exemplo inquam ac incorrupto in puncto Electionis;
modesta ac fidelia subscribentes suffragia, salvis Juribus Ecclesiae et Regni.
Assumenda erant paria exempla ab illis, qui salva iura Dissidentium et
Schismaticorum subscripserunt impudenter relictis aut oblivioni traditis iu-
ribus Orthodoxae Religionis. Sed quia hos noviter non Deus, sed favor
quorundam, de paleis aut foribus criminum gloriantes, erexit impudenter
effectum ab illis per obstinatam arrogantiam assumptam ne aequalitate ac pari-
tate abiecta Civium omnium, soli superioritatem tribuendam sibi putant, re-
quirentes instar Idolorum honorum novam sibi deferri observantiam.
Etenim alii aequalitati multum tribuentes, licet adepti in Republ. fasti-
gia summa honorum ac officiorum, non fortunam virtutis, sed virtutem
fortunae principium apud se reputant. Eapropter gravitatem dignitatis
sapienter retinent, ac modestiae auctae famam, quae a viris quoque aestimatur,
haud spernendam censent. Vani ambitionis et arrogantia non intrant
abruptas contumaciae et deformes praevaricationis iter. Non illos perplacent
deceptionis gustus, non suspiria jactata, non inanes pollicitationes, non ima-
ginaria

ginaria superba vota, non adulationes semper suspectas, quibus singu-
lis quandam spem messis ardent. Validiora sunt apud illos Amor Virtutis
emulandæ, obsequium sincerum in Principem, equalitas fratrum; quam plura
aut velut contra leges agendarum simultatem. Futura maturè consiliis
prævident, præsentia fallacia non admodum curant, solam in posteris re-
linqui perennantem memoriam recte actorum. Natos se ac à natura sua
stirpis efformatos ad eum scopum existimant, ut bona malaq; æquo pecto-
re sustineant, ac in gremio Reipub. pro integritate communi deponant.
E converso autem aliquot Noviti de Ordine Senatorio Dictatores citra equa-
litatem ducunt sibi procedendum. hi fortunas suam ad quam festinanter
per alienas ærumnas evecti sunt, impotenti animo moderari nesciunt, idq;
aut propter criminosa facinora et quidem publica, aut propter notas sibi
arrogantes passiones, quas silentium æternum involvere nequit. His nihil
domi impudicum, nihil criminosum, nihil abstinendum, nihil timendum
videtur, omnia licentiosa dominationi expedire decernunt. Decus, pudor,
corpus, omnia sunt Regno viliora. Decor negligere, omnes contemnere, alie-
na appetere, sua promovere, vocem liberam venalem habere, meritum sum-
mum censetur, seculumq; suum adesse creditur. Animo audaci, subdolo,
immoderato, omnia sibi deberi arbitrati nimis alta cupiunt, modo his
modo tardi continuis cupiditatibus ardentes possidendi, dominandi, delen-
di etiam legibus occasum minitantes. Illis solis indeliberata mente lo-
qui ac decidere, in Senatu in Castris, extra Castra licet. Summos hono-
res per arrogantiam et capite ipso Principis reluctante iuxta suos af-
fectus, etiam immeritis dandos disponunt, et tanquam artifices improbi
hos arguunt improbant, movent; illos collaudant, extollunt, in possessi-
one firma retinent. Quas in patria nostra infelici statuerunt firman-
das hæreses. Regem inflexum efficere. Regnum diffidentiis enervare.
Curant sollicitè utramq; tenere per illos quos extra sors, aut publi-
ca febra de mensura equalitatis excluserunt qui tanquam infames
illius Basilicæ Ecclesiæ subversores cuncta sibi licere arbitrantes, so-
lo malefacti impune abeuntes indeclarati statuerunt. Aut per illos
quos Gallicæ uxores moribus ineptis infecerunt, simillimosq; maritos sibi
efficerunt, ut momentis res arduas committant, mutari, commisceri, et ad
ruinam publici boni ordinari: dummodo privatim bonorum augmenta im-
mensa sortiri valeat. Ad quem eventum non mariti consilia et secretas
conferentias tractant aut concludunt, ast uxores maritorum licentia
pestiferæ superiores prudentiores. in quarum manibus Reipub. pendet sa-
lus aut periculum. Per eas decernitur statistarum forma mutanda reno-
vanda: modiq; conscripti gubernandorum Civium, Militum, etiam foederum
ineundorum tractatus insinuati.
Cum talibus Nobiles, qui de vetusta Maiorum Nobilitate, gloriosa vi-
ta cum meritis sortiti sunt, societatem inire, ut christianis legibus ad-
versam, renuunt ac respuunt, factiosisq; crebris, de continuanda Con-

iurationes, sollicitantibus Nobilitatem, nunquam subscribere intendunt, qui-
nimo contra tales apertos Patriae hostes arma sumere volunt; ne eiusmo-
di pavones diverso colore alas et caudas pictas habentes, proprios pedes
sordidos gestantes, tartarea voce opprimant voces liberas Nobilitatis, quae
ab Electione Principis eiusque obsequiis, etiamsi mille casus à Malevolis ap-
parentur, nunquam est revertura. Universa instrumenta vestra habet
detecta Nobilitas, etiam eos quos ex ordine Equestri magnis promissis
pertraxistis ad vestra scelera peragenda, iam conscriptos retinet. Nec so-
li Cethegi aut Lentuli, in hac contra Regem ac Patriam Coniuratione
reperiuntur: plures repertos habet Nobilitas proditores: a quibus similes
Vesperae, propter diem cum extremo exitio eorum inchoabuntur. Scitote Po-
pulum vestris vinardis secretis sagaces adhibuisse aures: frustraque sile-
tium arcanorum pretiosis indictum est, quandoquidem fides non vacillat
in animis ac corporibus consciorum. Nec credibile est diversi ordinis
status, sexus concredita arcana cohiberi imposita silentii taciturnitate!
Cernit orbis Polonus, et is idem vester Ordo Senatorius non tenere Fili-
um Senatorium virum duntaxat Patrium electum esse! cuius praeclari
Maiores has sedes occupabant (quas ad praesens vos vestibus quo meri-
to occupatis ingratissimi) memorabilibus in thronum factis easdem adepti,
ob quas Maiorum semitas inculpabiles, Nepos eorum nunc Spiritus San-
cti consentiente Ordine Polono ac Lithuano, non tantum Equestri, sed etiam
Senatorio, stetit Nominatus Princeps, stabitque et regnabit diu ad vestrum
livorem comprimendum, et oligarchicam coniurationem conculcandam.
Quare ad tam foedum vestrum ligamen firmandum, nolite pertrahe-
re animas optimas apertas iam fraudes taciturnitatis techni: quia
secundas dapes indigestas certo vobis credite apponendas nisi Luci-
ferianas vestri flammas extinxeritis. Ideo enim vultis similes fieri in
terris Altissimo ut nuper illuminatas mitras vestras tenebricosas obstinato
moxque ad vindictam Montuaram trahamini. Non enim Neroniana per-
versa consilia, quorum resuscitandorum in Polonia authores estis, laeto eve-
ntu sunt terminata. Si sunt haec longinqua exempla, ergo vobis revocate in
memoriam iudicia Glinianiana! Longius enim progressis in abyssum ma-
levolentiae, difficilius regressus efficitur. Quare ut primi ad culpam, ita haud
novissimi fieri meminerint ad resipiscentiam atque poenitentiam.
Quod meritum aut quae necessitas vestrarum iam domi, iam foris, iam in Ca-
stris, iam extra Castra, circa potationes horrendas, persuasionum adhibitarum
in partes Reipub. novinar virorum trahendorum! Quorsum tractus cum Mosa-
is et Scythis machinationes, quas Status paganissimus etiam reiicit! Quae ratio
discessus quorundam Ministrorum ab Aula! Quis denique effectus illius Memini
progressus Sedarum! Ad quid litterae fraudulentae extra mare disseminatae!
Quae fraternitas cum Brandeburgo tentata! Quis finis malorum futurus
ipsimet iudicate! Putatis ista bonis ignota esse, qui nolunt pectora ac ma-
nus in-

quis inquinare labe vestra scelerata! Apud vos acta subitica, dudum iudicavit inepta dici: quis ob personarum vilitatem satius erant ad latrina vestra relegenda, et ad tutiora loca diriganda. Sed ut artificibus Babilonicis turris confusio linguarum ac mentium immissa erat à Deo; idem vobis succedet eventus. Non Nobiles tantum vestros ignobiles [illegible] ac humores confundent, sed Deus vindex iustissimus, per quem Reges regnant et iusta decernunt. Deus inquam in quo Rex laetatur, et omnes qui confidunt in eo, in generationes benedicentur. Deus qui praeelegit Principem eligendum; ille Electum conservabit ad vestram confusionem accelerandam. Deus qui nuper Regiomonti caput vestrarum factionum aeque seditiosum ac superbum deturbavit, et vos sigillatim memorandis [illegible] vi capita papaverum decidet. Bonis initiis certatum in Conarum ardenti, quod Castellanus Sremensis, vir optimus Civis Patriae detexit; ne Complex vester audacibus animatus consiliis primordiis triumphi gaudere possit: et vos Consciis Coniurationis persimilis animadversio expectat, nisi eam Deus graviorem efficiat. Consultius existimatote, ut vestras noxas proprio sanguine compensetis producantes inter hostes Christiani Nominis: non desunt exempla eiusmodi culparum compensandarum. Timete Deum! quia novissima instat Iudicii eius hora! Securisque ad radicem ponenda non facile ab iniquis declinabitur. Iam Confoederationis vestrae attentata amphoram adimpleverunt quam Deus una vobiscum terrae allidere paratus est. Dabit ille severos Correctores tantarum insidiosarum factionum, et non patietur de solio praedestinato Regem dimoveri quem Domini dextera collocatum esse decrevit. Quare et Principi et Nobilitati nostrum furorem vestrum opponere meditantes, perversam meditationem è pectoribus eiicite. Principem cum Nobilitate coniunctum videtis; nunquam sperantes ex voto impio Caliguli, Populum unam cervicem habiturum, quam ictu unico gladii demetere valeatis. Neque Sicarii per vos appretiati, ad tollendum è medio Regem, etiam intra horas devotionis publicae exercendae parricidali ausu temerabunt stamina vitae eius; quum ad vestram praecidendam iam sint à Deo Lanistae infernales destinatae. Mutate impias intentiones, si exoptatis Divina mutari decreta.

Tali scripto perturbati erant Coniurationis initae Authores ac Complices variaque remedia animorum comparandorum conquirebantur Legatis ac Dissuasoribus adhibitis ad eos pro quibus praesumptiones fortes convincendis apparabantur. Dissimulatione itaque admiranda usus Rex, variis scriptis provocantibus, ad confusionem insidiatorum. Veruntamen prudentiam profuturam existimavit Rex: misit ad Marschalcum et Ducem Supremum Exercitus Joannem Sobiescium personas honoratas Castellano Podlachiae et Capitaneo Parchoviensi cum eiusmodi Instructione. Rex mittit nuncios ad Sobiescium Die 25. Ap

1. Curabunt omni dexteritate et prudentia evellere ex animo Marschalci diffidentias, si eas deduxerit emanasse fuisse à Curia aut à Rege. Persua-

debuntq eidem in prospectu habiturum Regem omnes meritorum gradus. Et licet Rex nullum initium fecerit aversionis boni affectus erga eundem, si tamen Marschalcus causas deduxerit convincentes aversionis factae, respondebunt Regem iustam satisfactionem facturum, exigente merito causae diffidentias efficientis.

2. Intervenientes diffidentias inter utrosq Duces Exercitus intelligens, quarum initia Rex ignorat, ignorareq cupit, Conabunturq animos aversos ad concordiam et amorem mutuum inducere. Utq regimen ex Legum praescripto sit penes utrumq; curaturum Regem ad effectum deducturum; ne Ducum exasperati animi securitati publicae noceant, quos authoritate Regia ad unionem et amicitiam formandam stimulabunt.

3 Commissionem cum Kosacis futuram Ostrogiae, eidem Marschalci dexteritati recommendabunt; ut authoritate sua descendens ad illum locum inducat ad eventum felicem exacerbatum animos Kosacorum; quibus futura Regis gratiae incrementa pollicetur idem Marschalcus.

4. Expeditionem bellicam Nobilitatis in omnem casum Reipub. necessariam fore decernat idem Marschalcus: quum in manus Regias tradita sit per Senatus Consulta; licet Comitia Gratia rupta sint. Consiliumq movendae Nobilitatis ab eodem requirent, quos passus ac gressus designandos esse existimabit ad commodum Nobilitatis progressum.

5. Stativa Hyberna cum sint gravaminosa bonis Regalibus ac Spiritualibus, ac per consequens praeiudiciosa Terrestribus bonis, propter transitus insolentes requirent designari in locis Russicarum terrarum, ab eodem Marschalco, ut propinquiorum ad Scythas ac Kosacos ab invasionibus arcendos. Hoc punctum ut salutare Reipub. commendabunt eidem Marschalco, inibuntq rationes, ut inducantur modi vivendi Militis, iuxta morem antiquum, illis in partibus, in quibus potest accelerari defensio innocentium hominum: qui qualiter hyeme in diram captivitatem abducuntur, nullam habentes a Milite et aestate et hyeme defensionem.

Gratus erat istius Legationis Sobiesius, Castraq se locaturum promisit in designatis iam Campis Trzebiowsciensibus, eo eventu ut cum Exercitu tam de Hybernis, quam de Commissione cum Kosacis peragenda; iniret tabat debita remedia. Quoad diffidentias tam cum Rege, quam cum Duce Cam-

Respondet Sobiescius.

pestri exortas, infelicem se esse declaravit, quod quidam susurrones et Regem perturbent, et ipsum indigitare audeant, offensionem quasi susceptorum, in nullam gratiam ac Regis. Tali indigitatione iniuriam sibi illatam non postremam deduxit, eamq nullum fundamentum habentem confirmavit.

Maius

Quare idem Marschalcus Manifestationem Iustificationem submisit se ad Conventus Particulares dirigendam, ex qua innocentia convulsa ac

Die 21.

per malevolos traducta, apud Regem totumq Regnum, possit adinveniri levamen consolationum. Hanc per Litteras divulgavit Ordinibus

nibus, eorum testimonia ac fidem in omnibus requirens: idq sub tali
tenore.

Illustrissimi, Magnifici, Illustres, Generosi, Domini Dni ac Fratres.

Prorupit iam contra meam innocentiam insidiosa ad eum gradum maligni-
tas, ut licet vellem ab innata consuetudine adversus certa pericula praesi-
dium quaerere, rumoribusq sparsis locum concedere; tamen dum tempus quod
est omnium actionum humanarum revelatrix, non permittit veritatem genu-
inam detegere, meumq silentium quod ex innata mea modestia servatum e-
sse volui (est ad animi magnitudinem spectans, quieta mente contemnere calu-
mnias) damnosum mihi existimavi futurum; dolorem meum, vestris Dnationibus
congregatis ad publica Consilia Patriae, non communicantem, qui in aequali
Repub. liberè natus, in eadem non demeritus Nobilis, et Officialis Regni, ma-
gnis iniuriis impetor, cum quibus ad sinum fraternum Vrarum Dnorum
ac Fratrum venero, hocq quod turbat ac premit Rempub. absq respe-
ctu detegere adigor. Quales sermones à malevolis contra me sub-
ordinati, etiam ad aures VV. DD. delati, nolo eos amplificare, cum sit
illis repleta Polonia. Nullum est tam capitale, tam grave crimen,
tam enorme confictum scelus, quod in personam meam non torqueatur,
et in odium publicum officii mei profitendi, non dirigatur.

Primum linea contra me directo malignitatis, rectitudo et virtus mea cum
qua alieni non poterant cohaerere defectus. Oppugnavit eam Invidia
pessimum malorum hominum adversus optimos quosq telum. Accesserunt
deinde Officia ex singulari gratia Regis, mihi nunquam ea exposcenti,
quinimo collata recusanti. Quorum est Deus primum post Rex serenissimus
praeterea superstes testis. Dum verò per vim erepta videbantur haec
insignia Magistratuum, diversis per Palatinatus articulis sparsis, offerre ei-
mini, quae studio in Rempub. et virtute merueram. Non permisit honor re-
pta fieri ex debito magnanimitatis, quae potui retinere ut par ac susti-
nere; ut et nunc sum gratia Divina non insufficiens. Cum itaq non pote-
rant praevalere adversarii in iis eripiendis quae mihi invidebant, ver-
sum est ad omnes contra me impetus effundendos, odium Civium mihi
conflari, per excogitatas falsas impostoras ac suppositiones, in quibus
nulla mea veritatis reperiebatur. Et quia non poterant quidquam in-
venire contra personam aut officia mea, ut me compositum sub legibus
Civem in hac patria criminari possent; in his enim officiis ambitiose
non laboro, quinimo quo eminentiori loco positus sum in patria mea, eo
magis aequalitate gaudere curavi ex natura ingenerata à maioribus meis
sanguine, omnibus his qui supra statum Nobilitatis efferri cupiebant
semper obliquus. In civitate porro nemini iniurius sum, neminem op-
pressi, neminem spoliavi, neminem aggravavi; etiam de debitis nomine

citari permisi, quanquam ad mea privata debita, propter obsequia
Reipub. quam Sanguine et Substantia eliberavi meos amicos induxi po-
stulante urgente necessitate. Convulsa igitur sub pallio libertatis, exqui-
sitis traductionibus adiectis, in auribus VV. DD. mea honestas intamina-
ta obiecta credulitati quorundam, quasi in Reipub. subnixus Officio
utroq. arrogarem mihi eam potentiam, in evertendis Cardinibus li-
bertatis nostrae, respectu Electionis vivente Principe inducendae. Et fa-
teor istos rumores non leviter me confudisse: sed manens integer mentis ac
conscientia, silui pro tempore, fidens ipsum tempus eam imposturam detec-
turum, et innocentiam meam toti Orbi revelaturum. Attamen non recessi a publi-
cis studiis quae occasione debita ornandae aut augendae Reipub. propenso af-
fectu exhibui. Testatur idipsum Leopoliensis Commissio, in qua ad pacifi-
cationem Exercitus et repartitionem in Palatinatus cohortiumq. abalienatio-
ne a servitiis Reipub. quanquam sine stipendiorum persolutione, consilio non
defui. Testatur expeditio Podhaicensis, in qua larvavi palliatam Pa-
triae trepidantis imaginem, Orbiq. produxi dexteritate mea ac militiae
sollicitae conatu, vix speratos triumphos. Pro ea felicitate consummati
negotii tuleram gratissimos fructus a VV. Dnibus mihi oblatos, quando
Nuncios ad me direxistis, adscribentes sibi et pignoribus vestris praesti-
tam fuisse securitatem, et Reipub. quasi postliminio restitutam integrita-
tem. Triumphavi pro tunc, non tantum de hostibus Patriae carissimae sed
et de adversariis domesticis, qui eversionem ac ruinam meam praestolaban-
tur. iamq. securus virtute et gratia VVrarum Dnationum, tranquillos dies
ducturus eram, ratus sanguine ac substantia propria emeritam recte sen-
tiendi de me opinionem, in pectoribus DDnum VVrarum firmiter constitisse.
Etenim quod non promerui attentatum est ex transverso. Novae crimi-
num necnon machinationes, novae per Conventus sparsae informationes,
quod per me contra Jura libertatis vi et armis innovanda sit Electio:
protinus irritati sunt in odium VV. DDorum, statimq. ad percellendos
vestros animos confictae terrores quasi Cythanim et hostorum potentiam
isti factioni applicaturum, et cum Externis Dominiis correspondentiam esse, ad
impiam intentionem exequendam. Non commemoro alia sexcenta stigma-
ta, quae tempus inania mendacia fuisse detexit. Detexit supra omnia innocen-
tiae meae integritatem, peractum tranquillissime ab intra et ab extra Interre-
gnum. Documentum produxi evidens adesse mihi Civile ingenium: dum in
praesentia Electionis composito et aequabili animo, eandem peregi, ac termina-
ri permisi, neminemq. a libertate vocis arcui, neminem in perniciem Civium
stimulavi, quinimo impetus sustinui. Exercitum continui in Castris, simulq.
salutem Civium ex suprema lege conservavi, Libertatem autem pro libera re-
contradictionis retinens. Non recessi a sensu DD. VVrarum circa Electionem Nomi-
nationem Serenissimi Regis Dni Mei Clementissimi, et licet paululum vide-
bar haesitare non feci hoc, quasi mihi non videretur, quod omnibus Vestris
Dominationibus videbatur: quales pro tunc exaudivi interpretationes, eo quod im-
probam, ut ex aequalitate electus Princeps, induceretur ad repurgatam
ac resti-

ac restitutam ab exorbitantiis Rempub; Utq Pacta Conventa cum Principe
conscriberentur; ut Domus ac Aula Regia circumscriberetur, potentibus pa-
rentelis, et Clientelis ab intra subnixa; ut constitueretur Securitas aequali-
tatis, quae est in libertate suprema felicitas: quae singula praevidebam, iu-
dicavi futurum esse operosum, ad ea statuenda descendere, post Principis
Electionem: uti iam docent eventus. Fidebam tamen fortunae populi in Ele-
ctione, et non frustra moventi ac agenti Deo, sperans hanc Principis Electio-
nem, effecturam in Patria felicitatem, meique indemnitatem ac tranquilli-
tatem praesertim ab inimicis meis, quandoquidem ex dignitate meritorum ac
Officiorum meorum non demerui depressionem. Verum contra steterunt ad-
versarii mei, occupaverunt Novi Principis aures, venenumque malevolentiae
porrigendum Principi innocenti decreverunt, calumniantes me velle rescin-
dere sensa VV. Dominorum, Regemque de Solio deturbare.
Inde metus et trepidatio coorta: quinimo urgebant Nuncii Expeditio-
nis publicae, ut Nobilitas reverteretur, ad vindictas desumendas in persona
mea: licet elongatissimus a talibus cogitationibus fui; trahebanturque adin-
venti praetextus ex ipsa, ut malignitas expleret suam rabiem, in gravidum
mei, ad quam ad ipsa initia regnandi tumultus agitabantur. Contestatus
sum ex illo facto dolorem meum Principi, meamque propensionem in omnibus
obsequiis futuris obligavi; precatus sum hoc unicum, ne viderer ad initia
Dominii gravis ac importunus, ut conservetur authoritas Officiorum meo-
rum: optime inferens ex Conservatione eorum, Reipub. authoritatem pro-
manaturam. Nihil in his conclusum. Dum enim movi Varsavia; pu-
blicatum me ad Exercitum properare, ibique tumultum contra Rempub. fa-
bricare. Tempus detexit, rei falsitatem narratae ac publicatae. Publica-
tum deinde, me impedimentum Coronationi; eventus docuit id fuisse ad
invidiam mei confictum: Adfui enim Principi eo decore, prout requirebat
authoritas mea, et Honor Gentis inclytae. Et licet omni submissione certa-
verim cum Principe, totum id non cessit in meritum; quia me efferrent
invidi versutum, sicarium; meique solutorum Comitiorum authorem publica-
rent: licet mihi magis incumbebat felix terminatio eorundem; quando-
quidem constat Reipub. multa millia pecuniae impensa esse perire, quam pe-
cuniam nunquam numerabo, si Comitia pervicaciter dissolventur. In-
super alia figmenta contra me proiecta erant, quae nunquam locum
habitura erant apud eum, qui Virtutem, Honorem, Conscientiam omnibus
vult esse digniorem ac superiorem. Spargebatur denique quod Connubium
Regale eram impediturus armis commotis. Docuit falsitatem eventus.
Commisi totam molem iniuriarum, diffamationum mearum, Judicio al-
tissimo totius Reipub. quae de factis meis aut criminibus mihi obiectis
decernat, idemque fieri nunc peto a VV. Dominationibus ne me iniuriis calumniis
et contumeliis opprimant dudum apparatis per insidiatores. Nonnunquam
fateor mihi bilem accendi, talia inaudienti: attamen miror me ipsum, et spe-
ro calumnias istas non me commoturas Dei assistentis auxilio: iamque si-

luissem penitus queruli, omnia dissimulaturus. Verum istae novissimae iniuriae contra me directae, animum meum perturbaverunt magnopere; in qua honor, et integra fama mea duratura in posteris vulneratur impetitur atrocissimo. Quare dolor rumpit silentium, cogitque me queruli coram VV. Dnibus de his, quae nulla possunt restitui satisfactione.

1. Imprimis itaque Dux Visnowiecki Palatinus Belzensis, in fundamento valido non constituta sua praesumptione; quaesito specioso colore causae certae ad me per appellationem devolutae, a Iudicio Militari Officialium remissae, quasi indulgenter iudicatae prius, decretum meum latum improbavit et litteras tales direxit, ex quibus DD. Vestrae inferent convulsionem iurium ac Magistratuum esse factam gravissimam. Etenim minorem suam potestatem, aequare cupit meae superiori. Vetusta tempora Cannensem cladem commemorant, per quam interitus Reipub. Romanae subsecutus, propter aequata Ducum Imperia. Retineo istum Magistratum per Dei gratiam, utrisque aequabiliter, Deo, et Reipub. et posteritati daturus ex eo rationes strictas. Iniurius fierem Reipub. posterisque meis, si in manibus meis fundatam iurisdictionem ad praesidium libertatum per Reges traditam; permitterem ab alio tractari, idque in detrimentum Reipub. Ad ea comprobanda Copiales Literas Ducis ac Palatini VV. Dnibus mitto. Patebit illius intentio, quae ex innata affectatione officii mei, ad iniustam contra me excitavit invectivam.

2. Ad haec prorupit malitia, conatu lacerandae potestatis superioris Praefecti sequens; dum aliquot Scythas Budziacenses ad tormenta destinatos, qui ex mandato Bassae Scythici Russiam invaserant nuper admodum torqueri mandavit, extorquendo per modum solemnis inquisitionis; an meo consilio, aut factione invaserant angulos Russiae. Advenerit veritas et innocentia mea, defensionem in verbis Scytharum, qui in tormentis noluerunt onerare mendacio honestatem eius, cuius nomen et gloriam rerum gestarum celebratam ubique audiverunt.

3. Ultimum inimicitiae ast summum telum contra me publicatum, et contra alios Bonos Cives; videlicet scriptum famosum, conscriptum et disseminatum. In eo Magni Viri, et primarii in Reipub. conculcantur, et praecipue ego, ut violator publicae tranquillitatis, ut Maiest. Regis hostis ac Reipub. reus; ut parricida Patriae, traditor ac proditor. Si talibus liceat in honorem Civium et Famam integram eorum licet debacchari; iudicandum VV. Dnibus relinquo.

Quia vero omnium iniuriarum in hac Libera Reipub. vindicta spectat ad VV. Dominos, ut fraternarum libertatum assertores, supplex venio iniuriatus et oppressus Civis ad Cives; Nobilis ad Nobilitatem; Officialis Regni, ad membra et Corpus Patriae, pro cuius dignitate toties vitam meam in pericula conieci, coniiciamque quoad vixero. Confugio ad Asylum amoris fraterni; in cuius sinum hanc meam aliorumque Civium depono

iniuriam

ciuniam; remedium a Consiliis DD. Vrarum petens. Honorem ac Vitam
meam tutelae fraternae committo, suppliciter postulans ut me contra cuiusmo-
di machinationes protegant. Supremus Defensor Deus moveat corda et Consi-
lia DD. Vrarum, concordesque efficiat in publicis negotiis tractandis, ex quibus pro-
pendet salus ac securitas Reipub. DD. Vrarum integritas. Ego interim pariter
conatus inimicorum scrutari circa Commissionem Cosacicam (quanquam ad ean-
dem in destructione non sum destinatus) attendamque pro meo officio et optatum sor-
tiatur effectum; quandoquidem D. Karnowium direxi ad Bassam Silistriae cum
literis Sereniss. Regis, atque ad Ducem Krymensem Scytharum, ad cuius reditum in-
tentiones hostiles penetrabo, neque periculis obortis obviam, et in victimam pro
Reipub. offeram vitam meam in discrimen labentis. Nunc Gratiis et Protectioni
fraternae DD. Vrarum commendatum me relinquo. DD. Vrarum addi-
ctissimus Frater ac Servus. Joannes Sobieski. M. et Dux
Supr. Regni. S. J. B. U. Cap.

Delatis eiusmodi Literis Justificatoriis ad Conventus Nobilitatis Relatione so-
lutisque Dn. Dux Supremus Exercitus, Castra iam locata ad Campos Tirlensios
ingressus erat, consultus tam de Cosacis mitigandis, et ad pacem trahendis,
quam de malignitate contra se ac alios Livor divulgata penitus evertenda.
Ast variae interpretationes subsecutae per malevolos, quas duxi omittendas, Junius
ad quas tamen verificandas, accedebant multa commenta, divisionem Mili-
tum efficientia, quia timebatur defectio aut Colligatio contra Rempub. initianda.
Quare Anonymus praemonuerat Literis ad Nepotem iam in Castris haerentem
sub tali contextu, dissuadens eidem, ne partes novas contra Rempub. aut
Regem teneat.

Generose Dn. Nepos. Multum mihi gratulor, quod me in Umbra domestica
quiescentem faciat certiorem de his quae in Castris aguntur, per Literas copiose
satis scriptas. Ad quarum primam frontem innuebas ne alteratio; perlegimus
de Casu Castell. Posnaniensis eventum, quod pro verbis ac voce libera, obtinuisset
verbera et notabilia vulnera. Judicavi exemplum esse terribile, praesertim in
Repub. libera; quum Veritas ad talem animadversionem multoties adigatur.
Ast de aliis Loris informatus, unde istud malum profluxerit, statim alteratio-
nem vicini, scrupulosque deserui; quandoquidem ad arma descensum erat in Con-
ventu, propter Epistolam Thesaurarii Regni Cyphris scriptam ad eundem Ca-
stell. directam, ob quam suspiciones exortae et progressum ad vulnera. Expedit
et boni Viri etiam minima caveant suspiciones, negotia publica tractantes,
ne illaqueati reant. Iste autem Castellanus inconstantiae frequenter arguebatur
Deus ipsum iudicet. Adhaerens Lubomirskio, adorabat Imperatorem, et mul-
tas corruptiones collegerat. Transmigravit deinde ad partes Reginae, ob
quod potitus est Vitrensi Praefectura. Post abdicationem Regis Casimiri ad
partes Ducis Neoburgensis ~~transiit~~: a quo appreciatus publice in Co-
mitiis Sredensi fuit confusus. Rursus transiit ad partes Brandeburgi;
talique mutabili animo, confundebat pacem publicam et placita populi.
Tali arte in Repub. Romana perierunt Gracchi; in nostra vero ad
Campos Glinianos devoluti sunt non postremi Viri. Et regnante Di-

gismundo I. versus Leopolim Nobilitas progressa ad publicam expeditio-
nem Senatores multos oraverat in periculum vitae, nisi sibi providissent
fugitivi evasit: ut testatur Orichovius. Vigebat Libertas Polona, dum No-
bilitas ad ferrum prorumpebat contra eos qui unanimem Consensum rumpe-
bant et libertati ruinam apparabant. Ordo Equester sacrarium libertatis
nuncupabatur antiquitus, quando Contradictores e medio sui movebat
aut per fenestras deorsum mittebat, evidentes praesertim pacis publicae
turbatores. Nuper vero Olizarus Subiudex Kiovensis, rupit Comitia
Gratia, cuius factum impunitate est sepultum! Et ob tale exemplum impu-
nitum iterata Comitia impio rursum rupta, per Zabokrzyckium Pincer-
nam, Nordyskium Pocillatorem Braclawenses Nuntios; qui inustratam
malitiam approbantes, tenero regressu ab Ordine Equestri, nullas poenas
meruerant; quinimo gloriam inde habituros se praedicabant. Ita fit
ab illis, qui venalem linguam ac cor gerunt, denique tali pretio impio vi-
ctitant ac vestiuntur, vix aliquam glebam possessionis tenentes.
Alterum contentum in Lue, rapuit me in admirationem, quo expressit, Dominos
Magnificos ingressuros Castra; et nobiscum in excubiis permansuros. quoniam
natura ac consuetudo est adesse ad breves horas, abesse ad multum tempus.
Et unde fluit tanta gratia Dominorum! existimo ad conciliandos ac decipi-
endos animos vestros, per festiva Convivia, potationes continuas, per dona-
tiva diversa, aureaque promissa; adeoque mellei sermones, exosculationes ca-
pitum gestiones, genuflexiones, et alia exquisita blandimenta, ut vos per-
trahant ad speciosa libertatis asserendae desideria. Induntur vobis ob o-
culos, tanquam in scena Rex opprimens libertatem; Pacta Conventa concul-
cans; Connubio inimicae Domus firmatus; Absolutum dominium inducturus.
Domum et Aulam incircumscriptam volens; et alia mille figmenta exagge-
rata, per illos producuntur, qui circa calices exuperantes ac spumantes
vino Jaroslaviae Leopoli Zolkvae aliisque in locis, infamibus verbis pro-
scindebant Regem omnesque rectos viros Regi adhaerentes. Deridentes talia Ve-
stros Magnificos Viros! Custodiarum Praefectos, Notarios Castrenses, Rader
Orbis Polonus, Ardorens! Cur ergo Magnifici Vestra pectora pulsabunt, et
extorqueatis per fas ac nefas, stipendia retenta! defendatis libertatem qua-
si eversam; consurgatis contra Principem recenter Electum Coronatum! Vos
videritis, quo tenduntur retia a Magnificis vestris Senatoribus! Jam vobis
passim inculcatur sol quidam, pro cuius incolumitate exhauriet pondera iam
Saxonica Regna promittuntur et montes aurei cum vobis sit deliberandum
de ferro, plumbo, pulvere, equis, armisque comparandis. Nobis Cordi est Su-
premus sol iste, et Luna Curiata cum Michaele Korybuta, quem univer-
sa Nobilitas elegit collocavitque Dominum; Magnificis vestris asseverantibus; qui
post peractas omnes sollennitates novum Interregnum facturos se asseverant.
Quid ita? ut vos in perniciem deducant Rempublicamque perturbatam vobis relinquant
defendendam; ipsi autem fugient partes adversas, sanguinis vestri mercedem
Sorti.

sorti. Et licet primi fuerint ad fugam; tamen sibi deberi publicabunt dignitates, honores, aduocatias, Tenutas, Capitaneatus, ac innumera emolumenta Reipub. Cohortibus Vestris promittent millia; suis autem et sibi universas summas applicabunt. Miles centenarios proventus expectabit Magistri verò millena millia inter se partientur. Tu Miles sta sive in sanguine, sive in aquis: stare sive in agro sive in luto: Prestolare offam, de mensa Magistrorum cadentem. Cohortes ad hyberna proprias distribuent et unus eques illorum percipiat centena multa: Vestras relegabunt ad angustias hominum angendas; vixq eques vester exhauriet unum Centenarium. Libertabuntur à hybernis aut ad Culinam Magistrorum reservabuntur Janorowia. Stryium, Natusium, Grivuna, Lubomlum, Dralinum, Stabinium, Notomium, Lesaisium, Mostiska, Bóbrka, Swiecie, Zwolin, Lucka, Zamulicie, Sokalum, Robsic, Niesuada, Rohatyn, Radomsium, Wistczyglow, Sokoturka, Tlumacum, Bogusic, Zagosium, Valcium, Ulucłow, Tuchola, Nowodwor, Bydgosta, Niepolomice, Solec, Stryników, Kamionka aliaq bona particularia libertatione gaudentia: quae si ex aequo distributa essent nulla foret occasio conquestionum Militarium, et depauperatio evidens atq exarmatio.

Clausurus eram Epistolam, sed relatu optimorum didici, Monetam Gallicanam ordinatam esse ad vos, perducendos in Vinculum. Fumus iste ne vos seducat caveto. Circa Lubomirski vexationem, à Rege dabantur Militi equiti flor. viginta. Magistris distributa multa millia, ducenta Triginta; Legionarii, Rotmagistri numerabant per mille imperiales. Collega autem seu socio Cohortis unus aureus tributus. Officiales ac Magistri acceptis summis dispatuerunt. Miles absq summis Ducibus sustinuit omnia incommoda. Futurum est et nunc taliter. Magistri servabunt se fortunae meliori; Vos in captivitatem ducemini, si adversus Patriam arma levabitis. Satius cum Palatinatibus ac Fratribus Vestris foedus amicitiae, societatem inire, Magistrorum promissa rejicite, affligere populum non meditamini; sicq gloriosi defensores Patriae efficiemini; terribiles hosti, amabiles Patriotis. Interim te carissime Nepos bene valere cupio, per sacra orans ne abducaris in partes contrarias Reipub. Satius est relinquere honesto remedio Castra; quam in Castris nullum remedium habere, emergendi se perpetua Domus nostrae infamia cumulanda. Rex à Deo Vocatus, à Nobis Electus stabit, et in posteris perennabit. Patria de hostibus domesticis triumphabit. Libertas Polona Nobilitatis nullum patietur detrimentum, integraq manebit: si Magistrorum technas machinationes tempestive evitabit. Vos Milites patiamini ad tempus, stipendia procul dubio tolletis. Ast non patiamini ad placitum Magistrorum fieri

distributiones: quia Magistri tollunt nummos innumeros et quidem in-
de auleo; vobis autem relinquuntur sacci aut vacui, aut perforati. Milites
suspecti in Fide à Vobis remoueri. Vitam ac sanguinem Vestrum pro
Fide Orthodoxa generosa mente in aream bellonem proferre et libera-
bimini semper à periculis etiam apertissimis. Dedi et scripsi ad umbram
domesticam sedens.

Tibi o Hospes benevolus
Patruus. O. X.

Sub idem tempus prodierant Litterae Regiae publicandae per Terras
ac Districtus, quibus continebantur Puncta pernecessaria ad pacifi-
candos animos tam Exulum Vetyrenss, quam civium omnium variis
commentis Ruptorum Comitiorum consternatorum. Erantq eiusmodi.

Michael Dei Gratia Rex Poloniae Mag. Dux. Lit. Russ. Pruss. Maso-
viae Samog. Kiiov. Volyn. Livon. Podol. Smol. Czernich. etc.

Vniuersis ac singulis etc. etc. Magnificis, Generosis sincere et fideles nobis dilecti.
Post infelicem binorum Gratium Comitiorum solutionem, Primorum Coronationis
per Gradum oliuarum subinde uiso Nicolcensis. Secundorum nuper Generosus Zabo-
rowskium Pincernam, et Nordycium Pocillatorem Braclavien., quali in dissimi-
le Respub. versetur, quilibet Ciuium dignoscere potest, talia q Matris Propriae
Patriae matricidia exerceri cogitur. Non defuerat nostra sollicitudo, in his
Comitiis tolerandis ac perferendis propter augendum bonum publicum. In primo
enim Ciuiis eorum multoties diriecti erant Legati ex Senatu, inuitantes Eques-
trem Ordinem ad Vota exaudienda et Senatusconsulta: quae vtraq usq ad
vltimam diem Conclusionis infaustae differebantur. Deputaueramq ad con-
ferendum cum DD. Nunciis Exercitus, cum Ablegatis Imperatoris Potentissi-
mi Romani, cum Serenissimi Regis Anglicani; qui nec visi, nec auditi, ex-
clusionem obtinuerunt. Pariter ad Commissionem Monetariam ad Finem ad
Artileria calculatorem, designati ex Senatu, requirebant munera DD. Nun-
tiorum laborem, et haec relicta infecta. Reposueramus ad aliud tempus no-
stra desideria et Reformationem Serenissimae Reginae Consortis nostrae, ii-
Judiciorum necessitatem, id summo cum praeiudicio Reipub. ex quibus pote-
rat magna pars proventus Fisco de retentis accedere, priuatorumq iniuria-
rum momenta determinari; et ista reiecta sunt. Facta est Relatio Le-
gationis Viennensis per Reverendum Episc. Culmensem Procancell. Regni, sta-
timq lecta Ordinibus Matrimonialia Pacta. Consequenter satisfactio peti-
ta Exulum, quae Coronationis Comitia perimebat. Insuper requirebamus
et rogabamus in arenam quemlibet, qui sit aut videt, describere errores
machinationes aliquas in Nobis, vel si contra Jura proposuimus, in publicis li-
beris deducat ac doceat. Et cum omnia remedia debita, praeoccupauit ma-
lignitas quorundam, qui totum tempus iniustis contradictionibus exhauserunt
regressuq suo, insueto more, vltima die terminandorum negotiorum Cur-
siem Comitiorum peruicaciter praeidentes, felices terminos Consiliorum publi-
corum occultis actibus impedierunt: vt Nos et Respub. in turbatis euenti-
bus rerum relinquerentur, pertinacibus dissensionibus efferentes. Caeterum

Caeterum Nos personam nostram, et iustam Causam Altissimo Moderato-
ri Actionum Subiicimus; quandoquidem Gratia eius sumus id, quod sumus. 18.
Serenitatiq[ue] et amori Civium omnia relinquimus, de gremio quorum ultra
spem et cogitationem ad Thronum sumus vocati. Illis solis fidentes, circa
ulteriores curas Conservationis et Securitatis Reipub. omnibus abinde disse-
dentis, quas ad neminem praetendimus. Et si aliquis eam sibi conglomerat
opinionem de aliqua indignatione nostra; sciat Regium esse oblivisci iniu-
riarum dummodo malitiosi relinquant malignitatem.
Quia vero ob Comitia rupta in apertum periculum Respub. est provecta
et quidem inermis, caretq[ue] modis defensionis congruum reputavimus VV.
Serenitatibus denunciare ea, quae a nostris Exploratoribus accepimus.
1. Agmina Scythica armantur et congregantur contra Rempub. speciali-
ter contra Russiam; intuitu confusionem donationum veterum pro ar-
ce praetexto ac praesenti. Tum intuitu Commissionis tractatus cum Mo-
schis, quos ad societatem armorum contra Paganos pertraximus. Ideo
Legatus Scythicus urget nempe amicitiam cum Scythis indicens bellum eo
nomine oriundum.
2. Certis documentis deductum Nobis, Magnum apparatum belli ab Im-
peratore Turcico esse comparatum, cum quo ad quas partes collimet ex-
pressa liquido non habemus. Timendum tamen est Reipub. nostrae, si in-
cendio patriae addentur flammae; quas Deus avertat. Debilitas nostra in
prospectu habenda, quandoquidem Exercitus vendicat Stipendia prome-
rita, de quorum modis solvendorum nihil conclusum. Porro Exercitus Li-
thuanicus ad defensionem nimium exiguus accedit siquidem Fortalitia
finitima hostibus praesidiis debitis carent, nempe Polocensis, Vitebscensis,
Dynaburgensis, Brestensis, Mohilovensis, aliaq[ue] extenuata et evacuata.
ad quae propugnanda non postrema manus Militiae requiritur.
His de Causis Nos sensu DD. Senatorum ad latus nostrum residen-
tium Consilia matura, intimandum duximus VV. Serenitatibus, quatenus
in Conventibus Relationum impendentia pericula habeant prae oculis, ut
in omnes Reipub. casus a VV. Dnibus attendatur, ad quaevis ingruentia
discrimina tempestive reprimenda. Habemus quidem remedium malorum
avertendorum, sed tardum valde; Nobis traditam potestatem Nobilita-
tis movendae ad Expeditionem bellicam, quod omnino ad effectum esset
deducendum. Sed VV. Dnibus incumbit opportunitatem temporis et exigen-
tiam necessitatis ponderare ac determinare, ut modi ac media salvan-
dae Reipub. in promptu habeantur. De quibus VV. DDnes nos certio-
rabunt per Nuncios suos.
Nec ad Conservationem Patriae ac Securitatem Vestram molestum vo-
bis videbitur iam tertio remedio Comitia intimare, quorum successum
meliorem vix possumus ominari, si per VV. DDnes Ordo (qui est anima re-
rum ac vinculum firmissimum gubernandarum Rerumpub.) Comitia tractan-
di non servabitur, aut non corrigetur; modusq[ue] tractandorum et Con-

cludendorum Comitiorum, anticipatiùs per Status non determinabitur. In quo negotio pernecessario, nullam à Nobis legem præscriptam esse volumus; ast totam molem agendorum Comitiorum arbitrio, Judicio, fidei, amori erga Patriam Vestris Sinceritatibus committimus.

Et quia propter dissidentia Consilia in Comitiis præteritis totaliter belli nervus defecit, licet per Palatinatus ac Districtus Contributiones laudatæ sint: de quibus nec obulum percipere ad usus nostros præsumpsimus: expedit VV. Dnibus inquirere, sintne exsolutæ, et ad quem finem conversæ, quandoquidem Exercitus conqueritur de non perceptis distributionibus. Neque est facile Exercitum novum conscribere, quem antiquus caveat debitis præmiis. Quinimo Antiquus retinendus est per Tiam indilatæ solutionis, ob tantas Contributiones laudatas ponderosas ac numerosas. Tandem de augendo Milite ad salvandam patriam, esset cogitandum. Miles colligendus per Palatinatus non postremum addet robur augendi Exercitus; præsertim in locum eorum Cohortium à servitio belli expediendarum, quæ magna præmia deferri sibi exposcunt, inauditis oppressionibus, iniuriis populum exhaurientes: de quibus vix personæ triginta ad Castra veniunt, reliquâ vagabundâ personâ, emungunt miseros subditos.

Hæc publica publicis Consiliis serviunt. Verum committentes, existimamus ad publicum Honorem Reipub. spectare Designationem Loci ac temporis Sereniss. Consortis nostræ Coronandæ. Obstant leges ne aliùs fiat Actus iste præterquam Cracoviæ. tamen proponimus Sinceritatibus Vestris dispensationem ea in parte, partim ob impensas non modicas evitandas, partim ob transitum Assistentium ac Militum Curiæ nostræ, qui depauperatæ plebi augere possent damna ac iniurias. In arbitrio sit iste Actus designandus etiam Varsaviæ sub tempus Comitiorum celebrandorum. Ad quem finem velint DD. Vræ designare personas ad levanda et deducenda Insignia de thesauro Reipub. Cracoviæ deposita, Nosque de assensu faciant certiores. Ad quorum maiorem fidem Lras præsentes Manu Nrâ subscripsimus et Sigillum Regni applicari mandavimus. Dat. Varsaviæ die 3. Junii. A. D. 1670. Regni nostri Anno primo.

Expeditis itaque Conventibus Relationis, Ordines Poloniæ Maioris direxerunt Legatos ad Regem Consilio Srodensi prævio: idque cum Instructione puncta referenda.

1. Gratias actæ Sereniss. Regi pro ea sollicitudine quam adhibet in publicæ securitatis augmentum providendum: idque cum contestatione Ordinum fidelitatis erga Regiam Maiestatem pro cuius incolumitate, paratos esse Palatinatus decertare cum externo internoque hoste, declaravunt.

2. Motionem Nobilitatis ad Expeditionem publicam totaliter in manus Principis tradiderunt, paratosque se esse equos ascendere sunt manifestati.

3. Petierunt à Rege ut Militem in Castris haerentem, à factionibus iustis remediis avellat, promissa indilata stipendiorum satisfactione.

Literas

4. Litteras Gedanum transmiserunt, revocantes Thesaurarium Regni, alias ope eius sequestrandas una cum persona ibidem decreverunt. Complices vero factiosae Coniurationis per Mandatarias Litteras citandos concluserunt et Litterae Cifratae non solvantur effecerunt.

5. Deputaverunt Inquisitores e medio sui pro fide et integritate sui, in pecuniam advehentem pro Milite conducendo destinatam, eamque sequestrandam una cum personis Magistratui Gedanensi commiserunt.

6. Coronationem absolui Varsaviae permiserunt, idque in Comitiis futuris: ad quae Universales Litteras extradi quamprimum consenserunt.

7. Manifestationem Ordines ad Acta detulerunt contra eos Nuncios, qui abierunt Instructionibus sibi datis, ad factiones accesserunt et publicam tranquillitatem pernicioso exemplo ad pericula pertraxerunt. Ad quod negotium explendum deputaverunt Gnosos Barsikium et Kochowski ad Acta Posnaniensia. Porro ad Kalissiensia Acta Subiudicem Kalissiensem, et Burgrauium Kaniensem. Addita speciali ea Clausula; ut illi qui cooperabuntur ad Comitia rumpenda, sint incapaces Honorum Dignitatum, et Commissionum publicarum; et quidem cum suis stirpibus.

8. Manentes in Castris filii fratres nepotes revocentur per Litteras a Parentibus Fratribus Patruis Tutoribus, ne se patiantur pertrahi ad factiones noxias Reipub. Alias si eas sequentur, pro hostibus Patriae declarentur, eorumque bona Fisco applicentur.

9. Litteras Thesaurarii ad Castell. Posnaniensem: item Supremi Ducis exercitus ad Palatinum Kalissiensem, quos conabantur ad interna nefaria pertrahere, inductas esse voluerunt ad Acta Castrensia publica: earumque Copias publicatas esse decreverunt, Authenticis Serenissimo Regi monstratis. Quarum sequuntur Copiae.

Illustrissime Dne Palatine Kalissiensis, Dne ac Frater.

Retulit mihi D. Gordynski constantem erga me Dnis Vrae amicitiam de qua licet nunquam addubitavi, tamen putabam ad haec momenta translati ac inclinati Ingenii tracturos impetus populares Vram Dnem qui iniqua suspicantur de illis, qui evidentem ex tam ferventi Electione Patriae perniciem prudenter praevident. Gratulor tamen mihi quod habeam Vram Dnem ab hoc gentili errore aversam, et gratias defero, quod me retineat in amore integro pristino Vra Dnatio. Assecuro meam amicitiam immutabilem fore erga Dnem Vram quam constanter servabo. Enixe obsecro velit proximos in publicum sensus suos de Repub. Dno Gordynski communicare fidenter, et Consiliis Dnis Vrae animatus sanguinem et substantiam meam pro indemnitate Patriae offeram. Interea qua publice qua privatim testor me esse propensissimum Fratrem ac servum Dnis Vestrae. Joannes Sobieski M.M.W.K.

Jaworovie die 24. Martii 1670.

Illustrissime Dne Castellane Posnaniensis. Frater amantissime.

Recepi Litteras à Dne Vra die 13. Januarii. Gratias ago submississimas quod mihi correspondeat confidentissime. Nihil habemus ex Conventibus Particularibus; tamen in Opsimowski placuerunt futurae Kuptae; et requirunt Comitia Inquisitionis seu in armis ac equitatu, contra eos qui rumpunt Comitia. Eadem peroptavit Conventus Varsaviensis. Nuncii designati D. Referendarius et D. Szymanowius: quanquam versit DD. Poniatowiorum genus cum Protestatione. Ast hic iam apparata est materia quae ad Conventus directa; et futuris Comitiis non prodent. Miserat Serenissimus Dnum Kochanowium ad Primatem, ut significaret Dno Drovi, cum persuasione ac invitatione ad Kuptas: iste quidquid productum erat, cum appendice revelavit. Hac relata Serenissimum cum Primate divisserunt. Non leviter scripsit Primas ad Serenissimum Litteras ab utrinque fervore ac asperitate: maiore inpetu usum, quam expediebat. Liquet toti orbi, ordinum contempti haberi inferiorem, et quidem ob Capita duriora. In eo loco ressentimenta sua declaravit Cancellarius Regni et nos reliqui cooperabimur, quanquam ignoro, quomodo progressurus est Ulterius Illmus Dux. Non transmitto eas litteras Primatis, eas iam aliunde delatas profecto cuperem eas immergi aeterno silentio. Moschi Kiioviam non restituunt, iamque Commissarii carunt relatione. Aptissimum fieret, si ita eveniret docebit ut scribit Vra Dnatio. 242. 63. 220. 18. 232. 244. 8. 254. bo bez y zdrajcy strony tandeo dobrze ab altera parte eveniunt bona. 120. 12. 218. 69. 44. 60. 47. 226. In quibus velociter habebit informationem, ab Illmo Marschalco totalem. In Causa Vrae Dnis ferventer scribo; senatus et ipse magna damna, in tractu konsilium. Interea maneo Dnis Vrae Illmae

nus Frater ac Servus. Morsztynig. Th. Regni.

Has Litteras produxit in Conventu Sredensi Dns Zdrychowski ob quas ad arma progressum. Quarum authenticas detulerant Regi, hi infrascripti Legati deputati:

Skoraszewski Vexillifer Posnan.
Opalinski Palatinides Posn.
Tuczynski Dapifer Inowlocensis.
Przyjemski Vexillifer Kalis.

Julius Publicatis talibus nominis factionum occultarum, Lrae Universales sunt missae ad Conventus, in eventum Comitiorum celebrandorum in Septembri. Ad quas Litteras multi in locis non secutae eventus, pro usatis solutionibus Consiliorum. In aliis tamen Conclusum, Nuncii Electi sunt ad Comitia Gratia.

In Conventu Opatowiensi Legatus Regis aderat Hieronymus Konorzewicz Vir partium bonarum, osor factionum, amator publici boni, qui ad Ordines

Palatinatus

Palatinatus Siradiensis tali usus est alloquio.
Venia ad Equestrem Statuum Ordinum congregationem, longaevam in-
columitatem, laetissimos quosvis successus, consiliorum prosperitatem in
quibus bonum Patriae valescit, Vestris Dnibus gratulabundus, universis
nomine Serenissimi Regis Dni Mei Clementissimi dico. Concordiam universa-
lem in patria, artificium esse manuum caelestium, opus Mirabilium Dei. Ele-
ctus suffragiis accedentibus Ordinum Statuum, infinitis ex Millibus unus
et quidem Patriota Rex Serenissimus, ambitiosi exoticos appetitus; Di-
gito Dei ad Rostra Palatinatus huius commonstratus, Aura caelesti in
Corda ac animos Polonos inspiratus, inter tot Competitores non tam
Regni appetens, quam capax. Inter nos natus nihil contra nos, absque
nobis decernens, non tam Majestatis obtutu, quam amore sincero con-
civium animatus. Rex Polonus nobis in Regno à suis sibi collato, non agi-
tabit peregrinas leges. Patriae suae non vero nomine Pater erit. Non sunt in
eo Principe, quem Regem dixistis, quem aequalitati vestrae antetulistis, cui tute-
lam capitum suorum et universalis securitatis concredidistis, aut Julionum ad
firmandam Domus suae potentiam inventa, aut Tiberiorum ad communes ma-
lum simulatores aut dissimulatores, aut Claudiorum à servilibus Consiliis de-
pendentia: Totus is Princeps, ad bonum publicum compositus ac intentus. Tu-
tus nobis potius quam sibi impensus, publica commoda recogitans. Quod
olim de Magnis Traianis, Titis, Othonibus, Antoninis, Augustis, Orbis praedi-
cabat tribuens illis titulos, Delicias Orbis, Amores populorum, Patres Pa-
triae; appellans Pios, probos, iustos, Claros, Magnos, Augustos! hoc praesenti no-
stro, suo sperandum, si illum nostro non defuerimus. Magnus Magnis
Parentibus natus, quem optima fata bono Patriae dederunt: quem quam
cito Divina manus, purpureo syrmate ac indumento Regio vestivit
et liberae Gentes liberis vocibus acclamarunt Gentibus, tam cito, de
Rebellibus, et Paganorum armis, contra Patriam insurgentibus, accepit
nunciis. Hastam Sceptro, Galeam Coronae, Regno merita promptissimo
affectu voluit praemittere: nisi eius promptitudo à Nobis fuisset in
aliud tempus servata: patrio Exercitu moto, ad hostiam arcam
custodiendam. Indubitatam igitur quilibet spem concipere potest
de Serenissimo Rege, Fortissimi ac Victoriosi Parentis Filio, quia haec
Sarmatiam carinam, non permittet otiari ignavo recessu, aft ibi
diriget eius vela, ubi contumaces circa Istrum crebris Rebelli-
onis subditi firmatam esse cupiunt sedem. Adhuc de repetendis
alienatis regionibus, modos ac media sapientissime proponit, cupiens id
Regno applicare, quod per mala Consilia, dissimulantemque socordiam
est avulsum. Neque permittet praescriptionis ac exceptionis iure
diu gaudere malae fidei possessores, diducique in illis locis imperia,
in quibus Poloni sceptri vigebat iurisdictio. Adsueverat Sereniss.

agnoscitq[ue] gratissimo corde, non ad inanem pompam aut superbiae alicuius gloriam Diadema Capiti suo impositum esse, cum quo simul curam regni suscipiens e vestigio totum se Patriae commodis providendis devovit, desideriaq[ue] et instantias totius Electoralis populi, exoptabat promovere tam in Comitiis Coronationis quam in sequentibus iteratis, nisi malignitas impedivisset quorundam, votorum Consiliorum desideratam terminationem. Et licet utrisq[ue] Comitiis rupti, non sine angore Principis, venenatum toti Reipub. propinatum est per voces Contradictionum toxicum, tamen pharmaca salutaria Patriae adhibiturum se protestatur coram Deo ac utroq[ue] Ordine nostro, paternum declarans affectum procul remotis privatis desideriis. Eapropter defendit iteratis tot modiis ad remedia Comitiorum Gratiam indicendorum; Consiliaq[ue] Inclyti istius Palatinatus requirit, ut tandem pacato in statu constituatur Salus Reipub. atq[ue] DD. Fratrum conservatio. Productam esse cupit Instructionem suam Regiam Dnis Vris universis ac singulis, in qua effundit innati sui Candoris sinceritatem, testatumq[ue] esse vult eum amorem cum quo in hac luce Patris crevit esse educatus, exoptans a Dnis Vris eorum Punctorum seriam ventilationem, in quibus prospectum esse conatur Sacrorum Conservationi, Profanorum commodorum securitati, Legum ac libertatis indemnitati; et Antemuralis istius totius Christianitatis utilitati. Continet autem Regia Instructio talia puncta.

1. Qui Scytharum Donaria retenta Anno praeterito ad Annum praesentem per quos modos, et unde sunt congreganda; quae efficiunt annuatim Centum Millia ac quinq. Floren. Polonicalium. Ad quae recipienda submissi sunt Legati ab eodem Duce. Tum an cum eo Duce sit confirmanda societas armorum ac animorum.

2. Exercitui Stipendia tam Polonae quam Lithuanicae Gentis, de quorum retentis querulatur saepius, per suos [illegible]; quando et quibus modis sunt indubitanter ac indilate reddenda.

3. Ad Commissionem Ostrogiae cum Tataris eundam, an Commissariis Legiones addendae sunt valoris maioris securitatis ergo, quum Castrorum locationem moturi sunt Duces ac [illegible] ad Campos Trembovlenses.

4. Expensae factae per Marschalum ac Ducem supremum Regni in fidem Reipub. ob Scytharum invasionem mitigatam, quibus modis eidem sunt restituendae.

5. Homagii reddendi tempus per Ducem Brandeburgum expediendi quando assignandum; et ratione Capitaneatus Drahimensis amissi quomodo procedendum.

6. Ad revisionem Pactorum Pomeraniae, aliarumq[ue] Regionum, Deputati sunt.

tati sunt ordinandi. Officialesq[ue] Regni destinandi, ad excipiendum Juramentum fidelitatis tam à Gedanensibus, quam ab aliis Anseaticis ac Prussiae Urbibus.

7. Monetae reparandae Methodus declaranda, et in emolumentum publicum Reipub. conversa tractentur cum limitaneis Provinciis. Utq[ue] pretia rerum in immensum valorem exaltata, ad justitiam redeant ordinationem.

8. Nobilitatis expeditio publica, sitne movenda per totum Regnum innotescentiam: an vero loco huius Expeditionis, augendus sit Exercitus Palatinali ex Laicis dubile; an conscriptio extraordinaria procuranda et quibus modis.

9. De restitutione Palatinatus Kiioviensis aliorumq[ue], quomodo progrediendum. Tum reparatio Kamenecensis et aliorum Fortalitiorum per quam nam accelleranda. Item qui ad Legationem Moschicam erit deputandus.

10. Summae Dotali assignatae ab Invictiss. Imperatore Romano quo modo providendum per assecurationem Reformationis constituendae in personam Serenissimae Consortis nostrae. Tum quae bona Reformationi subiicienda. Item Coronatio an possit Varsaviae per assensum totius Reipub. celebrari: quandoquidem ad partes Russiae pacificandas sit attendendum. Insuper an Malevolorum animi per viam Amnistiae Universalis sint invitandi ad unionem animorum et factionum proiectionem.

Haec igitur tractanda et concludenda DD. VV. proponit Serenissimus Rex: qui non segnem in Repub. conservanda adhibens sollicitudinem Officio suo vult praevidere et providere omnia. Juxta illud inventum non e Callimachi aut Machiavelli officinis depromptum Symbolum; Stantis Sceptri, non carentis inoculationem cum Lemmate. Subditis praevidet et providet. Unicam reputat Serenissimus felicitatem suam, dum moderatur liberas Gentes, in quibus quot sunt Senatores prudentissimi, quot Officiales vigilantissimi, quotquot Capita Nobilia fidelissima numerantur, tot Sceptri sui Oculos existimat providissimos, praevidentes et providentes, ne quid detrimenti Respub. capiat. Quocirca bene animatus est Serenissimus de VV. Dnorum Consiliis, ad quae tractanda invitans, aperit suam inclinationem, subscripturus eorundem Consiliis ad perennem ac solidam Conservationem Legum, Regionum, Fortunarum, totiusq[ue] Populi, etiam vitam propriam consecraturus Deo ac Patriae carissimae, augmentis futuris. Reponit itaq[ue] in sinum VV. Dnorum non privata sed publica desideria; ubi propriorum emolumentorum oblitus, atq[ue] privatarum injuriarum non conscius: satisq[ue] remedia salvandae Patriae Sibi expostulat suc-

cessibus quam prosperrime desiderati: cupiens primis diebus Septem-
bris cum Nunciis Terrarum Deputatis colloqui uberius.
Receptis itaque Instructiones, per Terras ac Palatinatus, articulis suis
sunt firmatis. Nunciique ad Comitia Generalia Viri Graves et exercitati
assignati, cum facultatibus Palatinatuum ac laudis, conclusis.
Interea directus à Rege in Pomeraniam Regni Procancell. Eques Culmen-
sis, et ab Ordinibus Civitatum Regiarum fidelitatis iuramenta exciperet.
Is Gedanum veniens, tali ad eos usus est Alloquio: in Urbis Praetorio.

Nobiles Domini, Spectabiles et Famati Viri

Ponit feliciter pedem in Regia Gedanensi Urbe Michael Rex, atque
hunc portum fidelissimae stationis has dedecori clausas honesto paten-
tes portas, haec moenia nullo devictus fidei temerata contactu; hoc
innocens primaevique sacramenti et antiquae virtutis retinens Forum, Prae-
torium, Comitium, vicario per me adventu libens lubensque ingreditur. A
Gentilitia sua Luna Stellisque nomen et splendorem iam mutuatus, iisque no-
ves suos vim deducit, et prosperante cursu simulque benefico influxu Re-
gni sui membra invisere, Coronati capitis lucem ubique ferre, noctem nationum
difficultatum inquinis desinet, ac Regium vel maxime existimet. Quod Roma-
nus ille de sua Africa, idem non minus rectè dat. Regia Mtas. Dig-
nusque Clementiss. iam nunc usurpat. Teneo te Prussia, cum Civitates dea-
tores opibus amplas, moenibus validas, dignatione eminentes, aedificiis
publicis privatisque magnificas, Incolarum copia et cultu elegantes, non iure
duntaxat et titulo, sed Ingenii velut manu et potestate Regia appre-
hendit. Sed praecipuam curam et affectum Regium in se vertit Urbs Ge-
danum. Sydus Borussiae Gentis, Hyperboreique Regina coeli. Ut Polo-
nus haec de vobis canam: quam ubi semel venerabile Numen intra-
vit Fidei, vestigia nulla retrorsum, abeuntes aut aversa, spectare vel
legere potest orbis. Viget vigebitque in fama Gentium, in aeternitate tem-
porum, Constantiae Vestrae immortale exemplar, cum in oppresso un-
dique Poloniae Regno omnia pro praemio et praeda hostes haberent,
vos non dubitastis publico praecipitio, animos, fortunas, corpora suppo-
nere Principem et reliquam Regni fortunam in sinu Urbis fovere, lasso
et fracto militi opem operamque commodare, postremò vilius cuncta
habere, quam fidelitatem non habere. Nec dum plane acta Leonis
occulti cuniculi aut aperta machina subfoderant, quibus haec non Ci-
vium Curia, sed Fidelitatis Templum petebatur, impetebatur. Vos-
que callidum pervicit aurum; Nec dolosi fulmina blanditiaeque belli.
Sed haec, aliaque laudum vestrarum encomia prosequi, alius uberior co-
pia et otium sit: mihi interim mandata Regia, et Legationis nostrae sum-
mam, dicenda exequi Regium negotium est. Differri ultra non oper-
tet pre

erat praestandum publicè à Nobilibus, Spectabilibus, Famatis Dnoi-
bus Vestris Fidei et Subiectiõis debitũ Juramentum: quod prius libenter
et publicè Sac. Regia Maiestas praestare non distulit cum peracta Electiõne
Varsaviae, mox Solēni inauguratiõis Cracoviae ad Sacras utrobiq' aras solenni ritu
in Jura libertates privilegia Universi Regni Provinciarum, Civitatum Sanctè
iuravit, atq' privilegia Vestra Regia manu et Regni sigillo clementer munivit
et tranquilli ac florentis status securas Dnes Vestras effecit. Quod igitur
laetum et gloriosum Sac. Regiae Maiestati quod amplissimae isti Civitati felix
auspicatum et salutare eveniat, hoc agite Senatus Populusq' Gedanensis, et devo-
tos devinctosq' Regiae Mti Dnēs Vrae animos magis etiam more Maiorum fir-
metis Fidem indubitatam licet religione sacramenti Regi et Regno arctius
obstringatis. Hoc ego dum Nomine Sac. Reg. Mtis Dni mei Clementissimi à
Nobilibus, Spectabilibus Famatis DD. Vrs requiro, eisdem Gratiam et Clemen-
tiam Regiam Jurium Privilegiorum Immunitatum integram conservatiõem
publica Commissionis meae authoritate adpromitto.
Quam Legatiõem Gedanenses Cives debito honore acceptaverunt atq'
Juramenta Fidelitatis ac Subiectiõis expleverunt: donariis oblatis tam
pro Serenissimo Rege quam pro Reverendissimo Legato. Aliae Civitates se-
cutae exemplum Gedanensium, idem Juramentum expresserunt.
Sub istud tempus confluxerant ad Castra Primarii Exercitus Legionarii
una cum Supremo Duce Exercitus Sobiesio, qui Consilia bellicae ac do-
mesticae tranquillitati insidiosa, tractaturi sunt, praemissis sumptuosis Con-
viviis, in quibus Militum animos permovere satagebant, et ad suae in-
tentiõis pertrahere adnitebantur. Ast Milites publicis sermonibus pa-
lam circa Convivia loquebantur. dapes, epulas pocula non efficacia val-
quam ad Patriae perniciem aut proditiõem remedia comprobanda; qui-
nimo arma contra Proditores sumenda concludebant. Quare remis-
sius actum circa sollicitatiõem eorum qui factionibus adversos se de-
claraverant, arcanaq' magis Consilia agitata, quam publica, metu
Militiae discordantis à sensibus malevolorum. Ast Legati Exercitus in-
ducebantur ad Relatiõem faciendam conquestuam ex parte Vicecan-
cellarii, quasi contemptim ab eo tractati fuissent; adhibitis invectivis
contra Exercitum. et per viam Relatiõis huiusmodi daretur Campo lo-
quendi contra Regem ac Officiales Regni addictos Regi. Multa etiam fin-
gebantur per Malevolos contra Regem et contra Procancell. Regni pariter
contra Parium Cancell. M. D. Lithu. atq' contra Bracinum Marschalcum
Curiae Regni: et contra Demetrium Ducem Wisniovec. Palatinum Belzensem
Exercitus Ducem Campestrem: qui ad Castra non descenderat multiq' eius
exemplum sunt secuti, ne occasio daretur tumultuum augendorumq' diffi-
dentiarum. Quinimo ad Commiss. Kosaciam descensurus erat nisi in-
tellexisset Kosacorum contumaciam apertam ad eam expediendam: si-
quidem protractam effecerant ad primos dies Septembris.

Augustus.

Porro Castris translatis, factaq· transmigratione Exercitus ad Campos
Trembovlenses, pertracti tamen Milites ad Vinculum seu Confoederationem
ineundam, sub Titulo specioso Convulsarum Legum et Libertatis Polonae.
ad quae reparanda, elegerunt Protectores ac Promotores, Marschalcum
et Ducem Supremum Regni: Palatinos Vilnensis ac Russiae: Notarium Cam-
pestrem Exercitus Vexilliferum atq Excubitorum Regni, ut praesentes in Ca-
stris, aliosq absentes, inclinatos ad iuvandam Patriam pro publico bo-
no augendo ad idem Vinculum accursuros. In quam Confoederationem
sigillatim, Juramentum praestiterant universi Milites eiusmodi.

Ego N. Juro Deo omnipotenti in Trinitate Sacra Uni, Beatissimae Virgini
ac omnibus Sanctis, quod ex nulla coactione aut privato respectu istud
Juramentum expleo: sed videns Jura Convulsa, et Libertates Polonorum ad
ruinam declinantes, quarum nulla subsecuta in Comitiis transactis re-
paratio, ductus zelo boni publici, motusq libertatis et praetensionum stipen-
diorum Militarium non persolutorum, liber ut liber Nobilis, Sanguinem
substantiam meam offero, ad reparanda ea, quae ex ordine Legum patri-
arum sunt convulsa, assumptis Protectoribus supra specificatis, tam prae-
sentibus, quam absentibus, qui periclitantem Patriam iuvaturi sunt no-
bisomniq· sensus ac consilia iuncturi, ad publicum bonum promovendum.
Quare subiicio me iurisdictioni ac observantiae Supremi Ducis, quae illi
ab antiquo competit, atq pluribus legibus approbata est, sub qua non tan-
tum manebo; sed sub eadem sanguinem meum fundam, omnium authorita-
ti Legionariorum ac Superiorum parebo: obligans me Castra non re-
licturum tamdiu, quamdiu depositae Libertates, Jura, immunitates, a Ma-
ioribus nostris fortibus Heroicis actibus acquisitae, ad suos antiquos
non redibunt Cardines et quamdiu Authoritas, Honor, Ducis Supremi
atq Superiorum potestas, totiusq Exercitus observantia, ad integra non
deducentur iura; insuper quamdiu Exercitui Stipendia tam Polonis quam
Exteris Militiae, non restituentur integra. Quod Juramentum firmiter sta-
tuo tenendum, sine restrictione mentis, sine interpretatione ulla, nullo re-
spectu habito persuasionum, corruptionum, metus incussi, minarum, polli-
citationum, assecurationum; a quibus omnibus alienus constanter unum
idemq cum omnibus sentiam agam, adnitar, sub severis Periurii poenis
usq ad punctum realis in omnibus satisfactionis. Quod si aliquid si-
nistri rescivero, sive in officiali Cohortis, sive in Collega meo; illud ipsum
deferam Superioribus meis, nullasq privatas conferentias lingua aut scri-
pto inibo nocituras Exercitui ac praetensionibus eius communibus, absq
expressa Ducis mei aut Praefecti licentia. Mandatis omnibus Ducis
Supremi parebo, contra omnia pericula Patriam afficientia prodibo li-
bentissime; in quantum extremum malum imminerit Reipub. vitamq meam
periculis

periculis obviam. Quod si contra nos omnes, et contra Jura Conuulsa, hostes boni publici insurgere attentauerint contemptis Meritis Quos nostri, ac totius Exercitus ieiunis abierint, sanguini meo non parcam, iungamque manus Sociis meis, mutuis Matris pericula repulsuros, ac publicum bonum promoturos: usque ad realem satisfactionem Legum, libertatis communis, Meritorum stipendiorum, Honoris Juris supremi, debitam compensationem. Ita me Deus adiuuet, eiusque Passio Sanctissima.

Pariter Senatores praesentes in Castris, aliique Exercitus officiales ad diderunt Juramentum tale.

Quandoquidem Exercitus non in destructionem Reipub. mutuum inter se expleuit Juramentum; sed in restitutionem Conuulsorum Jurium et Libertatum nostrarum Patriarum, conclusserunt firmam Confoederationem, meque et alios Senatores Regni, tam in Castris praesentes, quam extra Castra Salutis publicae Curam habentes in Protectores elegerunt. Ideo Ego N. videns euidentem Jurium et immunitatum Patriarum ruinam, adeoque patriae euidens imminere periculum animaduertens, mutuo Juramento obligo meam Conscientiam, quia omnia Jura ac immunitates Libertatis Polonae promouebo, ac protegam omnibus viribus donec satisfactum fuerit Juribus publicis, conuulsis libertatibus, Meritis, Honoribus, omnibusque Exercitus praetensionibus. Post quam satisfactionem realiter completam, paratus ero ad defensionem Reipub. ac Sac. R. Mtis tuitionem accedere cum obligatione omnimoda, officio meo correspondente. Ita me Deus adiuuet. eiusque Sacra Passio.

Talibus inuentionibus minus veritatem palliatam virtutem offerentibus, ad iuuandam Patriam. Quam Deus conseruabit absque ingenio malevolorum, diuersisque Consiliis impositis cum Juramentis agitatis. Quorum dedit occasionem talium agendorum, quos magis Rempub. perturbatam possent efficere; Deo uniuersa inacata et machinamenta vidente ac ad tempus dissimulante. Verum Nobilitas edocta de talibus iuramentis, attenturam se declarauit ad talia rerum momenta, in eiusque modum et pro Gratiis Comitiis futuris, armatas manus adhiberet, non passura tam execrandas factiones crescere in immensum.

Accessit ad communem pacem a Deo impetrandam, Gratia Sacri Jubilei, per Christianitatem Orbem celebrandi, a Moderno Pontifice Clemente X. qui in decursu Mensis Aprilis denunciatus Papa; annum Aetatis Octuagesimum superans Romae originem trahens de Familia Alteriorum Aemiliani nomen habens, assumpsit Antecessoris Clementis sanctimoniam et humilitatem. Is dum Junior esset, ob insignes animi dotes, raramque eruditionem, obibat Nunciaturas

munus in Neapolitana Regione. Audientiamque tractabat in Polonia Sigismundo III. Regnante. Prelatus fuit Domesticus trium Pontificum, Urbani Innocentii et Alexandri VII. a quo Secretarius Congregat. Rituum erat creatus. Clemens IX. ante fata Cardinalium Ordini eundem adscribendum, qui vix quinque mensibus purpura Cardinalitia nitens singulari suffragio Spiritus Sancti ad Papalem dignitatem est evectus ultra omnium cogitationem. Magnis enim laboratum erat dissensionibus in Conclavi Cardinalium, ac Principum diversorum, quorum consistit respectibus, electus iste quam Deus electum esse voluit. Is revocavit Nuncium Galliarum ex Polonia, eumque Secretarium Status promulgari curavit, cum spe ad altiores gradus ascendendi.

Interea Rex Michael, invitabat Senatores per literas privatas Ecclesiasticos atque Seculares ad Comitia Gratia primis diebus Septembr. inchoanda: ut iunctis Consiliis cum Rege operarentur circa Statum Patriæ in tranquillo collocandum, quandoquidem proclamatæ factiones in altum surgere inaudiebantur. Quarum Officinam malevoli Galliarum Regis Curiam compellabant, ast a Rege Galliarum Nuncius advenerat cum obtestatione, quod Rex Gallus, nullum genus factionum promoveat, quodque in Poloniam Cohortes armatas dirigere non cogitet. prout malevoli circumferebant.

Judæi Viennâ pelluntur.

In Austria Judæi Viennenses tandem e suburbio Judaico pulsi sunt, ob Anni præteriti machinationes per venefitia, contra Sanitatem Imperatoris; tum ob pullam Christianam, in venis confossam tyrannicam execationem. Qui Anno præterito omnino erant pellendi, sed magnis instantiis tandiu sunt tolerati, donec Christiani pignora sua ab iis recuperarent Mercatoresque sua patrimonia restituta haberent, et debita contracta per Judæos exsolverentur. Quare Die 17. Augusti solennes Gratiæ peractæ in Ecclesia PP. Carmelitarum Discalceatorum, Concione adhibita per Episcopum Viennensem, cui præsens aderat ipse Imperator cum tota Curia. Ast Ebræi processerunt in vicinas regiones, multique recursu facto in Poloniam, per dissimulationem Jurisdictionum, sedem firmam sibi locaverunt.

Subsequentes eo Mense pluviæ copiosæ ac vehementes, ob quas Messorium tempus impeditum erat, frugibus putredine corruptis, Oeconomica cura vilescebat, granaria in grana deserta et non exsiccata aquis madebant. Ob eam iniuriam coelestem, Caristiam incurrentes in fœno ac stramine acquirendo sentiebant, pecoraque ob defectum pabuli competentis, et autumno et hyeme necabantur, magno damno pauperiorum hominum. Nec tamen solam Poloniam invaserat hoc malum, verum et Valachia, Moldawa, Hungaria senserunt calamitatem persimilem, ob pluvias continuas, quas inundationes grandes terminarunt.

Ast in Russia Montes spaciosi divulsi in abyssum sunt proiecti; quibus subversis aqua augmentata Stagna Russiæ sive spaciosa implens, aggeres transiliebat ac ruptis eisdem, pisces per campos et prata vagantes a [illegible] industrie capiebantur, de quibus multi ad alveos et fossas fluviorumque revertebantur.

Ad primos

Ad primos dies Septembris, delatae Româ Innocentianae Lrae Jubilaei
Sacri, singulariter Poloniae gratiose concessi. Ut Tempus Comitiorum Gratia- Jubilaeum Extraordinarium.
rum instantium successum sortiretur feliciorem. Quam Gratiam tota Polo-
nia gratissimis excepit studiis: Quarum significationem insistens devotioni.
Destinatum erat ad initium Septembr. Ostrogiam initium Commissionis cum
Kosakis prosequendae, quae de tempore in tempus prorogabatur artibus Ko-
sacorum, motus internos Reipub. praestolantium. Sed quia Exercitum in
castris proximiorem habebant ad eludendam gestam fidem suam, acces-
serant ad actum Commissionis, sed divisis animis, aliis Kosakis ad actum
non descendentibus.
Aderant isti Commissioni designati a Rege ac Repub. Deputati iam exacto
anno post Coronationem Regiam, negotium retardatum cupientes feliciter
peragere; nempe Stanislaus Casimirus Bieniewski Palat. Czernichovien: Bo-
huslavien. Kossowensis Capitaneus. Joan. Franciscus in Lubowla Lubowiecki
Castell. Wolhyniae, Punicen. Lipnicen. Capitaneus. Joannes Piasoczynski Ca-
stellanus Chelmensis. Georgius Mariecki Dapifer Kiiowiae. Stephanus Piaso-
czynski Braclav. Sinien. Capitaneus. Ad quos venerant Deputati ab
Exercitu Zaporowski Kiiowiensi, quanquam admodum tarde: Seme-
nus Bohatenko, Romanus Matuli, Joannes Puttawec Commissarii Exer-
citus Regii Zaporov. Kiiowiensis, atque Andreas Taracenko Notarius
eiusdem Exercitus Zaporov.
Ad cuius Commissionis fundatam iurisdictionem, postulata olim facta in
Martio ac Aprili, Varsaviae ordinata, resumi petebant, quae iam per Le-
gatos ad Sac. Reg. Mtem missos gravata erant in Comitiis Coronationis
prostratis Nunciis Exercitus Zaporov. Kiiowien. vide Jackone Jaroszenko, Commissio cum Cosacis
Joanne Zamiska, Stefano Bisty, Vasilio Olexenko, fratre eorum fonte, qui
ad pedes Regios prostrati, uti Dni sui Naturalis supplicabant, ut per de-
bita Commissionis remedia, ad paternam ac Regiam Clementiam admitte-
rentur, subiectionem suam in eum testatum. Ad quae postulata Commis-
sarii Regii accessuros se declaraverunt examinanda et decidenda; cum ea
assecuratione, quod in proximis Gratiarum Comitiis, per legem constitutam Gra-
tiam et Clementiam Regiam, cum assensu ordinum omnium essent adepturi.
Quocirca ad seriem Postulatorum progressum est, super quibus decisio fa-
cta per DD. Commissarios eiusmodi.
1mum. Religio Graeco Russica antiquis Juribus, Privilegiis, Constitutionibus Regni
firmata ac privilegiata, cum omnimoda securitate rituum et libertatem Postulata Cosacorum.
conservabitur.
2dum. Monasteria, Templa, aliaque Graeco Russici ritus aedificia devotioni
tractandae subiecta, in omnibus bonis, in quibus Dominium et Potestas Regis
protenditur: tenenda possidenda pacifico usui traduntur.
3tium. Authoritas, Jurisdictio Metropolitanum, Episcoporum aliorumque Spi-
ritualium in eisdem permanebunt Juribus, in quibus fuerant ante seditio-

nes ac bella mota, nullaq[ue] eorum immutatio permittetur.

4tum. Libertates Exercitus antiquae non tantum respectu Religionis Graecae, sed etiam respectu bonorum immobilium, praediorum, villarum, manebunt eaedem, quales olim fuere determinatae sine ulla diminutione.

5tum. Judicia ne multiplicentur, iuxta postulatum Kozacorum, in compendium ac processum summarium reducentur, ut duo Judices tantum iniuriati aut inculpati querelas et causas cognoscant, decidantq[ue] totaliter.

6tum. Viduae Maritis orbatae, eadem libertate gaudeant in bonis derelictis, qua Mariti gaudebant. Si vero Vidua transibit ad alia vota, gravis Kosacii, iisdem iuribus utetur.

7mum. Electio Ducis Zaporov. iuxta postulata in locis privilegiatis more antiquo fruetur, ita tamen ut Electus Ductor, à Regia Maiestate requirat Confirmationem et benedictionem, praevio iuramento fidelitatis cum Legionariis et Senioribus Exercitus. Qui Ductor non sibi usurpabit officii advitalitatem, ne sit gravis populo Kosacio supra potestatis suae habenas ideoq[ue] ad beneplacitum totius Exercitus Kosacii, vires suas accommodabit.

8vum. Supplicantibus, querulantibusq[ue] Kosacis, patebit semper via, ad Regiam ac Reipub. Gratiam recurrentibus.

9num. Amnistiae beneficio universi fruentur in perpetuum: absq[ue] ullo pallio vindictae aut animadversionis.

10.mum. Juxta vincula Juramentorum praestitorum, Exercitus universus, ab eodem tempore peractae Commissionis, recedet immutabili affectu ab omnibus protectionibus Monarcharum Exterorum; et abnegabit coram Deo et toto mundo quaesitam protectionem.

XI.mum. Nullas Legationes absq[ue] scitu Serenissimi Regis, aut Ducum Regni Exercitus, à quibuscunque Exteris Dominis acceptabunt, aut easdem ordinabunt, mansuri in fidelitate et subiectione tranquilla immutabiliter, erga Sac. Reg. Mtem atq[ue] Rempub.

XII.mum. Contra Hostes Regni, atq[ue] M. Duc. Lithu. ex ordinatione Ducum Regni cum apparatu militari procedent sine tergiversatione, sub signis iis, quae à Reipub. ac Regibus tradita habent exemplo suorum Maiorum, qui inviolata promptitudine hostes Religionis ac Regnorum Catholicorum forti aggressione superabant, et à Regni limitibus strenuè depellebant.

13.mum. In posterum cavebunt à seditionibus, factionibus internis, (quas Deus removeat) si vero quispiam factiosus deprehenderetur suadens rebellionem aut machinans aliquas, contra fidelitatem tot iuramentis firmatam; talis ex nunc uti hostis publicae securitatis apertus eradicetur, et à consortio vivorum supplicio ferali separetur.

14.tum. Ut autem Exercitus Zaporovianus, magis libertatibus et Gratiis Regiis atq[ue] Reipub. abundare possit, Decrevimus in perpetuum. Quia in

Bonis

Bonis, villis, praedijs, aedibusq Kosariis, Miles Regni nunquam consi-
stativas, aestivas ac hybernas habebit; ne aliqua occasio superesset iniuri-
arum, vexationum, ac violentiarum; idq sub poena capitis irremissibiliter
amputandi contra invasores aut transgressores istius puncti.
Quae omnia ac singula puncta confirmabuntur in proximis Comitijs Ge-
neralibus, dummodo Hungi Kosarii debitam instantiam fecerint Appro-
bationis terminandae. In quorum robur ac perpetuam memoriam, Nos
Commissarii, tam ex parte Serenissimi ac Reipub. Utriusq Gentis designati,
quam ex parte Exercitus Kosarii, per Legatos et Commissarios Zapo-
rovienses Deputatos hanc Commissionem subscripsimus, ac sigillis nostris
munivimus. Actum Ostrogiae die Calendarum Romanarum Septembr.
Anno Dni 1670.

Tandem ad incidentem diem 14. Septembr. Comitia Generalia Varsaviae
successu dubio erant inchoata; ob absentiam Procerum Nuntiorum, qui — Initium Comitiorum.
praesentiam Castrensibus deliberationibus prorogandis adhibuerant. At-
tamen in spem boni eventus omnia praeliminaria tractata erant. Electo in
Marschalcum Equestris Ordinis Stanislao Lubomirskio Regni Da-
pifero, Sepusiense Capitaneo, viro ad mulcenda pectora malevolorum a-
ptissimo. Qui alloquio erudito ac prudenti usus est, circa Salutationem
Regiae Mtis. Progressum itaq ad tractanda, quae iam plane habeban-
tur dense superioribus duplicibus Comitijs agitata; recentibus nego-
tijs accedentibus ad publicam deliberationem.

Quia vero publicis sermonibus Coniuratio Malevolorum, atq Exercitus Re-
gni tacita conspiratio spargebatur; deducebantur omnes rumores con-
tra, et ad divisionem animorum fraternamque coniunctionem infensi;
ut in communi motu Reipub. consilia, ambiguis eventibus miscerentur.
Laboratum itaq a plerisq bonarum partium Senatoribus ac Nuntiis Ter-
restribus, ut ante omnia opiniones perversae praeirentur, ac ad remedia
tranquillitatis publicae descenderetur. Cuius consequendae gratia Pro-
Cancellarius Regni Propositionum Puncta, conformia superioribus Comi-
tijs promulgavit.

Adivit etiam Primas Regni Prazmowius, qui ingressus Senatum, rigi-
dam adhibuit salutationi Regiae allocutionem, talibus utens.

Progenitus in hac Reipub, de vetusta et aequali Gente Nobili cuilibet pari, — Primas Prazmovius Regi suam displicentiam aperit.
per gradus honorum usq ad modernum provectus, didici libertatis stylum,
nec desueveram ita sentire, uti natura libertatis docet, quaelibet dicere quae senti-
as. Quo sensu, uti mihi auguror, non offendam Maiestatem Vestrae Regiae Ma-
iestatis Domini in ea libertate Patriae nati et educati, et ex hac qualitate
in eo Solio Regio collocati; ob quod facilius Vestra Maiestas Regia absq
ulla molestia, meo sermoni libero indulgebit, salua per omnia reverentia
et veneratione Vrae Regiae Mtis, quando exiit edictum a Vra Maiestate
pro libertate loquendi ac consulendi, quam innata aequanimitas Vrae Mtis

adhiberi permittet. Stringor proferre ea, ad quae sum provocatus, occasione
lectarum litterarum mearum, quas non erubesco, neque nego scriptas fuisse.
Non est hic per Dei gratiam strepitus calami et ingenii, fuerunt quia non
in foro contentioso constitutus sum, utpote iudicio subdito qualis ego sum
in litem cum Maiestate descendere. Scripsi non tamen eas unicas ad
Palatinatus Siradiensis DDnos Fratres ac Collegas meum et ad alios
Maioris Poloniae Palatinatus ad Conventum Sredensem per Metropolita-
num Canonicum meum; quas litteras, propter ruptum Conventum ob in-
fortunium Magni Senatoris accedens, dum exhibere non potuit, tunc au-
thenticas reddidi, de loco opera depromptas Dno Capitaneo Bolechowi-
censi in praesentia aliorum DDnorum Fratrum Zrinam ad me convenientium
qui ex Conventu Sredensi advenerant. Non aliae litterae erant, et quae-
dem non ex odio aut temeritate, testor Conscientiam, scriptae, sed ex obligatio-
ne per iniunctum mihi non semel in solio Sacramentum Iuramento ob-
firmatum: Si quid nocivum scivero, aperiam: Quare in ipsa veritate
fundans meam relationem, agnosco eas litteras fuisse, et paratus sum
amplioribus argumentis non inanibus fabulis easdem elucidare, si indebi-
tus necessarium.

Obiicitur Regi Iuramentum factum cum restrictione mentis

Caput Epistolae meae principaleque punctum fuit, licet non in primo loco
positum, quod praevia submissione Vestrae Regiae Mtis prologuor; Iura-
mentum Vestrae Maiestatis super Pactis Conventis, cum restrictione mentis
factum. Sufficit mihi ita me fuisse certificatum delicata Conscientia ac in-
genuitate V. R. Mtis, quae praecipue Regibus connaturalis est, idque negari
non potest. Expresse idipsum in ore suo gestans ad Actum Coronationis
V. R. Mtas protulit, dum e manibus meis indignis hoc Regii Capitis
decus V. Mtas accepit. Commemoratum esse volo, cum DD. Dissidentes
circa Actum Coronationis murmur efferebant, quod ipse contrarium iu-
ramentum protulerit esset, haec verba V. R. Mtas expresse protulit, iuro
cum restrictione mentis. Accedo ad ipsum Altare accedens, quando Diade-
ma Regni Poloniae imponebam Capiti Vrae Regiae Mtis, locuta ad me di-
recte V. Regia Mtas, quia cum restrictione mentis iuro. Talique facto cu-
mihi videtur, laxata est Conscientia, sub tali relaxatione Iuramenti.
NB. quod Restrictio mentis Pacta Conventa non suasit re-
Deduco id ab effectu: quod Restrictio mentis Pacta Conventa non suasit re-
tinere. Quod factum est contra expressa Iura, quae inhibuerunt Regibus
Dnis Nostris, inscia Repub. Pacta vel foedera publica, multo magis priva-
ta concludere. Admissus primusque actus contra Pacta Iuramenti, Vinculum
cum Duce Brandeburgo inconsulta Repub. per acceptationem Velbent au-
ri. Non existimet Vra Maiestas, instrumentum istud, quod in pectore ge-
stat ludicrum esse: Iuravit enim Maiestas Vra Vasallus Ducis Brande-
burgi attendere interessis, cum vindicare iniurias Domui illius illatas; ad-
promisitque cum praeiudicio Gentis nostrae liberae Gentis liber creatus Dominus
suique iuris Monarcha, alieno iuri obsequi; de quo iure pertinebat scire toti
Reipub. Possent mea verba quispiam interpres impedire: practicatum id fuis-
se ab Antecessoribus Mtis Vrae. Fateor et non nego. Quia cum eo iure ac-
cesserat ad Nos

#

Afferat ad Nos Domus Jagellonica. Inde tamen observatum à Re-
gibus Magnae Memoriae Vladislao et Casimiro, licet fuerant ea fraternita-
te insigniti, tamen liberi erant ab ea lege iuramenti ac obligationis ta-
cita Reipub. dispensatione accedente aut inhibente. Admissus secundus A-
ctus Matrimonialis, Varsaviae statim post Electionem tractatus, conclususque
fuit negotium per Monachum Sylvarum, ignorante me et aliis, quanquam
protunc adfui praesens Varsaviae. Insertum erat punctum istud Pactis Con-
ventis, appello fidem totius Reipub. circa Electionem scriptum; ne ad Matrimo-
nii leges Vra Maiestas descendat. et ob eam clausulam tractatus relictus
erat ad Comitia Coronationis. De quo puncto erant articuli Palatina-
tus Sendomir. atque in terra Stabinensi Chelmensi. Quare constabat Vram
Regiam Mtem manere instituto antiquo Jurium, atque ex Senatus Consulti deci-
sione consortem accipere, non spretis Consiliis ac Voluntatibus nostris.
Certum quidem fuisse inductum punctum propositum ad nostra Consilia
per Rmum Procancellarium; quod Vra Maiestas habuisset inclinationem ani-
mum ad Serenissimam Archiducissam modernam Reginam nostram:
sed pace dixerim, consultos fuisse Pontifices in ludibrium. Sedebamus
viginti duo Senatores, qui personam approbavimus, quia ex hac Domo
Augustissima prospera fluebant Regum incrementa. Attamen expecta-
bamus non praecipitanter progredi in eo Actu, donec prius praemissa tra-
ctatio, in aream Reipub. producta fuisset. Quare alii diverse sentie-
bant, alii totaliter dissuadebant praecipitantiam adhiberi, allegantes non
contemnendas Maiorum nostrorum considerationes, quas ex intentione se-
natus deducendas erat in deliberationem maturiorem V. R. Mtas. Ea enim
est vis ac natura Consilii Senatus, ne Mtas Vra concludat totaliter id
quod in affectu residet nisi placita Senatorum conformia efficerentur.
Tunc autem factum secus. Praestolabamur triduo, convocari nos, pro expe-
dienda deliberatione; non potuimus accedere quia non sumus vocati.
Tandem Conclusum paucorum arbitrio absque nobis, et quidem in Con-
clavi; quod erat expediendum cum scitu et assensu omnium praesentium
Senatorum. Directus igitur Rmus Procancellarius pro concludendis Pa-
ctis Matrimonialibus. Vellem doceri qua authoritate? quo Senatus Con-
sulto? quando concepta Instructio? sigillata cum sigillis ac Membra-
nis extra limites progressus? qua de re cum per me scrupuli erant in-
sinuati, Rmus Dus seduci voluit; ante cuius deductionem reditum se
inhibit, exemplum trahens Pretorbski quondam Legati.
Admissus tertius Actus. Juravit Vra Mtas quotannis provisionem
se daturam, Antecessori suo Regi Casimiro. Dno et Benefactori suo;
esse in effectu iuramentum? minime. et adstringatur iste Dns egens ac
errans in partibus exteris, cum pudore Gentis nostrae famulari.
Adhaec obligatur Juramento Mtas Vra restaurare Kamenecense fortali-
tium? huiusque nec Architectus, nec faber muranus directus est.

Obiicitur matrimonii: umpharie conclusio statuum initum

Obiicitur quod pensio Regi Casimiro non solvatur.

Caetera fano missa. In his tertio, nihil inane commemoravi. Si Vrã Maiestas vterer negatione, quae dixi testibus comprobato, qui non desunt in hac amplissima Civium Coronâ, qui eadem de ore Vrae Maiestatis profluxisse affirmabunt. Iste praeceps hiatus Connubii, retinuisset Vram Maiestatem ad debita expedienda Duos Milliones, per quos Maiestas Vrã erit populo gravis, subsidia postulatura à Reipub. ad quos non tenetur. Necessitatibus Regiae Maiest. Vrae distincte provideri potest, per pauperem plebem; quae relevanda est non aggravanda.

NB. Objectio Pro: Cancell. Subscr: ta Subscriptio

Non levem impetum ad restrictionem meam dedit subscriptio Pacti Conventi Rmi Procancellarii his expressa verbis. Subscribo cum manifestatione contra certa puncta antiquis Juribus Dignitati et Utilitati Sac. Regiae Mtis contraria. Qui diligenter considerabit eam subscriptionem, habebit relatam esse portam ad laxandam Mtis Vrae conscientiam, et meam restrictionem. Sub ea enim clausula Dignitatis Regiae, intrat periculum Sanguinis Nobilitatis, eiusq dispensatio desperata manet, fenestras bonorum et iurium ad potestatem absolutam pertrahetur. Resolvet me nunc Rmus Procancellarius, unde antiqua Jura inchoari, ac terminari debent? ex quibus absoluti Principes dominati sunt nobis, sedum in tanta libertate consistitur. Assumpta Familia Jagellonica asservit nobis libertates iuribus circumscriptis securitatem, et successu temporis Juribus antiquis stat Respub. Polona. Quod si ex ratione utilitatis aut dignitatis Regiae, migrandum erit mihi de vita! tunc procedendum erit ad Hispanica pharmaca, aut terrorem inquisitionem! Reputo tale scandalosum Consilium. Iterato itaq supplico Maiestati Vrae, ne per meam istam iustificationem, avertat animum ac affectum a me indignum non transmoatarum. Alloquor enim eum Dominum, qui ex Inclytis Maioribus suis Patre ac Avo naturam libertatis aequabili animo tolerare debet. Nec metuo veritatem loqui, mea conscientia carissima iubente: non tamen cupio esse durus praemissorum Exactor; suasumus tamen ne Mtas Vrã per commissionem aut omissionem, aut ignorantiam procedat contra edicta in Voluminibus legum conscripta. In reliquo paratus sum testari qualibet oratione, quoad vita suppetet fidem sanctam erga Maiest. Vram, et debitam obsequiorum meorum submissionem. Quam et nunc offero ad mandata Maiest. Vrae exequenda Ut primus Consiliarius, et fidelis Mtis Vrae Servus.

Ad talem sermonem Castell. Cracou. Varsavius (intuitu Dissidentium quibus nunquam favet) replicare admittebatur, sed in ipso limine replicationis obrutus erat à Primate, qui prosilierat de loco Senatorio quasi plane abiturus; sed ab aliis Episcopis placatus rediit, et responsum Regium praestolatus est. Ast Consilio Regis iniunctum erat, ut omisso directo responso, suavia non irritativa adhiberentur verba: prout factum est.

factum est. Turbabantur plerique Senatores, et ipse Rex progressu sermonis, sed ne daretur occasio dissensionum publicarum augendarum, silentii remedium est adhibitum.
Inducti ab Exercitu Oratores in crastino: quorum Prolocutor erat Chelmski Augustanae Confessionis Miles. Is stipendia retenta Militiae vellet reddenda, ad quae persolvenda Commissarii deputati, ut Radomiae satisfactio expedita fieret. Vellet et Amnistiam dissidentiarum lege publica cavendam. Vellet quosdam ab infamia poenis liberari: adiectisque multa Elogia in personam Supremi Ducis Exercitus, cuius impensae factas in fidem Reipub. restitui instituit. Cuius puncta ad deliberationem mutuam Ordinum erant tradita, cum effectu restitutionis omnimodae. Ad quam persolutionem Tribunal Radomiae constitutum erat ad omnes Contribuentes et debita retenta exigenda; ab Anno 1658. plene ac integre ad Fiscum non importata. Ad quod negotium calculationis ac persolutionis Stipendiorum Militarium deputati erant Judices ex Senatu: Reverendissimus Stephanus Wierzbowski Eps Posnan. Magnificus Vladislaus Rey Palat. Lublin. Generosi Damianus Wierzbowski Chelmensis, Jacobus Zbąski Dobrzynensis Castellani. Ex Ordine autem Equestri assumpti erant alii deputati ex Palatinatibus ac Terris; qui in praesentia Ducum Exercitus ac Thesaurario Regni, praestito iuramento iuxta Const. Anni 1659 negotium expediverunt, solutionemque debitam pro iustitia ac meritis uniuscuiusque perfecerunt.

Quia vero diffidentiis ac dissensionibus laborare in hunc usque, ad quas etiam magna pars Exercitus pertrahebatur, securitasque Reipub. ab extra et ab intra vacillabat, consultum est publica Lege, ut Rex ac Status intersese diversi, pro bono Patriae iniurias omnes, suspiciones oblivioni traderent, pacem et securitatem omnibus firmantes sine pallio tradita. Quod si aliquis praeiudicium sibi factum in eo sentiens, vellet pacem perturbare, talis non merebitur oblivionem, quinimo contra talem ut hostem Patriae procedetur. Ad quarum diffidentiarum eradicationem, Confoederatio Statuum Reipub. ad Jura Maiestatis defendenda constituta, more Maiorum suorum, si in posterum aliquod Rex Electus ac Coronatus inierint, obligantes se defensuros honorem Regium, Fide ... conservanda, illibatos. Si vero contra Liberam Electionem Regis audebit consurgere quispiam, pro hoste Patriae ac perduelli iudicabitur, in cuius perniciem universi valebunt, assumptis armis Thronum Regium vindicarent. Pariter omnia Scripta praeiudiciosa Liberae Electioni qualitercunque et ubicunque formata ac procreata sunt cassata et annihilata. Ut enim Rex Pacta Conventa secundum formam Juramenti a Reipub. tradita, sincera non restricta mente iuramento firmavit, ita sane inviolabiliter in omnibus punctis retenturus est. Ne vero in posterum venirentur ad similia Scripta, quae occasionem augendi consistebant rixarum et seditionum tempestatem magnam, Declaratum erat per Regem, ut siquid in persona Regia laedat Jura publica, agnitum fuerit, liceat unicuique iuxta Const. An. 1609. adversus Regem procedere, et de non praestanda obedientia cum Statibus consulere.

Ob diversas Seditiones motas, post Electionem Regis fabricatas, tandem ad
Firmitatem Liberae Electionis deventum erat, eâ Lege constituta.
Universo Orbi Polono notum est, neminem posse evehi ad Solium Regni Po-
loniae nisi eum, quem concors et libera Electio Ordinum utriusque Status
eligendum, et Regno praeficiendum concluserit. Justificatur eam liberta-
tem Juribus Statutis, Diplomatibus Privilegiis obloquentibus. Quare non
vocatis in dubium antiquis Legibus, omnes easdem, suas approbatae.
non permittentes eas aut in sensu diverso, aut mutari, praesentibus tem-
poribus firmantes liberam Electionem Regum Polonorum, in Statibus
Regni et M. Duc. Lithu. atque Prussiam annexarum. Contra quam le-
gem toties per Serenissimos Reges approbatam, si quis Civium aut Exterorum
cuiuscunque Dignitatis aut praerogativae ausus fuerit insidiari; et super-
stite Electo et Coronato, electionem instituere vellet aut vivente valido
mira ad evertendum Regem, liberamque Electionem convellendam pro-
curaverit, aliumque ad Regnum ducere praesumpserit aut invitare, Ex
tunc deductis documentis, contra talem ut perduellem, procedet Respub.
eumque Processu Criminali condemnabit, adhibitis omnibus remediis tene-
ris puniendi. Item si aliquis per media illicita, Legibus Regni contra-
ria aut practicationes suspectas, conscripta foedera, intaminatam
Liberam Electionem spernens, ad Regnum aspirare intenderit, et imper-
tinenter corruptiones studeret, talis omnis pro inhabili ad Regnum re-
putabitur, declarabitur, ea lege perenniter observata.
Consulti quoque Ordines de Actu ac Loco Coronationis Reginae Serenissi-
mae Eleonorae, ut non Cracoviae suadentibus legibus ac praescriptibus
sed Varsaviae celebretur, authoritate Conventus totius erat dispensa-
tum pro hac sola vice, idque in favorem Regis, plurimas expensas
pro honore Regio facientis. Quare ad Insignia Coronanda Re-
ginae deportanda Varsaviam Cracoviâ, deputati erant ex Senatu
ad personam Thesaurarii Regni ac eorum, quibus Commissa cura e-
rat atque custodia. Commissarii Christophorus Rupniowski Sandecen.
Paulus Stokowski Osviecimensis Castellani; Ex Ordine Equestri designa-
ti erant Nicolaus Bykowski Capit. Zakroczimensis. Carolus Romanow-
ski Vexillifer Culmensis. Petrus Opalinski Capitan. Medirecensis.
Matthaeus Rypaski: Bogustaus Skessha Capit. Reciensis. et Constan-
tinus Wattanowski, quibus negotium datum, Insignia et totum ap-
paratum spectantem tollendi deducendi, atque post peractam Coronatio-
nem in integro reducendi et collocandi iterum Cracoviae. Quod iuxta
sensum Ordinum, erat completum. Tempore et Loco designato Coronati-
onis pro die 19. Octobris: durantibus Comitiis.
Progressum erat ad alia Puncta de assensu Ordinum concludenda: nem-
pe ad Hybernorum Militarium distributionem; à quibus tolerandis omis-

sa aequalitate

sa aequalitate ac proportione onerum publicorum plurimi liberabantur,
magno cum discrimine plebis depauperatae, bonorumque Regalium ac Spiritualium
summo praeiudicio. Attendendae ergò distributionis iustae ac aequalis ad-
dicti erant de consensu Ordinum Deputati ad Duces Exercitus; qui nul-
lam connexionem cum Exercitu habebant: et praevio iuramento, cum qua-
tuor Deputatis ab Exercitu, negotium Distributionis aequalis peracturi
debitam proportionem facerent, pro qualitate Cohortis Hybernorum as-
signandorum: exceptis tantum bonis illis, quae pro Exulibus erant de-
signata. Cui negotio tractando unà cum Ducibus ac Militiae Deputa-
tis denegatur tractatus per Manifestum ad Acta Leopoliensia indu-
ctum; quasi ob retardatum adventum Commissariorum qui determi-
nato tempore venientes, elusi infectis rebus discesserunt. Distributioque
ex placito Supremi Ducis facta multis onerosa et praeiudiciosa: quan-
doquidem, pro unius equi gabulatione hybernâ, molestissime exigebantur
Floreni 400. ad minus 300. nullo respectu habito Decisionis factae
per Supremum Ducem. Ad quam distributionem inauditae sunt iniuriae illa-
tae hominibus, Cohortesque plurimae usque in Maiorem Poloniam, et in Po-
meraniam erant directae magno cum periculo Russiae, in cuius oras Sy-
thae ingressi, innocuam plebem ac Nobiles abduxerant in captivitatem.
Nonnullae Cohortes ex Haereticis militibus congregatae, nefanda scelera
in Hybernis patrabant, contra Divinum honorem, eiusque Virginis Deiparae
cultum; et contra Quadragesimalem abstinentiam. Quae Cohortes abiu-
dicandae erant à Hybernis omni tempore aestivo, etiam sub Castris latro-
cinia publica exercebant, homines pecunia, equis, veste spoliabant.
Evasuri Spirituales oppressionem ex Hybernis submiserant se datu-
ros Exercitui dividendos Florenos Quinquies Centenos Millenarios
per modum subsidii charitativi: quam summam acceptaverant pro-
missam Deputati Legati ad Comitia Regni; post autem non est accepta-
ta obiectis diversis incommodis locandae Militiae, cum iniuria Cohorti-
um. Quocirca permissam sibi arrogabant facultatem Militiae, exercendo-
nem bonorum Spiritualium; magno cum praeiudicio populi Christiani, per
multas Contributiones agrarias, fumales, per donativas, capitumque redem-
ptiones.×
Atque consultatum est de indisciplinatae Militiae, ab obsequiis Reipub.
remotione, quandoquidem ad nefanda patranda, licentiae militari con-
fidentes provolabant; et ad Vincula, confoederationes tenendas, obstrin-
gebant se magno cum discrimine pacis publicae. Jam verò Auctio Mi-
litum moderationem requirebatur, quam plerique et difficilem et inexercita-
tam assuescebant futuram, planeque inutilem. Ideo Ordo Equestris Nobi-
litatem subversuram periculis, et auctiorem Militiam determinavit, ad
quam vocandam pro Expeditione publica novandamque ad aream belli,
tradita est potestas Regiae Maiestati, necessitate requirente, idipsum.

Constitutiones factae contra Arianam Sectam et contra perfidiam Judai-
cam, reassumptae totaliter. Ne fautores Arianismi in Regno nascantur ali-
as sine appellatione coram Capitaneis respondeant, poenis descriptis subiiciendi.
Tum ne Judaei Familiam Christianam ad obsequia teneant. Ne a mutuata pe-
cunia usuram annualem extorqueant, nisi flor. 20. a Centum. Suspectas re-
s emant legibus olim prohibitas. Ne e domibus egrediantur tempore Pro-
cessionum Catholicarum: alias per Jurisdictiones puniantur poenis poenis.

Stetit quoque approbatio Commissionis Toruniensis factae in Anno 1667. pro
parte Dno ditationem Virginum Toruniensium respectu eiusdem traditae Ec-
clesiae S. Jacobi, cum attinentiis, idque per legitimam Executionem, in omnibus
punctis et clausulis. cassatis protestationibus quibuscunque contra eas factis.
Quibus Virginibus Protectionem nostram Regiam et Reipub. obtulimus, et
iniungimus, ut ab onere Contributionum ac Gabellarum, item ab oneribus Civi-
tatis Toruniensis aggravationibus liberae sint, cum suis bonis ac domesticis,
absque omni forensi impeditione.
Decretae quoque sunt Commissiones ad evitandos tumultus, armatasque in-
cursiones, limitum dignoscendorum gratia inter Olstinensem Capitanea-
tus, limitem dignoscendorum gratia inter Olstinensem Capitanea-
tum atque Silesiam adiacentem. Tum inter Palatinatum seu Ducatum
Masoviae, et Palatinatum Polachiae, cum Ducatum Prussiam, Lithuani-
cum, ac Lublinensem Palatinatum differentias magnas habentes. Item
inter Palatinatus Posnan. Kalisien. Terram Vieluensem ac Ostrese-
ensem Ducatusque Osviecimen. et Zatorien. cum Ducatu Silesiae discrepan-
tes de limitibus. Pariter inter Districtus Mediricensem Valcensem,
cum Marchionatu Pomeraniae Ducis Brandeburgici discrepantes. Insu-
per inter Limites Hungariae, Districtum Leopol. Praemislien. Sano-
censis Biecensis. in quibus a Gente Hungara latrocinia, tractantur
et magna praeiudicia nostris Incolis inferuntur. In quarum Commissio-
num effectum velociorem, licent nostris expostulationibus Invictissimum
Imperat. Romanum; Ducem Brandeburgum; ut paratus stabat retinere
gerat et regionum, et populorum.
Peraeque Commissiones declaratae in Mag. Duc. Lithu. inter Ducem Cur-
landiae et incolas Districtum Braslauensis, Piltinensis, tractandae per
Commissarios ab utrinque destinatos: adiecta etiam divisione proportio-
nata Capitan. Zolovensis et Lubrensis iuxta desideria Exercitus
Lithuanici. Neque omissa contentatione Incolarum Palatinatus Smolen-
sciae atque Districtum Starodubensis et sortium Polocensium: ut reditus
efficientes summam Triginta millium, annuatim inter eos dividantur
iuxta proportione spoliationum a hostilitate Moschica.
Scythae quoque in Mag. D. Lithu. degentes, nullum obsequium militare
facientes, quinimo mercaturas, vecturas conductitias, opificia varia exer-
centes iuxta Laudum Grodnensis A. 1667. Pensionem a Capitibus conti-
buent indilatam per flor. duos a persona; exceptis illis qui ex feudis su-
is Militiam tractant, et ad Corpus Castrorum pertinent Lithuanorum.

Quia vero

Quia verò de reclinatoriis iam designati conqueruntur Incolæ Exu-
les Palatinat. Kiiouien. Czerniechouien. cum Districtu Konogrodensi; iuxta
traditum ipsis Diploma, designamus his qui sunt tenuiorum sortium Ca-
pitaneatum Crosnensem, cum villis scriptatis in Diplomate. liberoq; pro-
nunciamq; authoritate præsentis Conventus à Hybernis et Stationibus Militaribus:
salvis summis ad reparationem moeniorum Crosnensium destinatis. Atta-
men illi soli gaudebunt reclinatorio, qui ante hostilitatem Kosaticam in
bonorum legitimâ possessione erant.
Porrò Conservandi Boni Publici gratiâ, animorumq; offensorum conciliationis er- October.
go et Militiæ revocationis à diversis conspirationum technis, decreverunt Ordi-
nes Dissimulationem seu Amnistiam Lege publica cavendam Militibus, ob Quartualia
stipendiorum diminuta. Quatuor enim Trimestria retenta dignoscebantur. Quare
duobus donatis Reipub. (nil enim laudabiliter ab eis peractum erat toto tempo-
re Electionis atq; Coronationis, quinimo summis iniuriis populo ac plebi illatis di-
lacerabat Miles. et tamen dominium bellicum currere sibi asseverabat) duorum ta-
men requirebant solutionem. quæ indicata in Anno sequenti ultimis diebus Fe-
bruarii designata ad restitutionem: idq; durantibus Iudiciis Militaribus ac Fiscali-
bus Radomiis.
Cæterum Dissimulationis et Condonationis iniuriarum ea fuit prophasis.
Licet multæ Incolis Regni iniuriæ illatæ à Militibus debita animadversione Le-
gum publicarum coercendæ erant; sed quia Iustitiam simulq; iunctam illi Cle-
mentiam pro oculis nostris statueramus, non alienum ab æquitate reputavimus
si ad initia nostra Regnandi Clementiam assumptam delinquentibus Militibus
declaremus, cupientes eos ad firmiorem fidelitatem ac obsequii bellici promptitudi-
nem allicere nostra paterna dissimulatione. Quare secuti Concordiam ac
consilia Ordinum universorum, ad preces Militares supplices inclinatorum, NB.
omnes iniurias simplices, à die 25 Augusti Anni 1667. in Respub. ubiquam fa-
ctas, ad Annum præsentem 1670. condonamus ac dissimulamus: et ratione
simplicium iniuriarum Causas motas, cassamus eisq; nullitatem adscribimus.
Spem tamen collocamus in modestia ac Disciplina Militari, quia Milites ad an-
tiquam observantiam Articulorum Militarium ac Legum publicarum custodi-
am redibunt, nullisq; exorbitantiis Nos et Rempub. affligere audebunt, ob pa-
cis publicæ inviolatam conservationem. Pariter in Causis Criminalibus No-
bilitatem, condemnationes obtentas super personas Militantibus cassamus. Spi-
rituales autem Causas, ad Iudicia Radomensia remittimus.
Verùm in alienis iniuriis dissimulatio valeat ne? coram Divino Iudicio; am-
biguo sensu cernendum est. Nemo enim alienam iniuriam potest condona- NB.
re, nisi propriam. Quinimo ad effectum condonationis alienæ iniuriæ pri-
us esset à Condonante restitutio facienda aut in toto aut in parte. Hinc de-
mum Condonatio alienæ iniuriæ, cum consensu iniuriati valeret. Nam sine
iniuriati assensu aut condonatione expressa, non valet offensæ aut iniuriæ
condonatio nisi præviâ debita satisfactione, aut promissa. Alias taliter
condonans per absolutam non sibi datam potestatem errat, Deumq; irritat ad
vindictam; qui iniurias alienas atrociter punire consuevit, etiam iniuriatis

condescendentibus, aut propter Deum ignoscentibus: iuxta illud Mihi vindictam et ego retribuam.

Die 19. Peracta Coronatio Reginae Eleonorae Varsaviae in praesentia Ordinum, magna solemnitate adhibita. Quam Archiepiscopus Gnesnensis Prażmowski inunxit ac coronavit. Non omisit quidquam de pompa Regali Rex, ad quam et Domestici et Externi Legati suppetebant.

Sub id tempus Prussiae Incola ac Nobilis Kalsteinius sub Regis Protectionem veniens, iniuriatus notabiliter à Brandeburgensi Duce Prussiae Marchione, indigenatus tutelam requirebat; quo dum tardius per Ordines concederetur, per appositos à Brandeburgo insidiatores, cum eodem Kalsteinio familiariter Varsaviae conversantes, inebriatum hominem insensibilem, ac nihil praesentientem dolose admodum rapere, et dolio inclusum evectus est, quem deinde Regiomontem usque variis tormentis affici mandaverat Marchio, nullo respectu habito hominis iure non convicti. Quem dolum improbans Rex Poloniae, restitutionem Kalsteinii urgebat per submissos Nobiles Polonos ast Marchio de violentia facta nihil remiserat, sed hominem iudicandum pluries ac torturis torquendum destinaverat, praetensione divulgatae Conspirationis contra se factae. Planeque hominem neci destinandum iudicavit. Eo progressu Rex Poloniae offensus Vasalli sui notabat inhumanitatem ac indignitatem, factum crudele vindicaturus.

Kalsteinius Varsaviae Rege praesente surripitur iussu Brandeburgi.

Ne autem Iudicia Tribunalitia Regni, iniuriatis gravia, sint ob longas processuum moras ac protelationes, Decisam volebant esse Ordinationem cum processibus, tam ratione Appellationum; tum ratione Relationum, tam ratione Regestrorum, quam ratione poenarum Iudiciariarum; Terminorum positarum Citationum, item ratione poenarum Iudiciariarum; Terminorum ... tactorum; aliorumque: quibus et Iudicia tardas Causarum decisiones efficiunt. et Partes litigantes ad multos annos Iustitiae cursum continuare et terminare non possunt, variis interveniendis dilationibus ac difficultatibus. Quare Ordines Regni praefectum esse cupiebant, Tribunalis expediendi, et ad Regulam aequitatis deducendi rationibus, Constitutionibus sancitis; cum ordinationem fuse obloquentibus.

Jam vero accesserat in arcam Deliberationum Bonorum Zamoscensium Ordinatio, quam plenique factam fuisse licet à Magno Joanne Zamoiscio Cancellario Regni et Supremo Duce Exercitus, deducebant et contra Iura Divina et contra Iura Humana, et contra Libertatis Polonae dignitatem, admodum praeiudiciosam, etiam Domui Zamoscianae adversam futuram; quando proximiore prole amota, remotiores sanguinis iure possidendi bona rigore Ordinationis sibi deberi praesumunt et fortibus instantiis reipub. nisi erunt et ad arma decurrerunt fractis legibus Iuris naturalis, ac publicae securitatis violatis sanctionibus.

Ad quam Controversiam annis aliquot, post obitum Joannis Zamoiski Palatini Sendomiriensis ventilatam, et in multis Comitiis tractatam; ex Ordine Equestri talem sensum Ordinationis intelligendae ac decidendae aperuerunt; ut proximiori sanguinis seu nasculi sive femellae iure possidendorum Ordina-

nem Ordina-

rum Ordinationem Bonorum gaudeant et fruantur: talia proferens.
Magnifici Domini Fratres. Summae Iniustitiae ac Malignitatis nota aspergimur quando peracta ac postulata iniuriatarum personarum, aut veritas, aut silentio aeterno involuta esse cupimus. Causa Ordinationis Zamoscianorum bonorum, singularem meretur disquisitionem simulq promotionem, in persona Ducissae Wisniowiecki Heroinae Exemplaris quae a conversatione multis ad bona inquirenda, ingestiva ordinibus dissimulantibus et quasi bella ac odia domestica fieri permittentibus, multis Familiis exitiosa et calamitosa. Tenemur Universi Iuribus legibus Iustitiae et merito et natura causae, Illmae Ducissae cui a multis negotium facessitur, contra ordinem naturae ne Filia haereditate paternorum bonorum gaudeat, iuraq amissa existimet, brevi ex laribus paternis migratura a Stirpe patria prorsus recessura idq per abiudicationem Ordinationis, quae et filiis et filiabus nimium est praeiudiciosa. Per Deum, utq Filia Haeredes in Zamoscie Thomae Zamoyski qui lumen et Columen Patriae erat, esto superstes non exhaeredata; quae post fata Fratris sui Desideratissimi, sine prole decedentis legitima est Successrix in omnia bona: habeat Magnalem prolem Filium Illmi Ducis Jeremiae Palatini Russiae, quem Deus mirabiliter in solio Regni collocavit, cum stupore omnium ambitiosorum ac malevolorum. Qui Dux Magnus Demonis efferidat ad Campos Berestecenses, ubi Patria fatis extremis obiiceretur maluit vitam suam in pericula proiicere quo dirimis liberatus Singulari Divina providentia, etiam a Scythico furore liberavit Patriam, et salvavit periclitantem. Ergo et Mater et Filius a lege haereditatem excludentur! qua lege! quo ingenio! nisi dolo ac fraude. Haec est in Iure Quaestio tam spirituali quam civili. Utrum Pater abdicare possit et relegare Filium a haereditate. Concorditer concludunt non posse exceptis duabus Causis, Parricidii ac Perduellionis. Fuitne aliquod malefactum in illis ac istis personis vel contra Principem vel contra Patriam, quinimo multa Merita benefacta et officia amoris toti Poloniae periclitanti declarata! Universa bona et fortunas ob amorem Patriae amittere maluit, quam eandem indefensam relinquere. Russica oppida ac Villas, cum rebellibus abiret Dux animosissimus, lineae paternae ac Maternae bona reliquit, soli saluti Civium ac Reipub conservationi omnia. Pares ac munus fuit Patriae nostrae, en ille Militiae fortissimus bellator, Dux Wisniowiecki qui elegit ad rapinam relinquere bona hostibus perduellibus, ut intra illa inimici non haberent campum Patriae spoliandae, et in longum ac latum devastandae. Nonne post illam Corsunensem calamitatem deplorandam et Scythicos et Kosakos impetus Dux ille Wisniowiecki Magnus Heros vetuit, universis bonis ruinandis facultatem hosti tribuere ne Civium bona perirent! iacturamq nunquam reparabilem subiret! Maluit propria amittere ne Regnum et pariter amicorum aut igni aut ferro destruerentur bo-

lendi. Fecit solus, quod facere non poterant multi, et tanquam Horatius contra Porsennam ac Hetruscos progressus animosus sat sustinuit Sublicium Pontem. Ipsum Jus Divinum arguit universos adversarios causae istius, quandoquidem Deus Prophetas Num. 27. Moisen admonuit suo sancto et quidem aeterno. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius haereditas transibit. Cessit fatis filius Zamoscii; superstes est Filia eiusdem. Ergo illi haereditas ac successio naturalis est eripienda? ergo abiudicanda a bonis Ordinatis? Ergo Jus Divinum vacillabit apud nos? In vacillet in illa leges pugnantes contra Justitiam, quando Hominibus magis essemus litigiosos, diligentes Justitiam Dei? Ergo inordinatas Ordinationes factas approbabimus, non corrigemus, et ad orbitam Justitiae non reducabimus? et quidem continentes errores crassos, mutatis essentialibus, omissis necessariis clausulis, Juri divino, humano Gentium adversas, ambiguitatem facientes ad abusum legum piarum factas, tenues auras ac subtiles obtendentes ac suadentes? Profecto argueremur amissi intellectus ac rationis si contra Jura patentia procederemus. Maledictiones Divinae singulare erat authoramentum habituri apud Gentes universas, si haereditas proximioribus debita transeat ad remotos ac alienos. Aequitas ipsa ac decentia designat promovendam ac retinendam esse Justam dispositionem circa bona Ordinata disponenda; ne permittamus eam fieri ut illam miseram Niobem, quae vidit suorum funera maiorum, lapideosque induit artus. O quantus dolor esset Vitam hanc tenenti, spectare dispositiones alienos fruentes bonis haereditariis, Juraque sibi propria non gubernari! Consulamus Justinianos, Ulpianos, Saxones, aliosque plurimos Jurium Compilatores: An Jus Politicum Jura Divina aut Naturae tollere possit? An ius profanum possit reformare Divinum? Miselle voluerit residere in propriis nidis, inclinatoriaque secura habeat in iis. Plerique vero inest is reprobus sensus, ut a nidis suis arceantur, excludantur. Plane res iniquitate plena. Praeiudiciosa itaque Ordinatione abiecta, pro legitima Heredum dispositione ac pacifica bonorum possessione, statuendum ac concludendum esse, ne coram Divina Maiestate iniustitiae rei accusati, poenas severas Judicii Divini contra nos excitemus.

Comitia terminantur Varsaviae. Die 31. Oct.

Reliquum tempus Comitiorum negotiis aliis impensum est, tandemque ad terminum felicem Concludendarum deventum est, quanquam non deerant parati solutores eorundem, qui adstantem Nobilitatem ad latera Aris, et custodias agentem, perstringebant; quae nollebat regredi nisi debite perfectis ac terminatis Comitiis.

Post Comitia terminata Legati Kosacii advenerant, Peractae Commissionis Ostrogiae urgentes Approbationem. Cui tempus angustum esse videbatur. Attamen inclinati sunt animi Ordinum, ut fieret approbatio; iustis supplicationibus Kosacorum subscripturi, postulabantque a Rege, ut eisdem Diploma tradatur pro Confirmatione libertatum, ut facilior sit ad animorum ac armorum coniunctionem, licet a solis Zaporoviensibus Kosacis, non autem Hor-

tem Horodensibus eâ in parte suppliatum esset. Quare admoniti sunt Ho-
rodenses Kosaci, ut relicta protectione Turcica ad Dominum proprium redeant.
Rempub. veram statim agnoscant, ne pro hostibus communibus ac dome-
sticis declarentur. Pariter monitus est Tokalski Schismaticus Praelatus ne
amplius ad tumultus internos excitet plebem Kosacicam; subiitque graves poe-
nas, quod spiritualitate abiecta, hostilitatis flammas succendere nita-
tur, verum sunt asseclis adoperiendi remedia salutaria tollere ac improba-
re. Quo nomine omnia praedicta ad Typum reducta sunt, ne ignoran-
tiae alicuius obtrudantur nebula (circa eventus quos Deus avertat) malos.

Tempore ipso urgente, Aestiva statiua Exercitus de Campis Trembolensibus mo-
verat ad distributionem Hybernorum progressus. Quae distributio multis exti-
tit praeiudiciosa Regni incolis. Cui motioni Castrorum advigilabant Scythae
ac alii domestici latrociniis assueti, quae posset Militia corrigere ac abinua-
dere, serenare piarum patriae cordibus curam insiderent. Sed aliter eventus tristes
docuerunt. Rex volebat Hyberna statuere in propinquioribus angulis ho-
stilitatis; ast Praefecti Exercitus alio respectu per interiora Regni Cohortes di-
sposuerunt magno cum detrimento Reipub. Quare Miles tanquam ho-
stis ad Hyberna properavit; plebique molestissimus fuit, quae ad lachry-
mas ac maledictiones in suis oppressionibus confugiebat: omnia iura con-
temnentibus Militibus. Venerant quidem Commissarii Deputati ad distributio-
nem Hybernam ordinandam, sed posthabiti â Ducibus ac Praefectis, infe-
cto negotio recesserunt.

Terminatis Comitiis Generalibus non infeliciter, quae tamen Proceres absentes livida
interpretatione sugillabant, ad Portam Ottomanicam directus cum Legatione Wy-
sorius, qui aliquoties partes illas Turciae visitaverat, Ioanne Casimiro Rege
ordinante eundem. Is instructionem habuit contestandae amicitiae Impe-
ratori Turcico per Regem Modernum Michaelem; tum Pactorum Chotynen-
sium olim percusso foedere perpetuo initorum, confirmationem cum Rege Mo-
derno, qui eadem pacta conservari postulat. Item querelas deponendi in
et contra Bassam Silistriae, qui asseritur quo modo gentem Kosacicam â sub-
iectione Regis ac Reipub. Polonae adniteretur removere: populumque Russi-
cum mandata eius spernentem diversimode per Scytharum immissionem
affligere, spoliat atque in captivitatem abduxit.
Ea puncta Instructionis deferens Imperatori Turcico, Wysorius, et gra-
tus et ingratus hospes fuit, quandoquidem per instructos Aulae Turci-
cae Officiales, non eo quo par erat, honore acceptus, liberius egredi de
Residentia non permittebatur; et colloquia familiaria cum Viris pariter
Legationis expeditionem expectantibus, tractare non poterat. Ea propter
tanquam in detentione haerens requirebat à Cancellario Turcico per litte-
ras sui expeditionem; qui promittebat procurare eandem apud Imperatorem,
prius expeditis aliis Legatis, qui maturius advenere ad Portam.

Interim advenerat vocatus ab Imperatore in Valachia residens Tetera, factionum Kosacicarum artifex, qui acquisitis magnis thesauris, per bella diuturna Polonorum cum Kosacis eosdem in Valachiam transportaverat, timens hostilitatem Kosacicam, ob praeiudicia magna illis met illata. Quare Wysocius Teteram adiit, consilia hominis vafri inquisiturus (siquidem Turcam ad Russiam occupandam informabat, et ad Regnum Poloniae devastandum. Simulabat, gressum liberiorem in Germaniam tendendi habiturum persuadens.) ast ob assistentiam suspectorum Turcarum, non poterat penetrare hominis adventum et vocationem à Turca. Interim Tetera affixus lecto ob aegritudinem, requirebat Wysocii allocutionem; sed satellites impediebant alloquium, linguam Russicam et Polonam callentes, qui simulabant se ignaros esse linguarum praedictarum. Urgebat tamen Wysocius per Cancellarium Turcicum, visitantem saepius Teteram valetudinarium, ut expediretur sive cum bono sive cum malo eventu Legationis. Adpromittebat Cancellarius omnia bona eventura; tamen de die in diem dilatum cum Wysocio negotium: neque de more providebatur equis ac famulis sustentatio: cum impensarum magnarum aggravatione: ob quas ad Armenos fidos recurrebat, ut sibi pecuniam providerent in casum diuturnioris residentiae, per quos et Litteras ad Serenissimum Regem, atque ad Supremum Exercitus Ducem ordinaverat, ut sibi pecunia mitteretur ad perferendam procrastinatam expeditionem. Hoc negotium Regni Thesaurario erat commissum.

Decembr. Aderat etiam à Duce Magno Moschoviae Legatus, qui incusabat pariter sui tardam expeditionem, iam mensibus sex eandem expectans, qui etiam infecto negotio reditum suum apparabat. Sed Wysocius praecedit Moscho, aeque se reditum, ast per Revocatorias Litteras sui Domini.

In Moschovia enim Boiarones arma protulerant contra Ducem Moschoviae, assumptis ad rebellionem Scythis Donensibus et Astracanensibus, quorum subsidiis Ducis Exercitum aliquoties sibi obiectum devicerant, ipsique Duci Moschoviae graves fuerant: tum ob aliquot Boiarones supplicio capitali affectos, tum ob inauditas Contributiones impositas. Quare ad eam rebellionem Captivos Polonos adhibendos censuerunt, eos libertate donatos consultum ut talibus libertatibus ac praerogativis possent gaudere, qualibus Nobilitas Polona gaudet. Utque per Electionem è medio sui, non per successionem Duces crearent: moribus Polonis omnia tractaturi. Ceterum Kasanenses Scythae à partibus Ducis cum Dolorukio Moscho societatem armorum inierant: rebellesque Boiarones crebris praeliis sensim ad subiectionem et observantiam induxerant sparsis rumoribus quod Turca subsidia Moscho missurus esset, una cum Scythis Asiaticis. Cessatum itaque à persecutione ac prosecutione belli contra Ducem, nihilominus Exercitus dispositi erant per terras ac regiones adventum subsidiorum Turcicorum confictorum praestolaturi. Interea Moschus thesaurum novandum decrevit ad conscribendum Militem, quo succinctus, potentiam rebellium fregit, et ad arma deponenda coegit.

Jam

Jam verò in Hungaria Calvinismo ac Lutheranismo enutriti Hungari, contra Regem nempe Imperatorem Romanum factiosam protectionem impetrarant à Turca, quem ad Hungariam possidendam invitabant per Legatos suos. eo quod Imperator Romanus, libera exercitia eisdem interdixerit ac praecipuas Ecclesias atq; Abbatias violenter ab eis recepisset; induxit magnis praesidiis ad Civitates ac Arces, in oppressionem populi Hungarici. Non ingrati fuerunt apud Portam Turcicam Legati; quibus Exercitus Turcicus submissus est, praesidia Germanica expulsurus, Hungaris promoventibus omnimodam hospitalitatem. Hinc Zrinius Hungarus omni conatu adoperabatur ut à populo Hungarico eligeretur in Regem Hungariae, more ac exemplo illius Bethlemi Gaborei, qui Mansfeldianis viribus, Gubernationem totius Hungariae possederat. sed plerique Proceres à partibus Zrinii, eiusque authorem Rebellionis reversserant [?], Regemque se habere superstitem edixerant. Interim praesidia Turcica deducta; ultro à rebellibus ad Arces, ac Civitates munitas erant introducta, magno cum incommodo praesidiorum Germanicorum. Sicq; Status Hungaricus perturbatissimus factus, quotidianis calamitatibus militum diversorum expositus. Imperator tamen aucto exercitu, Authores Seditionum ac Rebellionis, mandavit inquiri, posq; captivos adduci; quod graviter Germanicus Gladius [?] expedivit: et hostica praesidia, magnâ cum hominum strage, de fortalitiis eiecit.

Porrò ad Anni terminum consilio ac inductione Doroszenkonis Kosacii Generalis, parva manus Scytharum permixtorum cum Valachis, invaserat Russicas villas, circa Festa Natalitia Christi Domini: quae paucitas magnas hominum catervas abduxit in captivitatem, villis ac praediis incineratis, ob Militiam Reipub. elongatam Status liberas attendentem, ejulatum [?] populi ac damna notabilia contemnentem. Sicq; de anno in annum, dissimulante Exercitu Polono, grassantes Scythae reliquaeq; Gentes inimicae, permultas partes Poloniae convulneratam relinquunt; quam si Deus Opt. Max. singulari protectione sua non conservabit. planè tota ruet ac inperviis hostilibus obsecundabit, magno cum discrimine Christianitatis. Eapropter Majestas Divina imploranda est ut tribuat Regi, Proceribusq; ditibus paratam ac ardentem mentem attritam quotannis plebem debita defensione iuvandi. Ast Proceres in remotioribus angulis residentes nolunt intelligere calamitates evidenter populum diminuentes, quibus permissis ac dissimulatis accrescit vires Polonae diminuentur nemoq; erit tam prudens ac robustus qui eas restauret imminente ultimo interitu Regni. quem si Deus misericors non avertet, etiam nomen Polonum à diversa hostilitate obliteratum peribit.

Limin
Brati
Consor
deaus
her Re
him li
verss
artibu
Valar
inuir
gaban
tulera
quis a
litate
inferen
gertra
transir
Sarnem
gina
spensa
num
ner d
nis ex
enim p
demessa
liquas
rustica
multim
misseli
eros
sobser
liter a
lutio
cuius
inhuna
mens
ther a
lorian,
posit

Annalis Anni 1671.

Limina prima Anni consecrata esse voluit devotioni peragendæ ad
Beatiss. Virginem Claromontanam Rex Poloniæ Michael unà cum
Consorte Eleonora iam Reginâ Coronata, intra Comitiorum Gratium — Januarij.
decursum Anni præsentis. Cui devotioni addiderat motivum partim sta-
tus Regni perturbatus internis dissensionibus Civium adaucti; par-
tim limites Regni ab oriente divexati; ad quos Russiæ sitæ di-
versissimis seditionibus laborare non desistit, quinimò clandestinis
artibus ardens odium contra Polonos suorum adeò etiam Turcis
Valachis ac Moldavis (præter Scythas iam factos Kosakis conspiros)
invitatur ad armorum offensivorum societatem. Kosaci enim, qui dene-
gabant in sedibus Russiæ hyberna Militiæ Polonæ, eadem ultro ob-
tulerant Scythis vinstar Militiæ Polonæ omnimodâ alimonia cum-
quis alerenter succursi ad vernum tempus Kosakis in casum hosti-
litatis à Polonis impendentis. Ast de hostilitate Poloni nec somniabant
inferenda Kosakis; quinimo eos per litteras ad societatem antiquam — Rex Czesto-
pertrahebant, ne Turcico iugo obruti, à Christianismo ad Paganismum — chovia.
transire cogerentur. Rex igitur et sui et Regni non immemor, Locum
Sacrum Claromontanum visitavit, sedemque Regni Cracoviam (in qua Re-
gina coronanda erat, nisi cum Lege publica per Comitia suisset di-
spensatum;) Consorti commonstravit, in qua Aras Divorum Tutela-
rium veneratus, Varsaviam regressus, querelas multas etiam in iti-
nere depositas exaudiverat, ob Militem gravaminosum in stationibus hyber-
nis extorquendis, absque omni plebis afflictæ commiseratione. Quidquid
enim plebs misera per tempestates cœli ac pluviosam æstatem, circa
demessas ac congregatas fruges habuit damni ac pecuniæ notabilis re-
liquas iam putrefactas fruges Miles rapiebat, nec pabula pecoribus
rusticanis relinquebat, ob quas distracta pecuaria pestis grassans
multum afflixit homines iam per milites damnificatos. Recurrebant
miselli oppidani villani, ad Regem ad Episcopos Abbates aliosque Pro-
ceres Reipub. bonorum Tenutarios, Ast modus coërcendæ Militiæ in-
solescentis defuerat, quæ singulis horis crepitabat stipendia retenta
à Reipub. provisum esset per Tribunal Radomiensem in quo so-
lutio infallibilis designata erat ob computatas summas notabiles pe-
cuniæ ex Palatinatibus congregatæ. Atque dulces adeptæ solutionem
inhumanius immisericors fuit tyrannica extorsione populum oppri-
mens licentiâ delinquendi factus deterior. Nullus angulus orbis pa-
titur à Milite oppressionem inauditam ac impunitam, præter solam Po-
loniam, quæ exhausta per Milites vindictam à Deo quolibet momento de-
poscit accelerandam: quam Deus tarditate sua compensabit.

Grauis erat Distributio Hybernorum permultis locis tam Regalium quam
Spiritualium bonorum; ob Distribuentium fauorem factum illis perso-
nis, quae accesserant ad molimina Confoederationis trahenda contra
Regem ac Nobilitatem. Sicque libertatione mota proprio multis permissu
totus Exercitus immissus est in pauperum tabernas, Magnatum verò
tecta nulli calamitati subiecta erant.
Ipsi Scythae, qui cum Legato Scythico Varsauiam usque transiverant, de-
mirabantur militum insolentiam in oppidis ac villis, quam rixas et calo-
res die noctuque exercebant; populique lachrymis ac ploratu mouebantur ad-
dentes peiorem esse turbam Polonam domesticam in Exercitu indiscipli-
nato, quam Spiritus infernales in inferno.
Dum ita Miles circa Hyberna grauis erat miserae plebi in Regni visce-
ribus; commoditatem nacti Scythae atque Kosaci per inductionem Sto-
koli antiqui depraedatoris in Russia ac Podolia inuaserant oppida vil-
las Praedia, quae adactis flammis hostilibus combusserant populum
verò è flammis fugientem rapiebant et in diram captiuitatem instar
pecudum pellebant. Nullum erat remedium hostilitatis arcendae aut a-
mouendae quia in proximis partibus Podoliae aut Volyniae non excubabat
Miles Polonus iuxta antiquum morem laudatissimum; quinimo vniuersae
cohortes recesserant in interiora elongata Poloniae aut metu hostilitatis
vitandae, aut studio ad ruinam plebis deducendae.
Februarij Accesserat etiam Judaeorum in Polonia degentium fraudulenta mercatio,
qui pyrium puluerem ad Kosacos in trahis ob hyemis commoditatem sub
specie merimoniorum devexerant. Kosacique Sylistriae Bassae Turcico seu
Palatino praesentauerant, animantes sese ad bellum Polonis inferendum.
Sed Krymensium Scytharum Dux de istis fraudibus Judaicis Regem a-
uisauerat, fraternitatemque confirmauerat; ob quam Turcicus Imperator
mouendum à Gubernatione Krymensi edixerat, aliumque in locum eius
Polonis non addictum designauerat: qui nouus Dux curauit nouas ini-
micitias Poloniae illaturum se obligauit viribus ante omnia antiqui Cha-
ni attritis ac exinanitis. Ast Scythae Krymenses partes antiqui Cha-
ni grauiter tuebantur, nouoque Duci opponebant manus fortes, magna
cum perturbatione Scytharum.
Pariter in Moschouia renouatum erat bellum inter Exercitum, atque
Moschouiticos Strelitios, qui à partibus Magni Ducis erant, iamque in ma-
gnis angustiis Ducalis Exercitus erat; attamen Potemkinus iam dona-
tis, iam promissis, iam crebris conflictibus sedauit illam rebellionem,
quam adaugebant Scythae Duvaenses et Astrakanenses: quibus ma-
gna itidem donatiua sunt distributa, ne se immiscerent domesticis
militibus, qui Magnum Ducem nullo praetextu iuris aut iniuriarum fa-
ctarum, attentabant et sede, et vita, ac fortunis exuere.

Aequi-

Atque in Hungaria domestici tumultus sopiri non poterant nisi magno
Exercitu obiecto Germanico contra Rebelles; quos in acri defensione
ad deditionem adegerat, et captivos in Austriam transmiserat, iuxta
mandata Romani Imperatoris. Quare Zrinius author Rebellionis unà Zrinius a Caesareanis captus.
cum Officialibus primariis deductus erat Viennam; qui ad carceres sequestratus in-
nocentiam suam expurgaturus petiit Inquisitionem fieri, ut motores perdu-
ellionis et concitati belli inquirerentur: sed per Inquisitionem etiam illi
erant deprehensi hostes Imperatoris, qui frequenter Curiam visitabant, atque
fidelitatem palliatam ostentabant. Adaucti itaque erant carceres personis
multis inculpatis, quarum bona in sequestrum accepta Fisco Regio anne-
xa erant, legibus ita Regni Hungariae suadentibus. Tandem Zrinii for-
tunae in arcibus asservatae, conscriptae et congregatae, detexerunt nervum
belli producendi; quandoquidem in auro, argento, clenodiis, multi milliones
aestimati sunt praeter pecuniarias summas grandes quas effusurus erat
Zrinius ad augendum Exercitum nisi arctis obsidionibus fuisset pressus.
Etiam insignia Regni apparata erant ad possidendum Regnum Hun-
garicum per viam armatae Coronationis. Inter haec Epistolae diver-
sorum Coniunctorum sociorum belli repertae erant: atque à Porta Turci-
ca expeditiones adpromittentes omnimodam protectionem Zrinio. Qui-
bus convicti Zrinius ipsiusque sequaces, quaerebant modos liberta-
tis adeundae per Principes Imperii Romani ac praecipue Electores qui
Calvinismo et Lutheranismo addicti sunt, Christianismo infestissimi.
Sed intercessionibus posthabitis per viam Justitiae punibiles reperti
ob multa beneficia ab Imperatore in eos collocata, spreta et contempta;
tum ob apertam hostilitatem contra Regem Hungariae atque Proceres
addictos Regiae Maiestati. Caeterum ut alii Complices deducerentur di-
latio suppliciorum Suevadonum in aliud tempus reiecta erat.
Interim ob crebras Scythicas excursiones, plebs Kosacica adnitteba- Martius.
tur abiicere Imperia Doroszenkovii advocato in subsidium Hanen-
kone ac Sirkone, qui partes plebis tuebantur, eamque ad parata-
ndia Fidelitatis Reipubl. Polonae perducturi erant. Sed Doroszen-
kius pertimescens coniunctionem plebis. à Bassa Sylistriae impe-
travit Scythicum agmen continens decem millia armatorum: ut
ciles obiens [illegible] naverit, suaque consilia dolosa ad eventus ca-
lamitosos Poloniae deduceret. Cum quo agmine Scythico erant
permixti Turcae; imperia Bassae ac Doroszenkovii exsecuturi. Itaque Va-
lachica gens partibus Kosacicis adhaerere parata, crebras rixas ac
seditiones excitabat in publicis congressibus, plebique dissuadebat ne
audeat Doroszenkovii mandata continere, alias experturam hosti-
tatem etiam à Valachis. Ut autem fraus Doroszenkovis palliaretur
fortius, submiserat Nuncios ad Regem, obsecrans Clementiam eius,

et authoritatem; quatenus Hetmanis vulpina obsequia retinean-tur planeq; fidatur eius fidelitati ac subiectioni, quam coram Commis-sariis pollicebatur firmare iuramento. Ast Rex Hominis pervicaciam no-tam habens respondi Nunciis curavit, ut Protectionis Turcicae imperia abdicant Consiliariosq; omnes aut puniant, aut captivos deducant ad iustitiam per Rempub. decernendam. Verum et alios Nuncios direxerat Doroszenkius ad Supremum Exercitus Regni Ducem Sobiesium, quem Patrem, Benefactorem in literis nominabat, protectionemq; eius coram Rempub. requirebat. Sed ipsi Nuncii cum accepto responso, in reditu suo per latrones nocturnos atq; Opryszkones mactati sunt universi; ita ut arbitraretur Doroszenkius Nuncios suos fuisse detentos Varsaviae, ob tardum reditum eorum. Verum rumore praemisso de ipsorum nece neq; verificata accepta illico Scythas ac Kosacos immisit versus Kaminecum et locum illum ubi necati erant Nuncii funditus devastare; quod et factum est, plurimis Villis ac Oppidis adiacentibus, ferro ac igni ab-sumptis.

Aderat porro a Consiliis Doroszenkonis Kumlansky Eques Schi-smaticus, atq; Tokasius qui hominem ad maiora damna inferenda excitabant eumq; ad introductionem Ducatus Russici stimulabant, non permittentes eum amplius supplices litteras ad quenquam scriberet; neq; ad Duces Exercitus Poloniae, neq; ad Regem, neq; ad Rempub. suadentes satius subeundam Turcicam protectionem, quam Polonorum. Quare Do-roszenkius in superbiam actus arrogantes literas direxerat ad omnes Offi-ciales Fortalitiorum, in quibus praesidia Polonorum haerebant; ut loca e-vacuarent omnia animadversurus capitali supplicio in contravenientes. Interim directa hostilitas Kosacica cum Scythis, qui pervenientes usq; ad Barum ac Medziboszum, magnam calamitatem hominibus afferrent, quos extractos mactabant, pecoraq; dilaniabant, mortuinas ca-nes relinquentes; atq; cadavera spoliata. Tanta hostilitate pertur-batus Sobiesius Supremus exercitus Dux, destinaverat Silnicium cum ali-quot nonnullis cohortibus, eiq; adiunxerat Legionem Pivonis Di-ni atq; Kosacicarum fraudum peritissimi; ut velociter currentes inde-mnitati providerent illorum angulorum in quibus ferbuerat hostilitas.

Piwo Tiburgi

Advenerant illi prompti; sed impares hostilitati illis locis advigila-bant quibus includebantur rebelles, quos in egressu adoriebantur, praesidiaq; Kosacica aquis flammis comburebant ac pecora mactari cu-rabant, etiam hominibus non parcentes. Eapropter ad tollendas Legiones utrasq; Silnici ac Pivonis destinati erant Legiones Kosacicae sed penitus militari insistentes, dissolvebant cohortes contra se directas cruentoq; Marte qualiter congressum terminabant.

Miserat

Miserat quoq; Dux Supremus Universales Litteras ad Exercitum, ut
relictis Hybernis, patriae succurrerent in periculis summis existenti; sed Mi-
les Polonus velox fuit ad Hyberna occupanda, tardus nimium ad deoc-
cupanda ac relinquenda ob amissam disciplinam Militarem. Sicq; neq;
in Aprili movebantur Cohortes, sed abiectis mandatis Ducis, insistebant Aprilis.
pecuniam Hybernorum, quae supra modum apud Milites extenuaban-
tur. Attamen Primores Militiae malebant attendere Tribunali Fi-
sci Radomiae celebrati, quam populi calamitati multiplicatae: instan- 18.
tiisq; suis plures armatis efferverant ut Externae Militiae numeraren-
tur ante omnia Milliones duo et sexies Centum Millia; Polonae vero
Militiae quantum ex retentis deduceretur. Item ut Ducibus darentur
Centum millia florenorum singulis. Efferverant et id ne Excessus Mi-
litares pertinerent ad Regni iudicia; quinimo ad Castrensia remittan-
tur aut rigore Amnistiae in Comitiis Generalibus conclusae silentio aeter-
no donentur. Sicq; dementia Militaria suppliciis severis punienda, ha-
derasis Coronis sunt coronata.
Circa dies Festivitatis Paschalis Rex cum Regina devotioni Caenae
Domini attendebat eo ordine progrediens cum pauperibus, prout Ipso
praesente incidens eadem Festivitate progressus est magno cum hu-
militatis exemplo.
Sub idem Tempus Duces Exercitus Supremus et Campestris, deposue-
runt malevolos spiritus, quibus dissentiebant inter se tempore di-
uturno ob adulationem exagitationes. Et facti sunt amici ab isto
tempore. Etenim Campestris Dux, Demetrius Palatinus Belzensis, Wisnio- Dux Demetrius desponsat neptem Sobieskii marschalci
wiecius Dux, ex Sorore Sobieskii Supremi Ducis et Marschalci Regni, Fili-
am natam Catherinam, a Dominico Palatino Cracov. in Zaslaw et O-
strog Duce progenitam, Viduitatis suae Coronam mutari in Connubialem
postulavit; quae Soror Sobieskii transierat ad Nuptias secundas Michae-
lis Radziwili Ducis in Nieswiez et Olyka, Sup. Lith. Procancellarii, cum quo
iteratarum nuptiarum prolem suscepit sat nobilem. Quare Connubii foe-
dus futurum, suadente Radziwilo Vitrico eiusdem Virginis, Demetrius
Dux per assensum Avunculi Sobieskii obtinuit, omnibus inimicitiis re-
iectis per mutuam animorum offensionem reconciliationem. Ex qua con-
iunctione plenus bonarum partium promotores sunt laetati, omen capi-
entes futurae reconciliationis a Rege obtinendae; quandoquidem De-
metrius Dux Wisniov. una cum Fratre Constantino, Regis Michaelis
fraternitate patrueli gaudent; quinimo Patrui a plerisq; Regiis
nominabantur. Sed de eo Sanguine alibi mentio fiet. Jam vero Sobie-
skius insimulatus erat apud Regem Confoederationis tacitae contra Regem,
quam malevoli confinxerant variisq; argumentis fraudulentis fir-
maverant in ruinam Sobieskii, et eorum qui a Consiliis belli ad Con-

silia Regis novi quaerendi accesserant, ut Anno superior evulgaverat.
Sed haec deinceps evanuerant, accepit tamen Quadraginta millibus Impe-
rialium Gedani numeratorum; quae pecunia dividenda erat, unà cum
promissis ex Gallia millionibus sex inter Confoederatos, eorumque Exerci-
tum; quem augere conabatur nova conscriptione adhibita Cohorti-
um extranearum. Ast Deus non permisit callidas artes deduci ad dubi-
os eventus totius Reipub. nocivos: quin imo confudit perversas intenti-
ones eorumque universos malevolorum, ad inanes fabulas relegavit.
Maius. Quia vero Kupharum locus Varsaviae destinatus erat; Residentes Se-
natores Regi persuadebant, quatenus Russicos incolas et Officiales Exer-
citus ad gratiam reciperet, dotibusque cum Primoribus Militiae signis pa-
catis ad reconciliationem pertraheret. Consultoribus his non fuit Rex con-
trarius, sed tempus Kupharum differendum existimavit: ob Nuncios tri-
stes, qui detulerant iteratò Scythas cum Kosacis invasisse Podoliam, et
NB. versus Kamenecia progressos fuisse, qui incolas Dunaiowcenses, Kalo-
wcenses, Brishowcenses, aliosque vicinos hostili ferro cesiderant ovibus ac
pecoribus multis unà cum vectoribus hominibus, abactis in angulos proprios.
Cupiebat itaque Rex tantae calamitati quamprimum succurrere sive per auxi-
lium Militiae cui contrarii erant plurimi Palatinatus, sive per publicam
Nobilitatis expeditionem, quam etiam plurimi non necessariam publicabant.
Verum crebri Nuncii deferebant certo Scytharum Ducem cum Kosacis
Russiam et Poloniam invasurum, et Doroszenkii artes ac fraudes
expleturum. Accesserat etiam Nuncius Wysocii Legationem apud Turcam
expeditam hucusque non habentis: qui fatebatur Teteram ex Valachia ad Por-
tam Ottomanicam descendisse de factionibus contra Poloniam maxime su-
spectum: is enim modum, Polonos invadendi ordinaturus erat in Aula
Turcica: sed morbo correptus, intentiones perversas abiecerat circa
ipsum vitae agonem. Post cuius fata tota supellex Vezyro Turcico ces-
sit in possessionem. Is Tetera ante fata instabat apud Officiales Turci-
cos ut Wysocius remitteretur ad propria; quem asseverabant brevi ex-
NB. peditandum futurum; sed ea propter quod venit difficulter obtenturum. Su-
premis sermonibus idem Tetera notificaverat Wysocio, bellum conclu-
sum esse contra Polonos, iamque esse ordinatos Valachos Moldavos ac
Scythas ad occupandam Russiam, quam Doroszenkius offert se redditurum
cum omni fidelitate ac subiectione, dummodo Praefectus summus ad vitae
sua tempora à Turca constitueretur.
Eapropter Rex Universales Literas curavit transmitti ac deferri ad Pala-
tinatus pro Expeditione Nobilitatis, aut pro auctione Militiae: ut robur
competens in promptu haberetur contra hostilitatem ingruentem. Ast
videbantur fabulae narratae plenoque potiorque pars Militum deducta est
Varsaviam, pro assistentia Ducum Exercitus tam supremi quam Campe-
stris commisso negotio Castrorum locandorum Polanowio, aliisque Legiona-
riis ad quos Cohortes tardo gradu recurrebant, edicta Praefectorum con-
temnentes.
Ingressi

Ingressi itaq; Duces Exercitus Varsaviam pro Nuptiis celebrandis atq;
in magno Comitatu progressi ad Regiam Aulam Regem ac Reginam
debita veneratione salutaverunt. Ad quem Actum Palatium Viazdowse
concessum habebat Radziwil Procancell. M. Duc. Lithu. ut maior Ma-
iestas eunttium redeuntium Hospitum offerretur. Confirmatum itaq; ac be-
nedictum Matrimonium per Rmum Ducem Czartoryum Epum Vladislaviensem
in praesentia Regis, Reginae ac Multorum Senatorum Die x. May. Actus totus
magnifico sumptu peractus est, ad stuporem Exterorum, qui ad Aulam
Regiam residebant. Inter epulas ac pocula certatim affectibus humani-
tatis ac humilitatis per eos qui offensum sibi Regem iudicabant. Ceterum Rex
testimonia amica affectu bono interpretabatur, neq; se offensum decla-
rabat. Ast peracto triduo hilaritatis, advenerant Nuncii non confor-
mes nuptialibus tripudiis, partim de obitu Potocii Notarii Supremi Exer- NB.
citus, partim de excursione renovata Scytharum, qui tribus agminibus
distinctis invaserant Mohiloviam, Buczacium, Tarnopolum, Podaiciam,
ipsaq; suburbia Kamenecensia cum villis persenitantes, multam plebem
congregaverant, omnibus aedibus eorum inflammatis.
Tali Nuncio permotus Rex ad Consilium universos Proceres prae-
sentes invitavit, apertaq; hostilitati provideri expostulavit nullum vero
dum promptius habens praeterquam Nobilitatis vocanda ad Patriam sal-
vandam per publicam Expeditionem. Ad quem finem renovatae sunt NB.
Literae Regium, assentientibus universis; Officialibus Exercitus admonuit
ut periculis aperte robur militare obiiciant, Patriae securitatem provisuri.
Tandem Rex armamentarium parari ac curribus imponi demandavit,
commisso negotio Martino Kacz[?] Oeconomiae Bellicae Magistro, ut
armaturam competentem ordinet, deducat usq; Leopolim; consistimq;
Kamenecum eiusq; fortalitium revideat, commeatu debito impleat et
alia opportuna robur bellicis provideat. Pro quibus omnibus defectus
nummarius impedimento fuit.
Publicatae itaq; Lrae Regium per viscera Patriae expostulantem a No- Die 24. Ma[…]
bilitate ut Regio lateri assistant, qui in persona propria ad citeriores
Campos Leopolienses adpromiserat se venturum et propriam vitam
impensurum pro indemnitate Civium ac totius Reipub. In quibus litte-
ris insinuaverat augendi militis coepta consilia; quinimo Nobilita-
tis onus tendendi ad bellum in se traxisse, unà cum persona Regia.
Quare voluntatem istam approbans Rex Nobilitatis progressurum
se declaravit, ad hostem reprimendum, diemq; x. Julii castrorum No-
bilitatis locandorum designaverat, inter Campos Leopolienses ac Gli-
nianenses.
Prompta fuerant animo Nobilitati ad Expeditionem iniunctam. Sed
multi Palatinatus concluserunt non movendam Nobilitatem, sed conscri-
bendum militem per Districtus ac Terras, quem ad Regium Latus

applicare volebant. Alii tantum defendendum una cum Rege concludebant.
Junius. Interim Lustrationes Terrarum Junio mense erant expediendae ad quas
pauci defenderent, inanesque fabulas belli tractandi interpretabantur, ut
in iam Russiam ac demum Poloniam potentanter impugnantes.
Rex itaque die 25. Junii progressurus erat, motuumque Nobilitatem Varsavia
excessurus. Sed quia Nobilitas diversos modos expeditionis inconstan-
ter assignabat nullamque hostilitatem adesse publicabat, propterea est tem-
pus lustrationi consumptioni, sicque imparata Nobilitas, quae nuper
gloriose comprobabat, ignominiose reprobata esse voluit, propter amis-
sam Maiorum fortissimorum consuetudinem. Talis recalcitratio Nobi-
litatis de promptitudine Regem dimovebat, anxiusque manens incusabat Con-
sultores, qui impediverant et Milites auctiorem ob promissam obvertionem
propriorum pectorum; et Expeditionis bellicae necessitatem extenuabant
magno cum periculo universae Reipub. Interim hostis augebatur qui
pabulatur equis, ulterioris Russiae Villas ac pagos ferro ac igne depo-
pulabatur, nullam Exercitus Poloni servans praepeditionem, praeter Sili-
ciae ac Pinonis legiones duas, quae a diebus mediis Martii in huncque re-
tardabant gressum hostium, variam fortunam belli degustantes.
Ad instantiam enim Bassae Sylistriae, designaverat Turca quendam Sytham
Kaimakan nuncupatum, ut ad Ordines Sytharum descenderet, urgeretque
egressum eorum iuxta ordinationem tam Bassae, quam Doroszenkonis
qui paratos se offerebant pergendi in Podoliam ac Poloniam, dummodo
fruges maturescerent, hominesque circa messuram operarentur.
De quibus anxiatus Rex: iteratas seu iam triplicatas Universales Litte-
ras ad Palatinatus Interiores miserat, qui tantum duo Cracoviensis
ac Sendomiriensis progredi cupiebant, reliqui Palatinatus contrarii ad pro-
gressum suum invenere imaginarium militem promittentes peditatus ac Equi-
tatus, cuius in egressio ita et progressio difficillima videbatur. Quos
enim Nobilitas rumusculos circumferebat belli removendi a Polonia.
Unum de Persita obsidione Babylonis; quam Turca amittere noluit
quinimo bello experiri cum Persis cupiunt. O quam iucundum, mendacium!
Non desunt vires Turcae ad Persam impediendum; et ad Polonos infestan-
dos vero eodemque tempore: cum tot possideat Gentes.
Alterum de bello apparato in ~~Hungariam~~! ad quam Turca in persona
sua est progressurus! Nonne praebet maius periculum invadendi Polo-
niam, quandoquidem per brachia Hungarica Caput Poloniae apprehendi
potest a Turca! quod avertat Deus. Ipsique Moldavi, ac Serbi, similique to-
tam belli molem possent inferre Polonis; si mandaverit Turca!
Sed Tertium excogitatum figmentum proponebat Nobilitas. Quod litteras
a Doroszenkone directas fuissent ad Brandeburgum, invitantes eum; ut
mota Nobilitate cum Rege in Russiam; attendat Maiori Poloniae, et
pergat Cracoviam usque ad sedem Regni occupandam; quem Doroszen-
ko adpro-

he adpromisit se ad Regnum possidendum perducturum! Quare ob tan-
tas quasi factiones iam conclusas, Maiores Poloni vexabant moveri
ab illis limitibus militesque tantum submissuros se pollicebantur. O so-
mnia: o sagacitatis videnda fundamenta! Quid Doroszenkoi cum Bran-
deburgo? mallet Moscho adhaerere, quem schisma ac nostrae linguae
usus posset coadunare; quam Germanicae Genti, cui hostis sunt infen-
sissimi, ob Germanicas legiones, quae hostiliter, hostes Russicos attenu-
abant.
Propter talia Agmenta, videndaque obstacula, Deus vindex subiecerat
oculis Civium Leopolien. Alveum Sanguineum, qui aliquot horis in- Prodigium
duens rubedinem quasi fluctus sanguinis, perterrebat oculos spe-
ctantium, indicans circa moenia Russicae Metropolis fluxurum san-
guinem; si Nobilitate renitente ad publicam expeditionem cum hoste
decertandi nullus dabitur obex invasoribus congregatis, iam paratis
ad Christianum populum exterminandum!. De quo prodigio Rex
certificatus, privatis litteris animabat Primores, ne permittant dissimu-
latione sua perimi populum innocuum; quo sublato, Regnum sum-
mis periculis exponetur. Facta suspiria ad lecturam litterarum; expres-
si gemitus, Deus ipse novit an non simulati! tarda tamen Consilia prodi-
nus facta, mox sunt derelicta. Sic quasi delirante Nobilitate miselli
plectuntur incolae Russiae civiliores, quibus excisis ad arborem sicuti
vaditem ipsam perdetur. Quia vindicabit Deus sanguinem innocen-
ter mactatorum ac in captivitatem diram abductorum.
Ast Nobilitas etiam quartum obstaculum tendendi ad Expeditionem publi-
cam divulgabat, nempe privatum commodum Regis. Qui per viam belli Ex-
peditione publica tractandi possessiones in Russia proprias vellet ab ho-
stilitate vindicare, quarum proventibus caret a tempore obitus Parentis sui
sanguinis a tempore hostilitatis Kosanicae inchoatae, quae iam cursum an-
norum viginti praetergressa est duratura in ruinam universae Poloniae.
si neglectus armorum usus Polonorum non reassumetur. Tanto enim
tempore rebellis Russia, acquisivit Curatores ac Tutores iam Scythas
iam Moschum, iam Turcam, iam Valachos Moldavosque: ac insuper
Gallos iunctos suenis qui exclusionem Galli ab Electione ad Regnum
abdicatum vindicare omnino conniterentur, facta amicabili conintelligen-
tia cum Duce Brandeburgo. Quae factio etiam in Turcia publicata
erat per Residentes diversorum Principum.
Neque videtur damnosa futura toti Reipub. intentio Regia vindicando-
rum Bonorum in Russia consistentium. Etenim a fronte Russiae ac
in visceribus ipsis (in quibus aliorum Dominorum haerent Villae, oppi-
da, Arces, ac Civitates praeter Fortalitia Reipub.) tractandum esset ac
expediendum fortiter bellum, quo promoto, tandem deveniendum esset ad
bona Regia nuncupata, quae a tergo in Russia ulteriore, ac vicinore

Moschoviæ consistentiam habent elongatam. In quorum terrarum limiti-
NB. bus quoniam Kosaci addicti Regi ac Reipub. haerent, Duoburg, Hanenko-
ne ac Sirkone, partim Scythas partim Kosacos perstrinxerant, ab illis arcent
ac removent: propterea Rex Hanenkoni foedus cum illis Kosacis renovandum
ibus existimavit, eumq. constantem in subiectione agnovit, quando a fa-
ctionibus Doroszenki una cum plebe universa recessit, eruptis et a par-
tibus propinquioribus Podoliæ moventur principia belli: ille vero latera
illa unionis constrictus erat, iam non tacita ac palliata contra Do-
roszenkum inimicitia, sed aperta hostilitate per quam alienata et quasi
amissa tam patriæ Regio, ad propriorum Dominorum manus posset redire.
Et in eum finem Rex Zaslaium Pomeraniæ Officialem direxerat cum insi-
NB. gniis diebus Aprilis militantibus ad Hanenkum, (quem honorem Doroszenki
us magnopere ab annis duobus impedieverat, per latus Procerum sibi
addictorum, qui Regi dissuadebant, ne insignia tradantur Hanenkoni) sed
a Moschis attendentibus impeditus est Zaslaius, rejq. officio suo functus,
cum iisdem integris redire adactus est ad Regem, obstantibus Dimitren-
kone et Machowsko Praefectis Moschicis qui etiam Hanenkum recipientes
omni conatu impedituros se sunt contestati, allegantes Pactorum firmi-
tatem: ob quam ad creandos Kosacicos Duces iuncto assensu Moschi cum
Rege talis functio deferenda esset homini ab utroq. Principe eligendo.
Insertum quippe tale punctum est Pactis Andrusensibus. Kosaci Zadne-
NB. prenses et Zaporosenses, sub utriusq. Monarchæ tam Moschici quam Polo-
nici tenerentur potestate, qui ad mandata utriusq. Principis, servitia belli
peragent, facta coniunctione ac assensu amborum Monarcharum.
Quia vero haec Legatio cum insigniis non requisito Moscho fuit facta,
consiliis tacitis quorundam malevolorum effectum erat, ut Moschi fa-
ctam legationem exaggerarent eamq. impedirent, ac si novam utriq. Mo-
narchis iudicarent. Qua de re Litteras ad Regem direxerat, insinuans
incompetentiam Creationis Ducis praesertim Hanenkonis, quem sibi Mo-
schi nunquam agnovit, faventem. Licet vero ob eam difficultatem anxi-
ose consistentem, Hanenko Ducem Moschicum precaria epistola requi-
sivisset, nil tamen effectum est; quandoquidem Moschi praesaga mente
futura dignoscit incrementa belli; si Hanenko aut Sirko Praefecti
confirmati essent traditis insigniis potestatis, onerarenda plebis in illis
partibus existentis. Quare et Doroszenko inserviens Hanenki et Moschicis
impedit; quia confirmatus ea potestate tractanda Militiæ Kosacicæ, tam
Moschis quam Doroszenkoni efficeretur molestus ac gravis. Et ob eam
NB Hanenkonis potestatem: semper suffultus est Scytharum aliquot milli-
bus Doroszenko, non fidens Kosacicæ multitudini, iam sibi aliquoties
rebellanti; metuensq. ne ad partes Hanenki transeant, eiq. ruinam extremam
accumulent.
Inde

Inde crescentibus odiis internis inter Kosacos Hondenses ac Kisowen-
ses, necessario sequuntur ordines Scythici, Bialogrodenses à partibus Do- NB.
rostensibus, Krymenses à partibus Hamnonis: qui congrediuntur verati, sed
in ruinam Gentis Russicae, et quâ per tuitionem abductos esse homines
in captivitatem ultra Triginta millia personarum, testatur Turcia.
Multi itaque extra Limites Russiae degentes Poloni obloquuntur Regi
eiusque fidis Consiliariis, ignorantes arcana quorundam remedia, qui-
bus Nobilitati paratissima clades adstruitur, illud antiquum votum
inclamantibus ac exoptantibus, ne Equester Ordo ad publica Consilia Con- NB
veniret, Comitia, inuitentur, sed paucos tantum Primores Regni univer-
sali auctoritate condendarum Legum revocatâ, penes quos solos ma-
neret Regum electio. Talibus Mysteriis Gallos ac Suecos propensissi-
mos habent tractandis, quibus per fas ac nefas agendis iam vacilla-
tas mentes iuramentis obfirmarunt: transmissis scriptis privatis ac ob-
sigillatis ad maius robur conciliandum.
Effecta itaque Nobilitatis contumaciâ ne ad Regium latus armati concur- Julius.
reret. Castra in campis consistentia Cohortes ingressae non cum eo quo
par est affectu, trepidare coeperant ob ingruentem hostilitatem per Scythas
ac Kosacos causatam, quâ trepidatione Civitates ac Villae neglectae à
militia nullam agnoverant defensionem: quandoquidem grassantibus ho-
stibus militares vires non sunt obiectae, quinimo depraedatio ac spoliatio
permissa hosti tanquam ex consilio condicto. Aberant tunc Exercitus
Supremi Praefecti, qui requisiti à Legionariis supervenerant, sed magis eli-
gebant eredendum de Castris ad Loca tutiora quam cum hoste aut ex-
periri, aut motis legionibus eundem in grassatione impedire. Attamen
destinatus erat Polanowius cum parte Exercitus, ut hostem grassantem
si non ad frontem saltem ad latera percelleret, et à praeda deductione li-
bera deterreret: sed nullo congressu facto, rediit iterum in Castra di-
vulgans potentiam magnam hostium, qui tantum praeliminarem grassatorem
praemiserant, sciscitantes an iustus sit Regni Exercitus, an Nobilitas ar-
mata cum Rege processerit, sitque belli promovendi contra ipsos debita ap-
paratio: quam deesse conspicati, audaciusque in Loca patentia irruebant
multamque de plebe ac fortunis eorum, evadis agminibus eorum, in diram
captivitatem nullam renitentiam agnoscentes abduxerunt, iteratam in-
cursionem ac depraedationem facturi, quam Scythae captivi adpromit-
tebant, subiecti solitis quaestionibus ad veritatem depromendam.
Mota itaque in alium locum Castra partim tutiorem partim hostibus
viciniorem, diviso Exercitu ac tripartito, cuius pars una Kamenecum
directa: altera ad Zbarazenses campos: tertia ad Trembowlenses

eo respectu ut hosti iterato excurrenti impediretur gressus. Ea hosti-
litate inspirata, populus universus vicinitatem ingruentem hostium sen-
tiens, ad loca tutiora cum caris pignoribus summa cum perturbatione
descendebat, atque de modis defensionis cogitabant, de milite colligendo di-
sceptatum, de pulvere, armis praeparandis ad pericula avertenda cum tre-
pidatione tractatum. Interim nescitur quo consilio cum praeda abundan-
tissima regresserat hostis, ex quo recessu rumor sparsus armistitium factum
fuisse ab utrinque, quod sola miserorum captivorum deductio, non bellica ha-
ctenus efferebat.
Ab hac hostilitate remotior Nobilitas, Expeditionem publicam non ne-
cessariam concludebat, revocationemque sui per publica Scripta Regia ur-
gebat etiam Iudicibus Tribunalis Regni idipsum expostulantibus. Rex ta-
men imminentia pericula videns, non concesserat Revocatorias; quin i-
mo per omnia sacra, Nobilitatem invitabat, ut armata progrederetur
hostem repulsura.
Pariter et Supremus Dux Exercitus circa transmigrationem è Castris, Uni-
versales Literas direxerat ad Terras Viciniores, ut provideretur patriae
periclitanti; quandoquidem augeri in dies hostiles cohortes didicerat, po-
tentiamque nullam esse Militiae Polonae praemonebat adversus agmina
numerosa Scythica et Kosacica: Scythici enim Ordines, Bialogrodenses,
Budziacenses, Krymenses ordinati erant ad mandata Novi Chani per
Portam Ottomanicam intronisati, ut Kosacis assisterent, conatusque illorum
cum armatis agminibus promoverent. Eapropter petiit à Nobilitate
Sobiesius ut Consiliis mature collatis adinvenirent media ad succur-
rendum Exercitui cum Reipub. qui ignorans potentiam armatam ho-
stis, fidensque viribus Exercitus, existimat inanes esse terrores, ac vanos
hostilitatis paratae rumores.
Doroszenko enim pertraxit Turcam ad sui protectionem firmandam, idque
per immissionem Chani novi Scythico robore succincti, ut cum illo posset
coniungi, et in viscera Regni prorumpens, antiquae rebellionis vota promo-
vere. Quia vero Doroszenko non omnes Kosacos addictos sibi habet
maxime suasu Chanenkonis ab obsequiis eiusdem remotos, ideo sin-
gularem assistentiam Novi Chani à Turca emendicavit, ut motu et me-
tu Scythicae potentiae Chanenko ad partes Doroszenki transeat; qui
Russiacis et Kosacis militiam tractantibus, suadet tenendam tranquillita-
tem ac pacem cum Polonis, quam perpetuam Amicitiam cum Paganis.
Secus vero Doroszenko dissidens à sensu Chanenkonis, suadet Genti
Russicae universae, ultimum bellum Polonis inferendum, ut mediantibus
armis offensivis, tandem per arma Libertas Kosacica firmetur, ampli

usque

usq; gubernium Polonorum nec ferat nec agnoscat. Satius eligens protectionem ac dominium Turcicum, quam imperium Polonicum. Ad hanc temeritatem inductus saepe Doroszenko, Graecorum ritum sequentibus Episcopis, Sumlanscio, Tukalscio, Osowscio Winnicio, et Chmielnicio: qui praetextu Fidei Graecae firmius stabiliendae plebem Russicam adhortati arma sumenda decreverunt, quam certo sibi pollicebantur per Turcica auxilia atq; protectionem tutiorem à Turca quam à Polonis. Denunciaverunt enim saepe in synagogis Russicis tollerabile futurum obsequium Turcae, pensione quotannis facta per modum Honorarii ad Aerarium Turcicum importandi. Approbabant idipsum Ukrainiis Graecis et genuinae Fidei Russicae stabilitis consuetudinibus. quas retinentes tranquillos vitae exercerent, sine praepeditione Religionis, tantum annuam pensionem eidem Turcae conferentes.

Ast si vellent nuncupati Episcopi GraecoRussici veraciter explicare onera Turcica Graecis imposita, dubio procul nunquam cogitarent de Turcica protectione. sub qua omnes ordines Graecorum rituum gemunt, suspiriis altis exoptantes et Deo emergendi de illa servitute tribueret commoditatem. Sed caecus aliter de coloribus judicat, aliter bene videns.

Crescentibus itaq; hostilitatis rumoribus etiam Metropolis Russiae nempe Leopolis Urbs trepidavit partim ob illud prodigium aquae cruentatae ebullientis de quo suprà tactum: partim ob armaturam Arcensem ad Castra devectam, (quam tamen sufficientem Civicum Armamentarium habet) partim ob Russicae plebis innatam malignitatem, quae in Suburbiis Leopoliensis residens, insultus ac insidias hostiles promovere consuevit, odio Romanae Fidei ac Gentis Polonae, quae in hac Urbe primos occupat gradus. Quare gravem obsidionem ac oppugnationem multi incolae metuentes praesertim extra Moenia consistentes, constituebant migrationem ad remotiora loca ineundam, quàm periculis gravibus salutem unà cum fortunis committendam. Eapropter Claustrales ac Religiosi Ordines, dimidiatum numerum Fratrum Patrum aliorsum dirigebant, metuentes annonae difficultatem ac obsidionis diuturnae gravitatem. Multum enim de fervore defendendae Civitatis demissum videbant, ex solito cuius impulsu quàm olim in similibus casibus, pertinaciter defendebant.

Eam trepidationem adaugebat adventus Regius retardatus, cui ingressuro Portae Triumphales apparatae erant, summâ cum cupiditate Regis armati ac cohortibus numerosis succincti videndi, ad cuius adventum et rigidior Nobilitas conflueret, et populus animosior efficeretur ad hostem reprimendum. Ast spe quasi amissa Regis adventantis, metuebant sibi Cives ne proditione aliqua latenti, immersi periculis inextricabilibus, calamitati publicae destinati per ingenia potentiorum traderentur.

Primo ad defensionem Urbis destinatas aliquot Cohortes externo milite armatas, alias Dragones ac Raitaros, ab ingressu Urbis excluserunt arcendos, sperantes similes Cohortes cum Regiis mandatis adventuras. Quod Consilio Nobilitatis in Urbe consistentis est effectum, missis Tabellionis ad Regem, ut securitati Loci istius provisum esse vellet: quandoquidem et Milites ipsi pignora sua deposita in Urbe alio transferenda curaverant: quasi spem amittentes Urbis defendendae.

Aeque trepidatum in aliis Civitatibus, tum ob victualium defectum, tum ob armaturae inopiam, hominumque militarium defectum, augentibus Magnatibus metum, qui nobiliorem supellectilem ad naves onerandas deferri curabant: non fisi fortalitiis ac robori militari. Augebatur metus rumoribus adiectis, quod Bassae seu Palatini Turcici aliquot ordinati essent cum Janizeris, et Valachorum Moldavorumque Exercitibus; qua vero hostilitate non levem incutiebat timorem ipsis Ducibus Exercitus Poloniae, cuius Legiones ordinabantur ad excubias partium variarum, ne congregatio hostica passus ac vias occuparet ad fugiendum, non ad decertandum. Ob quod ad Maiestat. Divinam recurrendum est ante omnia remedia defensionis; ut illa protectores Gentis Christianae destinare velit, et a metu Pannico eliberare.

Postquam vero recursum erat, cum precibus diurnis atque nocturnis ad Maiestatem Divinam; scriptu mirabile cessavit intra paucos dies illa trepidatio; effectamque fuisse per instructionem malevolorum, plurimi firmiter adseverabant. Ex Confessatis enim Scytharum Captivorum deducebatur clandestinis vocatos fuisse Scythas artibus Doroszenkii: qui diffidens plebi kosaticae, vires suas armatas esse voluit, in casum domesticarum seditionum contra eum novandarum. Ea de causa Sobiesky trepidantem populum assecuratoriis epistolis confirmavit, et ad sedes proprias iam derelictas revocavit inhabitandas.

Requisiverat interea Rex, Brandeburgum Prussiae Marchionem, ut suppetias militiae Prussicae legibus ac pactis hoc suadentibus ad latus Regium destinaret: commisso negotio tractandi Ogarco Succamerario Varsaviensi: qui a Brandeburgo magnifice ac humaniter exceptus destinavit ad Regis mandata mille quingentos pedites instructos armatura debita, et quingentos Equites Raitaros dictos: quasi maculam illam deleturus tam ratione Conspirii contra Regem non recti ad quod a malevolis incitabatur: quam ratione Kalstein quem Brandeburg malevola traductione hostium ejus incitatus ad quaestiones seu torturas destinaverat admodum crudeles, ut in illis

miseram

animam efflare cogeretur Kalstein magno cum ardore ad sangui-
nem pertinentium. De qua crudelitate requirebatur constanti animad-
versione dictus Marchio per Regem Poloniae; quod dominum ad Aulam
Regiam recurrentem summo vitae ducendae gratia impio furto rape-
re destinasset cumque adductum ad Carceres detrusisset tandem quae-
stionibus crudelibus subiecisset. Ast Marchio speciosas causas ad-
struebat facti inhumani ac tyrannici: cumque Conspiratorem fuisse
contra Domum totam Marchionis notabilem, deducebat: aliter
Nobilibus in Ducatu Prussiae residentibus factum enervantibus.
Inter haec Legati duo ad Regem Varsaviae Legationem advenerant.
Anglicanus: qui nuncium adtulerat de Rege Angliae quod ad partes
Fidei Romanae a Lutheranismo accessisset, quodque Status Angliae
nos Parlamenti vinculo foederatos pro intentione retragantes ar-
matis cohortibus sustulerit, et capitalibus suppliciis affecerit; roburque
illud Calvinismum (ob quod Carolus Stuardus Angliae Rex in-
audito in orbe exemplo, securi et ferro privatus est) totaliter com-
pressisset magno cum solatio Christianitatis quae in Anglia Sco-
tia, Hybernia aliisque provinciis proscripta fuit conniventibus Princi-
pibus. Haec Legatio grata fuit Regi Poloniae, qui expeditione
sua animabat Regem Angliae ad firmam Christiani Hominis venera-
tionem et in partibus illis olim Romanae Fidei additis, constantem
replantationem.
Moschoviticus alter: qui a Magno Duce Moschoviae veniens
gratulatus est Regi Poloniae (quanquam tarde) Regni assumptionem
et cum Imperatore Romano per Connubium Coniunctionem. Tar-
ditatem amicitiae contestandae referebat in Rebelles Moschicos, qui
magnis dissensionibus Ducem Magnum ad bella cruenta evocave-
rant quibus biennio integro debellatis iam tandem in securam quie-
te dominatur Gentibus suis totaliter rebellibus oppressis. Quare Magni
Ducis Moschoviae testatus est affectum amicitiae symbolis firmatum.
praesertim Equo Generoso cum phaleris pretiosis a Duce Magno Re-
gi oblato, ac multis quadragenis pellium Zebellinarum in tesse-
ram amicitiae donatis; qua Legatio speciosa etiam donariis spe-
ciosis per Regem Magno Duci exhibitis cum applausu peracta est.
Hic Legatus ipse cum vacuis manibus recessit, cui etiam donaria ho-
norifica in auro ac aliis sunt oblata. Intra eam expeditionem testa-
ta est per literas Magni Ducis amicitia, in aliis firmitatem belli-

ea Subsidia contra hostes Regis ac Regni fuere adpromissa.
Post eam Legationem Nobilitas Polona constantiorem affectum ad Expeditionem publicam per Nuncios suos exhibebat; quandoquidem Russica molimina et Scythas, ceu Gentes alias vicinas Polono Domini adversas, pertrahebant ad invasionem Regni funestiorem; ut impiis Russicis factionibus publica tranquillitas Regni perturbaretur.
Eapropter Rex cum Senatoribus ad latus residentibus iterata Consilia reformari curabat, ut Nobilitatis motu remedio bellico ad compescenda Russiæ discrimina progrederetur; quandoquidem Starenko, Doroszenkonis fraudes cum populo Russico detestatus, ad pacis media paratum se esse accedere, pluries per Nuncios significabat.
Augustus. Ardentiores itaque Literas ad Palatinatus direxerat, quibus invitabatur Nobilitas ad suppetias ferendas Exercitui, qui iam movebat Castra versus Skatam ac Kamenecum tum quoque Zbarasium: hostis iteratam invasionem impediturus. Grassabatur identidem Hostis non admodum numerosus, ast inhibito erat congressu Polonarum cohortium, ne hostis irritatus audentius perlustraret Podoliam atque Volyniam, ut Russiæ contigua dominia. Ob quod scena quaedam absque debito congressu peracta; hostisque ad campos Barenses sensim augebatur. Duces itaque Exercitus solertis impedimenti ut curribus atque praedatis, Cohortes Equestres direxerant ad hostem inquirendum atque circumveniendum. Verum hostis metuens robur Polonorum, lento gressu recedebat invasuros Polonos loci nactus opportunitatem. Interea Gregorius Doroszenko Frater Ducis Kosacorum versus Tivalica morabatur, evocans Polonos ad aliquas angustias in sylvis reconditas. Sed emissariorum dexteritate fraudes erant detectae ac praeventae. Excurrebant leviores armaturae Poloni hostemque pro commoditate direxabant, levis certamina audacter terminantibus. Ast hosas permissi Scythis quos subsidiarios grandi dr conduxerant, praeliaciter impetus Polonorum retinebant. Tandem numerosior accessit Exercitus Polonorum, qui promptus erat ad pugnam: sed absque expressa tesserâ pugnandi nulli cohorti moveri licuit. Tempus itaque interemptum locationibus frequentibus militis, atque stationibus discursis, Regium adventum cum Nobilitate praestolantes.
Ast dare admodum Rex moras ferebat Nobilitatis cunctabundae. quae de fervore eundi ad bellum cum Rege valde remiserat; dissuasionesque multiplices Regi proponebat, ne Rex festinanter tendat ad bellum; quandoquidem magis prospiciebat Nobilitas Moschi

aestivus

#

cstius commodam opportunitatem, quàm armorum importunitatem.
Attamen Rex urgebat egressum, Literisq[ue] numerosis incitabat Nobi-
litatem; quæ invito spiritu armandam se promittebat, Consilia diver-
sa quærens ne ad bellum descenderetur.
Rex itaq[ue] pertæsus moram Varsaviâ movit, Peditatum cum arma-
tura præmisit unà cum aliis impedimentis bellicis usq[ue] Sokalum.
Nobilitas paucis ex Palatinatib[us] congregata cum suis compendio-
sis subscripta Regem persuasit Regi ut Lublinum attingens respi-
raret, Consilium bellicum tractaturus cum Nobilitate in proximis
locis hærente. Annuebat Rex voluntati alienæ, Lublinq[ue] hæserat
sperans Palatinatuum omnium congregationem. Cæterum alii in con-
singuis angulis pabulandis equis attendebant, alii ad Nundinas
pro cõmendis bellicis requisitis diffluxerant, alii epistolis inanibus
conferebant de eventu belli necdum limine ad hostem transgressi, alii
inanem Regis promptitudinem referebant quum hostis haereat in
longinquis angulis. Sicq[ue] vanis commentis, interpretationibus, fermeq[ue]
factiosis procrastinationibus, Lublini Regem detinebant, usq[ue] ad moro-
sas admodum declarationes Nobilitatis cunctabundæ, quæ conclusum
esse cupiebat canere receptui ad Penates domesticos remeandi, quam ad
arcam pugnæ cruentæq[ue] tendendi. Tandem post cunctationem Cohor-
tes Palatinales aliquantas ad latus Regium submisit se daturam No-
bilitas, personas suas quasi reservatura domi ad ingruentiam pe-
riculorum imaginariam. Rex igitur elusus promptitudine galeatorum
Nobilium, adactus erat militibus paucis stipare latus suum, roburq[ue]
militare de repente conquirere ne cum nudis signis ac manibus, prog[re]-
deretur ad Campos Martios. Trudebantur itaq[ue] dies ac noctes inani-
ter: fermeq[ue] integer Mensis, Augusta promittens arma atq[ue] præsidia
cum tota spe Nobilitatis evanuit. Fama tamen ad aures hosticas de-
ferebatur auctis in dies rumoribus, Regem progredi cum selecti militis
et quidem veterani robore, etiam externis subsidiis suffultum ac
stipatum. Et sic gressu cancrino certatim recedente Nobilitate à
proposito bellico, totiq[ue] Reipub. relictus campus aliter se defendendi.
Dolenter Rex attigerat, insumptorum Consiliorum fraudes, Numen
supremum in testimonium advocans, liberam conscientiam suam innu-
servabat in casu periculorum subsequentium. Quare motiones Nobilitatis
effecti diversi clandestini motus, intentionesq[ue] hostium propensorum
duce Stavenkonis suspensis effectis: maiorem Dorostenkowi audaci-
am compararunt, tam ad Stavenkum inquietandum, quàm ad Po-
lonica præsidia de Toralinir eiicienda. Præmisit itaq[ue] partem ho-
stilis roboris, cum Gregorio fratre, cuiq[ue] vexandis Polonis præposuit.

Qui cum haesit ad Campos Barenses, pariter Supremus Dux Sobiesci-
us submisit speculatum cum legionibus duabus Meteleskium; is hosti
occurrens forti congressu perterruit Dorosenkum Gregorium, succinctum
Die 17. Aug. Scythis, roburque illud Kosaricum debilitavit, quod millibus tribus Scytha-
rum auctum erat. Profligato itaque Dorosenkone, captivos multos
abduxit, sauciosque reliquit, prosequens fugientes ad sylvas: ad quas
crevit dimicatio fortior, quam nox diremit. In crastino Dux Campe-
stris accessit cum debita parte Exercitus, quam ordinaverat ad hostem
prosequendum, per diversos campos evagantem: qui eludebat conatus
Polonorum, ad diversa fortalitia recurrens, cum detrimento et fatigatione
insequentium. Quatriduanis itaque congressibus diverso Marte certatum.
Sed cum Sobiescius advenit Succursum Duci Demetrio Campestri; nite-
batur omnino evocare hostem de sylvis, quas commodas habebat ad
impetum Polonorum aut retinendum aut eludendum. Verum quia Scy-
thae excursione diversa in campis cursitabant, non incommodum Sobiescio
videbatur itineribus vix perviis conniti, et terga Scytharum occupa-
re, ne evadendi campum facilem obtinerent. Tranatis itaque aliquot
Die 24. Aug. fluminibus cum equitatu Cohortium valorosarum, ad Campos Rohaty-
nenses pabulatum descendit, designatisque Custodiis nocturnis ipso dilu-
culo aere infuscato vagantium Scytharum catervas deprehendit, ex
quibus conclusit non procul adesse robur hostium. Inditum itaque tem-
pus novendarum Cohortium, quas Scythae conspicati fuga sua pugnam
eluserunt. Tunc velocius Cohortes Polonae irrumpentes fugarunt suc-
cumbentes hostes qui ad uliginosa loca descendere sunt adacti, in qui-
bus plurimi periculum vitae subierunt.
Die 25. Aug. Tandem animis recollectis ad Campos Boriwenses, in crastino majus
suum robur commonstraverunt Scythae, dum Cavagini Kosarios adjun-
cti junctis viribus opposuere Polonis robur suum ardentabantur. Ast
nescitur quo consilio velitis pavidi impediuntur, movit hostis Cavagi-
nem armaturam continentem, eamque circumduxit, usque ad Campos Bracla-
venses. Insequentes Exercitus Polonus gressum hostium qui intra vallos
ac fossas Braclavenses abdiderant militem Kosaricum, vix aliquot Si-
gnis Scythicis ante fossas consistentibus. Quare Polonus Miles campos
Die 26. Aug. Braclavenses occupans, non segnes ad equos lassos reficiendos. ad
ortum solis occultaverat Cohortes in proximis sylvis, ut ad illos Polonos
in campis morantes, Scythae invitari ac evocari possent. Ast Scythae
haerebant vallos quasi oberrantes non relicturi. Itaque avidus certa-
minis Sobiescius, duas legiones commiserat Sluzewskio ac Zborowio,
ut recta ad latentem hostem intra et extra fossas, arma capesserent,
existimans hostes egressuros ad aream pugnae contra imminentes

Polonos

Polonos. At hostis magis fidens fossis, nequaquam progressum ad pugnam attentavit, eligens expectare intra mœnia, quæ ipsi aptissima ad defensionem videbantur. Certarunt Poloni aggressione debita, deturbandi hostes à fossis ingenium quærentes, sed continuatior effectus hostis impetum Polonorum accurrentium glandibus pyriis impediendum decrevit. Coorto maiore desiderio hostes de fossis evincendi, eo impetu ab utrinque certatum est, ac marte cruento dimicatum. In illo fervore dimicationis, Kowalewski miles Polonus non admodum adultus Kosacum valorosum mordicus se defendentem strenue abduxit Duci supremo præsentandum. Pariter à Kosacis Urbański Polonus captus. Sicque sola captura hominum tempus illud traxerunt usque ad noctis tenebras. Eapropter Acies instructa Polonorum adacta est pernoctare in campis vicinis: quod cum referebat ordinem. Frons Aciei commissa erat utrisque Exhibitoribus Regni ac Campi. in qua Legiones habebant Vexilliferi Regni cum Castellani Podlachiæ et Capitanei Podlachiæ. Alam dextram tenebat Palatinus Russiæ. Sinistram autem Eques Melitensis Lubomirsky cum fratre Germano: *Aciei facies*
Corpus regebat Campestris Dux Rzewuski. Alæ dextræ adhibitæ in subsidium cohortes Notarii Campestris cum Dragonibus. Alæ sinistræ adiecti Wronowski cum signis Dragonum. Tandem claudebat Aciem Cataphracti miles, cui præfuit Polanowski. Tormentaque cætera cum armatura graviore suis in locis sunt constituta.
Exorta itaque difficultate hostes evocandi è fossis Braclawiensibus, in *Die 27. Aug*
ducto consilio cum veteranis militibus statimque conclusso mandata Ducis promulgata sunt. Ut Acies tota contra suburbia occupata à hoste moveretur, in quibus et Scythicum robur, et Kosacorum confidebat. Acri conamine certans Miles Polonus, irruptionem fortem adhibuit, suburbia ac fossas penetravit, flammas adiectas addidit, ferrum pertinacibus cervicibus. Scythæ furorem Polonum non sustinentes fuga consulendum sibi decreverunt. Kosaci renitentiam summam facientes tandem ad interiora Civitatis mœnia se receperunt. Iam portæ occupabantur à Polonis, ast innumera Kosacorum successores grandi obiectu sclopetorum irruptionem militis Poloni impediit. Usum est armis Raitarorum ac Dragonum, ad occupandam Civitatem, quam cernens Doroszenko Gregorius subitam armis atque sibi censuit consulendum fuga, imitatusque Scythas. Insecutus Miles Polonus Gentem utramque per campos volitantem: sed illa insecutio gravis ac operosa fuit, ob lassitudinem equorum ac noctis impendentis interruptionem. Ardor tamen persequendi hostes non defuit, quem Principati

non poterant cohibere. Hostis evadens fuga, ingeniosis artibus eludebat persequentes: projectis ad moram procurandam non tantum acquisitis rapinis, sed etiam propriis vestibus, pharetris ad collectionem invitabat, etiam equis præda onustis dimissis. Sicque moram facientibus Polonis, securiorem fugam sunt adepti; etiam Kosaci permixti Scythis.

Cæterum plebs Russica consternata effecta ob sparsas Cohortes Polonas hostium vestigia inquirentes opponebat Polonis Sacra Templorum Vasa ac Evangelia patentia oppida cum libero ingressu exhibens et ad obsequia Reipub. prona reputaretur, eaque arte salva ac intacta permansit. Nec sæviebant in plebem cum nudis et inermibus manibus progredientem; nisi in armatam. Alia oppida faciebant fugitivis Scythis, eosque recenti equitatu proviso, securiores reddebant.

Progressæ tandem Legiones ad alias Civitates oppugnandas: ast pernulo Oppidorum excisorum, pertinaciam reliquerunt, subjectionisque tesseras explicaverunt, panes, mulsum, avenam, aliaque esculenta tam pro Militibus, quam pro equis pabulandis offerentes. Deposuerunt itaque arma offensiva, Zasiskum, Batowum, Czeruspidowka, Sawgrodum, et Iwasenum clementiam Ducum invocantes: quam obtinuerunt.

Conticuerat itaque Rebellium ardor: qui invasuri erant præcipua Fortalitia, et arma resumpturi contra Polonos. Quia vero altam spem collocabant Rebelles in subsidiis Scythicis, effecit Deus Opt. Max. ut per Novi Ducis Scytharum introinsalationem antiquus Dux Scytharum Novo Successori sese opponeret: qui ordinibus Scythicis antiquis faventibus bellum intestinum atrox excitavit, totamque spem Kosacis præcidens multis cladibus Scythiam occupavit.

Talibus rumoribus Hanenko Dux Kosacicus perceptis, denuo conflicto Zigmuro Scytharum, proximiores passus Scythicos obsiderat et Bassam Turcicum Bilogrodensibus et Perecopensibus Scythis præfectum armis arreptis invasit, Gentemque illam prosperiorem devastavit, magnis abductis gregibus equorum Boum ovium: etiam prædicti Bassæ non contemnendis fortunis arreptis. Quæ Hanenkonis invasio terrorem Scythis ac aliis Gentibus inter Scythas commorantibus conjugavit magna cum consternatione Doroszenkonis Ducis Kosacorum, in subsidiis Scythicis ac Turcicis omnem fortunam collocantis.

Jam vero Lublini magnis Consiliis agitatis cum Rege Primores Regni Poloniæ tandem concluserant non esse tempus nervum adhibendum contra compescendos Kosacos, Scythico subsidio carentes, quin imo

September.

sufficie-

Sufficturas Cohortes Palatinales, citra Motivum Publicum Nobilita-
ti, quas ad Regium latus destinaverant collocandas. Li-
thuana Gens eiusdem sensus erat cum Polonis, Militesq quatuor
Milium ad Regia obsequia custodienda conscripta jam expediverat,
sed Sti Militi Regi [illegible] connumeranda decrevit, velam-
us Mandata Regis exequentur, quanto Nobilitas cunctabunda pa-
ratis Cohortibus non erat.
Interea Exercitus Regni, resoluti causa versus Bania recesserat, com-
misso negotio Legio [illegible] ad Bialocerkiam, vicinasq Civitates ad
iura Subiectionis compellerent. Verum latitabat ad vicinas Sylvas
Bitocerkienses Rebellis furor, iamq Dux Dorosenkus Patrus Co-
cum illum propugnaturus erat. Sed obstinati oppugnatores Poloni
palmam sibi praeripuerant Civitateq fortiter expugnata ac fortali-
tio occupato, Kosacium agmen ad Templum muratum confugiens
ibiq pertinaciter se defendens gladio fuerunt excidentes Gentemq
contumacem admodum notabili clade compescuerunt. Aequo ludibrio
fortunae Vinnicense praesidium subiectum erat, dum Legio Labune-
signa Rebelles invasit, coramq capita arrogantia plena, stricto fer-
ro decussit.
Particularium itaq cladium pertaesa gens Russica, durebat consultius
pergendum ad partes ac mandata Hanenkonis, quam Dorosenko-
nis, qui tanto temporis tractu vulpinam rabiem contegebat ficto
amicitiae palliolum indutus neq Polonas interventuras esse cupiebat
per indicationem potentiae Turcicae, quam adorabat omnino, iamq
Turcici Imperii insignia in oppidis ac villis praefigi demandabat.
Plebs igitur tot periculis exhausta, per Scythas quotannis gras-
santes, antevidebat saepius recurrendum esse ad partes Hanenko-
nis, Dorosenkonem autem relinquendum, ut hominem dolosum, super-
bum et Genti Russicae perniciosum. Inclamabatur itaq Regius
adventus, exposcebatur mutuae pacis restitutio, excitabatur Hanenko
ut iactis quibusq cum Exercitu Polono domestica pax firmaretur, arma
vero Scythis ac Turcis opponerentur.
Movit itaq Rex Lublino, ac Zamoscium visitavit, Palatinales Cohor-
tes expectaturus, quae cancrino gressu moras nectentes, ad Regias o-
ras perveniebant, promptitudinem Regiam retardantes. Insumpserant
non modicum tempus procrastinationibus. Rexq pertaesus moram
absumptis septimanis tribus ad Zamoscenses penates, Matreq sua Du-
cissa Wisniowecensi avisata, gratia solennium tediorum, Leopolin
perrexit, una cum Regina.

October. Attigit tandem Leopoliensia Limina Rex aequè cum Regina: ad
Die 2. tantorum Hospitum adventum, universus populus Urbis effusus e-
rat, cupiens in patentibus campis personas Regales aptè cogno-
scere. Sed Cohortium ac Equitum concurrentium numerus impediebat
visionem. Signa laetitiae tormentorum explosione grandi common-
strata, Regiq; Claves Urbis de novo oblatae, in Urbis ingressu. Post
officiales Cohortium recesserant cum Militibus ad Villas ac Campos
vicinioris recedium facturi angustarum aedium pro tanto Comi-
tatu capiendo non sufficientium. Erumpens Fama de praesentia
Regis, Leopolim seu Kosacis ac Scythis incusserat terrorem propter
Legiones firmas ad latera Leopoliensia continuis diebus per-
gentes coniunctionem appetentes cum Exercitu Regnum qui non
segnem operam in compescenda Kosacorum contumaci Rebellione
adhibebant, Ducibus utrisq; Supremo et Campestri adoperantibus.
Etiam Czarneckio Praefectus Kosacorum animositatis effectus tam Scy-
thas quam Kosacos armis obviis percurrebat. Is admodum lae-
tus gratus erat Regi: qui tamen ereptum sibi tempus doluisse per
Cunctationem Nobilitatis incusabat, ob quod non poterat adire
penitiores angulos Kosacorum vagantium. Quare cum Sena-
toribus praesentibus Leopoli Consilium instituendum decrevit, an
sibi procedendum esset ultra cum Copiis Supplementariis, ad are-
am hostram devastandam. Matura facta deliberatione conclusum
fuit non esse progrediendum Regi sed Legiones omnes dirigendas
quamprimum ad Marschalci Regni ordinationem, ne otioso gressu
ac tardo adventu eaum eriperetur occasio haerendi in Castris
et cum hoste decertandi. Accessit et ratio urgens ut praesidia impo-
nerentur quamprimum locis ac fortalitiis iam ab hoste evacuatis,
ne hostis iterum ad latibula sua resumpto animo ac viribus repa-
ratis conaretur redire. Proinde peditatus et equitatus sine mora
directus est ut Oppidis ac Arcibus Miles recens induceretur.
Rex interim Festivitatibus in diversis Ecclesiis occurrentibus simul
cum Regina interfuit, praesentiaq; sua populum recreabat, qui
ad Templa confluebat numerosus causâ Regis videndi, ac Reginae
non autem devotionis attendendae. Interea Litterae Kiovii ex
Castris deferebantur, terroremq; immissum esse à Deo singularem
contestabantur, hostibus fugientibus et palantibus per Campos

ruere

remiis fugam urgens, aut persequens. Is terror immissus, hostem extra fines Russiae exturbavit. Militi autem Polono accessit constans dexteritas quâ assuetus et firmatus omnia incommoda belli sustinuit Ducumq mandatis obtemperavit contemptâ inclementia aeris quam autumnale tempus crebris diebus ac noctibus parturiebat. Ad propriores itaq angulos Scythae devenientes, intestinis odiis Ducum, tam anguibus quam venenosis adhaerentes intestino bello distrahebantur, ob quod Dorosenkio rebelli suppetias promissas aliquoties non poterant ordinari licet Fratres suos obsides aliosq Kosacos valorosos Krymensi Duci transmiserit et magnas summas aureorum promiserit: per continuos tabelliones subsidia Scythica implorantes contra Polonum Exercitum, qui iam ad ulteriores angulos Russiae feliciter transierat Hanenkonis fide suasionibq confirmatus. Dorosenko igitur succincto militi Kosacico diffidens adhaerenti sibi, Czehrinum constituerat annona universa augere, fortificationesq reparare. Quod iusta et debita munitione est munitum tam pertinaci Chmielnicii propugnatore defensum, quam Wychowius obstinatis vallo firmo innixus circumseptum armaturaq omnimoda repletum non caruerunt decet tormentis compluribus additis ad illa tantum quae Czedronius relinquere adactus erat dira fame inter praesidiarios consurgente, quam Dorosenkoni nunquam mediantibus pactionum infidorum remediis tam grandi fortalitio cessit invitus. Quare loco illi nimium fidens Dorosenkius, annonae copiam et armaturae abundantiam habens arroganter prodeundum sibi cum Polonis decreverat, totam spem collocans in Scythicis subsidiis: quibus Czehrinensis territorium tradere cum omnibus fortunis meditatur, dummodo Poloni militis manus evadere posset. Eiusmodi offertis oblatis Scythae attentiores se declarabant, iamq agmina ordinabant ad Polonos infestandos ast Hanenkonis et Sirkonis fidelior dexteritas ingressum ipsorum impediebat crebris praeliis concessis feliciterq per conflictus cruentos terminatis, magna cum strage Scytharum.

Placuit itaq Regi Leopoli moranti, Senatus consultis providere, ut Dorosenkii arrogantia depressâ, Officium Praefecturae Kosacicae Hanenkoni fideliori et constantiori destinaretur, eiusq insignia honorifice traderentur eidem ad maiorem authoritatem inter Kosacos comparandam. Quod cum esset approbatum consiliis mutuis Senatorum, ut Dorosenkius Officio quo abusus est privaretur: Hanenko vero fortaliter Exercitui Kosacico praeficeretur, statim cohortes Russiae ad Hanenkonem introductionem properabant, Dorosenkium pro hoste Reipub. habentes proclamatum. Ordinata igitur insignia Praefecturae Kosacicae ad Hanenkonem, cum quibus missi erant ab Aula Regia Deputati Kolitnicius Vexillifer Dobrinensis, et Zelisij: qui non tantum Vexillum ac tympana Re-

gii gratiae symbola deferenda receperant verum et Honorarium
aureorum mille eidem adiunctum Hanenkoni tulerant offerendum.
Porro Kosacis Kiiovensibus in fidelitate erga Rempub. ac Regem
perseverantibus etiam honoraria debita adpromissa sunt, idq; Se-
natoribus praesentibus ad Latus Regium suadentibus, dummodo contuma-
ciam aliorum Kosacorum ad obsequium Reipub. perducere admit-
terentur: ob quod Gratiam Regiam in postulatis suis essent experturi.
Designata ac delata sibi insignia Kosacicae Praefecturae Hanenko, acce-
ptari non posse declaravit eo quod Praefectura Kosacica ab omnium vo-
luntaria electione dependeat. quorum consensio approbanda est per Re-
gem et Rempub. demumq; insignia Praefecturae tradenda ad eum finem:
ut Praefectus electus confirmatum ius habeat Officium suum debite tractet
tam in regenda Militia Kosacicâ, quam in finibus Reipub. defendendis, ne
hostis Scythicus Turcicusve, consuetis invasionibus populum Sceptro Polo-
no subiectum, infestare audeat magna cum diminutione Gentis Christia-
nae. Quare Conventum Generalem Kosacicae Gentis expectandum esse subintu-
lit; in quo liberum erit ad Praefecturam assumere virum strenuum; in
quem tota Gens revalescens imperia ac mandata eius aequabiliter ferat.
Quem honorem nolle sibi usurpare Hanenko conclusit. quum viri stre-
nui non desint, apti ad hoc officium regendorum Kosacorum. praesertim
cum ipse ambire nolit eum gradum, cupiens Regimini alterius subesse
non autem tam numerosae Genti praeesse. Eapropter universum negotium
tempori commodo tradendum decrevit; Insignia autem ad Supremi Prae-
fecti nempe Sobieskii confirmationem remisit, aversum animum habens a
quibusdam rerum bellicarum turbatoribus qui eum ad regimen inceptum
passim circumferebant partibus Doroszenkonis apprime faventibus.
Et licet Hanenko Kosacicas legiones, Exercitui Polono sincero affectu ob-
ligaverat, Fortalitiaq; ad deditionem non postrema pertraxerat iamq; ma-
gnam partem Gentis ad obsequium reversi Regi ac Reipub. reduxerat
tamen obtrectationes indignas factas de se suisq; commilitonibus tacito ani-
mo revolvens, satius eligebat invidiam conflatam plane deserendam
idq; per Praefecturae totalem abrenuntiationem. Ea Hanenkonis vacillatio
ingrata erat Regi, porro adversariis gratissima! iamq; de fervore antece-
denti temperandarum regionum multum remissum est, magis de respiro
Exercitus plenoq; cogitantibus quam de prosecutione rerum non inepto
Marte inchoatarum. Inde Doroszenkoni campus porrectus armanda per-
tinacia, cunctatione belli prosequendi, ad quod urgebat Doroszenkonis Scy-
thica subsidia maturari quae a Porta Ottomanica habuerat adpromissa.
Nam Turcicus Imperator mandaverat Scythis arma domestica intestinis
odiis confirmata, deponere: iunctosq; animos tenere pro partibus tuendis
Doro-

Doroszenkonis. Hac spes Turcicorum mandatorum efferebat Kalnikum
non postremum Rebellium Kosacorum receptaculum ad deditionem obstina-
tissimum. Et quanquam multorum tormentorum iaculis impetu gravissi-
mo quatiebatur non sine periculo rebellium praedictum Fortalitium; tamen
contemnendam oppugnationem indicabant rebelles, spem totam collocantes
in auxiliis Scytharum opera Doroszenkonis impetratis. Jamque Petranovig
apparuerat cum Scytharum agminibus, impediturusque oppugnationem Kalnikam. Die 23.
Ast Legiones Exercitus Poloni coniunctis Cohortibus Hanenkonis, intentiones Octobr.
Petranovii praeverterant, praelioque acri commisso, et Scythas et Kosacos
armis, equis et vita spoliaverant, vota rebellium eludentes obsessorum.
Hanc Victoriam adauxerat Stagnum copiosum fluviusque proximus, ad
quem ponte deiecto metu nostri plurimi desiliebant equis superan-
tibus concreditam saltem extremam, cuius periculum evidentissimum subire
sunt adacti. Placuit igitur consilium premendi Fortalitii Kalnikani
fame ac victus penuria. Ad cuius eventum Praedia omnia cum adiacen-
tibus pagis ac Villis flammis addicta sublata fuere: attamen rebel-
les defensuros se concludebant, victualium abundantiam publicantes.
Agnius itaq attendebatur fortalitii inquietationi. Solis Cohortibus Ugo-
tio commisso, et Custodiis dispositis egressus rebellium impediretur: atta-
men durantibus Custodiis Nuncii Doroszenkonis ad obsessos [illegible] tran-
sierat; per quos firmaverat auxilia adfutura certo valorosa.
Tunc demum Exercitus Polonus requirebat auctionem Militiae quae ar-
bitrio Ducum non necessaria existimabatur, ob quod Vexilla multa con-
glirata facta tam Lithuanici Exercitus quam Palatinalium Cohortium,
quas superfluas indicabant in Castris futuras, ob hostem remotion-
bus in partibus lactantem. Diffluxit itaq Militia. Contributiones per Pa-
latinatus laudatae inaniter exactae sunt magna cum angarisatione po-
puli. Judicia Fiscalia gravi afflictione hominum peracta sunt ac ter-
minata. Tympana, tubae pulsatae; rumores magni Cohortium pragra-
nem cum auxesi publicat! Et subito evanuit miles, vox sola reman-
sit. Siq spes augendorum Castrorum evanida in opprobrium est tracta.
Tali inconstantia ac levitate permotus Rex, segnem operam Militiae
futuro contemplans apparavit regressum Leopoli: discessumque suo ulti- NB.
mos dies Octobr. determinavit.
Maiorem enim Poloniam inaudiverat tumultuari, ob privatas ac
publicas Litteras quorundam Procerum; qui Primas sibi partes de-
ferri usurpabant tam in Vocando quam in Eligendo Rege. Et quod Vi-
rus sopitum esse videbatur, ob absentiam Regis recruduerat, magnis
moliminibus perturbans Regni Ordines. Censuit ergo Rex isti malo ob-
viandum primisque Diebus Novemb. movit Varsaviam, rebus futuris pro-
visurus.

Interea Doroszenkius molestam Exercitus Poloni approximationem iudi-
cans sibi futuram omnibus viribus adlaborabat Scytharum agmina op-
ponenda armis Militiæ Polonæ, quam Hanenko augebat Kosaricis legio-
nibus coniunctis, manentibus sub protectione Regis ac Reipub. Polonæ. Ast
divisionem armorum Scythæ habentes ob Ducum suorum odia ac iras ve-
hementes non poterant parere petitionibus Doroszenkonis, qui et donariis
et obsidibus non postremæ notæ Fidem suam obstringebat, cupiens Turci-
câ Protectione confirmari. ob quod ad Portam Ottomanicam velociter sup-
plicavit, iuramenta iuramentis novis stabiliens, ut Imperator ad Regem
Poloniæ Legatum dirigeret quatenus Exercitus in Russiam deductus revoca-
retur. Id facile obtinuit Doroszenkius. et Tabellio Turcicus quem Chau-
Litteræ à Turca. sum vocant directus est Die 3. Octobr. cum Literis ad Regem Poloniæ:
quas delatas Casimirus Zaivyski Regius interpres eum tenorem ha-
bere promulgavit. Datæ Adrianopoli A.D. 1671. die 3. Octobr. Harum
sequitur series ex Turcico contextu.

Eminentissime Magnorum Heroum Fidei Jesu. Gloriosissime Monarcha-
NB. rum Populorum Messiæ. Gubernator omnium Gentis Nazarenæ, omnis ho-
noris eminentia decorate, Famam, Finis tenens Rex Dominiorum Polo-
niæ Michael. Actiones tuæ ad bonum finem dirigantur.
Postquam ad Vos istæ gloriosæ ac Orbi proficuæ Litteræ meæ deferen-
tur, notum sit Vobis auxilio magno Divino et Victoriis eius effectum fu-
isse, quod Præsenti Monarchæ cum Maiestatibus suis ad tutellam Ma-
iorum norum recurrentes, in tranquillitate semper extiterint. Pariter
temporibus superioribus à Serenitate nostra, Tympana, Vexillum, cum
superioritatis insigne uti luculenta Liberalitatis et Gratiæ nostræ Testi-
monia supra Gentem Kosaricam Præfecto Doroszenkoni dedimus: cuius
operationes optimo sortiantur fine. Is enim confugiens ad Mundi Asylum
et ad felicia Limina Portæ nobis à Deo tributæ, obsequia sua per sup-
plicationem detulit: à quo tempore constans et sincerus in omnibus ob-
sequiis nostris remanet Servus. Inde cognoscentes eum addictum esse
nobis ita uti alios servos et Exercitus nostros, eiusque cum Exercitu Kosa-
rico ipsius Mandata ferente, sub umbram protectionis nostræ Imperato-
riæ et Dominium eorum gubernationi nostræ traditum recepimus: quod
uti et alia Dominia nostra externa in securitate ac defensione omnimo-
da ducimus conservandum: et prædictum servum ordini servorum no-
strorum adiunximus. Dominiumque Kosaricum cum Districtibus omnibus no-
stris limitibus consignavimus; ne aliquo modo in illa Regione fortunis
pignoribus, et personis ipsis damnum inferatur. Id ipsum ante à Sublimi-
bus Liminibus Portæ nostræ, per Litteras est significatum, admonuimusque
Vos, ut circa præmissa denunciata robur Pactorum prospiciatis. Hunc
delatum

delatum est Nobis, quasi moto Exercitu Polono contra praedictum Praefectum Kosaccum, velitis ipsum et Dominium sub potestate nra manens ruinae inferre. Certo quidem nuper cum Maiest. nra in Anadoliae Partibus designaueramus Hyberna, iamq gressum nostrum ordinaueramus: sed eade causa mutauimq Serenissimam authoritatem nostram, ut in antiqua Sede Adrianopoli Hyberna expediamus. Inde enim offensam nostram magnam factam reputamus. Expedit igitur ut iuxta anteriorum et praesentium Lrarum tenorem ac monita inserta, superius Specificato Doroszenkoni cum Exercitu Kosacico, et Districtibus ne minimum quidem damnum inferre praesumatis; verum iuxta Pacta iurata his ex angulis, ad quos venisti regressum maturet ad propria Dominia: ne tam a Te ipso, quam a Tuo Exercitu, sub Iurisdictione nostra Dominio consistenti damna et rapinae cumulentur. Etenim si violabitur iuramentum et Pactorum firmitas aut Verborum datorum inconstantia fiet a partibus Tuis, Scito te incursurum Supremi Dei iram, quae est promotrix omnium Victoriarum et Magni Prophetae nostri Mahometi Mustafae, qui gaudeat cum notabilibus miraculis. Quapropter cum Serenissima et Magnificentissima persona nra statim ad principia Veris quod vnumquemq laetificat, cum innumerabili Exercitu inimicum quaesiturus mouebo contra Te certoq progrediar. Scito ergo, paresq sis arcam belli meum ingressurus. Huic Pax in vero itinere haereat. Dat. ut sup.

Pariter Litterae datae ab Achmet Bassa Vesero Turcici Imperatoris ad Regni Procancellarium, in haec verba.

Ex Praelectis Heroibus Gentis Messiae, ac praecipuis Officialibus populi JESU, Dominii Poloniae Andreae Olszowi: Facta tua bonum finem sortiatur. Amicitiae dignam Salutationem praemittens, significatio ad intelligendum talis esto. Serenissim. et Potentissimus Imperator, Terror in Terra ac Monarcha Alexandro aequalis, cuius Deus Supremus efficiat longaeuam et iustam Umbram eius in terra: Ad Portam Excelsam felicitatibus firmatam, cuius Limina Sublimia Coelestibus Similia adiuncto Praefecto Doroszenkone ac Dominio Kosacico, volens damna inferre Dominus Vester Rex Poloniae, Amicus noster mouit et accinctus est Exercitu contra eum. Exaudiuit ista Potentiss. Imperator: qua de causa mandauit ut notificetur Vobis, per Litteras emanatas quas intelligetis. Quare Dignitati vrae et authoritati quod videbitur vtile per Veredarios sine mora respondete. Gens Kosacica ab antiquis temporibus ad Duces Krymenses Scythicos confugiebat, cum eisq ad Portam Imperatoriam, quae est totius Mundi perfugium palam Obedientiam et Obsequia praestabat. Cuius Gentis Praefectus Doroszenkus de Munificentia Imperatoris decoratus Turcicis thoracibus, eiusq mandato in illis Regionibus

Praefectus Exercituum constituitur, atq. inter servos Domini Turcici assertus.
Cuius Jurisdictio unâ cum Dominiis nostris assecurata est Protectione
Imperatoris Serenissimi, quae Protectio non est Vobis ignota. Quod si à pro-
gressu Vestro non recesseritis, qui est contra Concordiam et Pacta! qualia
incommoda sequentur, inde ex Litteris à Sereniss. Imperiali dignitate, ad
Vestrum Regem missis facilè inferetis. Talibus enim progressibus Pax et
Foedera à Vobis dissolventur. De reliquo pax in Vera Via subsistat.

Dat. Adrianopoli [illegible] Sep.

Delatae Litterae praedictae ad Supremum Exercitus Regni Ducem So-
biescium, quas sine morâ unâ cum Chiauso seu Legato, Varsaviam dire-
xit; ut periculo imminenti tempestivè remedia praepararentur. Traditis Re-
gi Litteris: Lectis tandemque! Quare ad Palatinatus praeterea Universales
direxit, ut praemissis Conventibus Palatinatuum Generalia Comitia appa-
rentur, in quibus modi arcendi hostis valeant adinveniri, quum non
sine viribus fervebat Turcica ira. Tabellio itaq. Turcicus detentus est
sed in libertate constitutus magno aere septimanatim nutriebatur, ut ex Co-
mitiorum Decisione Litteris Turcicis debitè respondeatur.
Licet autem Doroszenkonis industria omnia fiant ad illaqueandos Po-
lonos Turcico bello; tamen ille sollicitè urgebat Scythas, ut unà cum eo
ad legiones Polonas turbandas, et de Hybernalibus Stationibus moven-
das coniungerentur. Ad quod opus facilem operam adhibebant Scythae,
attamen Deo Vindice in fortalitiis subsistentes Poloni iustas multiplica-
bant repressiones, quamquam numerosiorem hostium; uti varia experimenta
hostilia edocuerunt.
Etenim inaudito regressu Regis, Palatinalibus Cohortibus moram damno-
sam nectentibus; Doroszenkio cum Scythis Bilogrodensibus iunctâ manu
descenderat ad praesidia è fortalitiis exturbanda, primitus Mohilowiam
post Humanum, tandem Janopolum, Braclaviam, aggressus, expugnatio-
nem fortem adhibuit; attamen praesidiarius miles unà cum nostris fide-
libus non admisit occupationem eorum locorum; quinimo irrito cona-
tu per multos dies conatu adacti sunt recedere. Hanenkonis enim
imperium ac iurisdictionem magis acceptabant quam Doroszenkonis
pollicitationes, quibus pluries illecti in apertas fallacias deiiciebantur.
Milites interim in praesidiis locati; incusabant penuriam alimoniae ac victu-
alium acquirendorum, tam pro personis suis, quàm pro equorum pabulatio-
Novembr. ne. Haec penuria oriebatur, non ex regionis aliqua inopia ac egesta-
te (omnia enim ubertatem et copiosam abundantiam quoad victum contine-
bant) sed ex contemptu monetae Regni, tam solidorum aereorum quàm Ty-
forum à Tympho nequam inventorum: quam monetam Regiones illae
contemnebant, pretiumq. rerum venui expositarum in quadruplo reti-
nebant.

nebant, quas vili pretio poterant acquirere, si Valachici nummi aut antiqua Moneta Polona porrigeretur. Quare Miles partibus in illis stativa Hyberna retinens Summas Hybernales advectas vagebatur exponere iuxta placitum Venditorum, magno cum incommodo Compensatum apparandum.

Cupiens itaq. Doroszenkius novum Praesidiarium militem de Fortalitiis infirmam Defensionem habentibus, vocatis Scythis, suiq. Generis Kosacis asseclis vagabatur per varios angulos Russiae profundioris, et gentem Hanenkonis imperiis obsequentem invitabat, ut abiecta ipsius iurisdictione, Reipub. Polonae promissa abiiceret, Protectionem vero Turcicam securiorem ac fortiorem reciperet. Quare multi suasoriis verbis ac Epistolis Doroszenkonis invitati, Hanenkonem deserebant, magis fidentes Doroszenkoni atq. Scythicis agminibus, quae tribernis Russiis abundantibus sagittam operam suam in adeundis periculis offerebant. Movit igitur Doroszenkius hostilitatem multiplicare versus Humanum, ubi insperata accursione Hanenkonis Uxorem ac filios aliasq. intercepit cum aliquot Centuriis Kosacorum, quos vita donavit, cupiens pari Clementia sua pertrahere alias Cohortes Kosacorum, ad augendam Rebellionem. Quam ut fortiorem redderet, Tabellarium submiserat ad Hanenkonem cum eiusmodi Epistola Doroszenkius.

Magnifice Domine Frater.

Valde miror tuam dementiam: quod partibus Regis Polonorum magis adhaeras, Fraternitatem nostram abiiciens, quae tutior est ac securior Lrae Doroszen-
sub Portae Ottomanicae Protectione ac subsidiis, quam sub Polonis auxiliis. konis ad
Notum mihi est per nuncios verissimos, quod Nobilitatis Ex- Hanenkum
peditio non sit mihi formidanda, utpote Fraternitate obstrictis Cohortibus, iam enim Regiis mandatis parere nolunt: ipseq. Exercitus in praesidiis locatus infirmis viribus praeditus armis succumbet nostris modo Tu Frater Charissime, subsidiis iuvandum volueris! alias et tibi, et populo innocenti parabis pericula proxima. Uxor Tua cum liberis tuis cessit mihi in spolium: quam non in carceribus detineo: tamq. sum paratus remittere incolumem, si ad nostram Coniunctionem redire decreveris. Alias et Tu et tuae Legiones obtemperabunt nostris armis cruentis. Cupio Tibi Frater mentem saniorem, si conservandum Te exoptas. Datum in Castris. Die 16. Nov. 1671.

Tibi addictus Petrus Doroszenkius Gnalis Zaporov.

Ad tales requisitorias Litteras, Hanenko censuit respondendum Doroszenkoni talibus.

Magnifice Dne Frater.

Magnopere ego stupens video tuam insaniam! quod Gentem Russi-

am Christianam involvere non detrectes servituti Turcicæ, cum
quâ nulla Genti nostræ est relatio aut concordia. A Polona Repub.
multa beneficia obtinuisti, quorum oblitus perfida consilia, inivi-
sti, in Tui nominis ruinam. Ego Polonam servitutem valde præ-
Responsum Hanenkonis. fero Turcicæ, viresq cum Polonis coniunctas non disiungam: cupereq
ut Tu ad eas coniungaris, et Regem Poloniæ atq Rempub. debita ve-
neratione prosequaris. Uxor mea cum liberis quod ceciderit in spolium
Tuum non miror, sexus enim is destitutus modis defensionis facile
cedere potest latrocinantibus in dominium. Quod non sit detrusa
ad carceres arctos, gratulor Tuæ benignitati, quam maiorem agnoscam
si Tibi obsequentes Legiones ad Imperium Regis Poloniæ fideleq
obsequium reduxeris. Non pœnitebit Dno Frater si Protectionem Tur-
cicam, quam servam iactas Genti nostræ odiosam, non abiveris. Mea
interim fraterna officia defero. Datum in Campis Turowerensibus die
29. Novemb. A.O. 1671. Tibi addictus Michael Hanenko, Za-
porou: Regiarum Legionum Commendans.

Doroszenko tali Responso accepto indignabundus movere Legiones suas ad
inquietandum Hanenkonem mandavit, armis vindicaturus cum tracta-
turus. Quia vero Præsidium impositum Trostanecensi oppido non sa-
December. tis firmum didicerat, eo arma direxerat, ut ad stativa Hanenkonis com-
modius transire posset. In eo oppido Præsidiarius Miles habebat coacter
ex Cohortibus Polonis: videlicet sub Regimine Palatini Kiiowiensis Potoci
deductus: directioni Vexilliferi Kiiowiensis commendatus. Hoc Præsidium te-
nebant Cohors Hastata et Velitaris Janitoris Regni. Item aliæ Palatinidis Ra-
vensis, Lublinensis, Sirensis, Dobrinensis, Owrucensis Capitaneorum. Item aliæ
Vexilliferi Culmensis. Gratis Podoliæ. tum Succamerarii eiusd. Podoliæ Ade-
rant et Germanicæ Cohortes Dragonorum Supremi Ductoris Exer. Regni.
Universi Præsidiarii Milites duo millia armatorum numero adæquabant
præter Gentem Kosaicam, quæ ad hoc Oppidum securitatis maioris ergo
confluxerat.
Tandem ipso Die Festo S. Thomæ Apostoli Excubiarum Nuncii significa-
verant, adesse legiones numerosas ex Scythis atq Kosacis coacervatas,
contra quas aliquot Vexilla Præsidiana properant, ast potentiam
Hostis demirata ad Fortalitium retrocesserant. Interim præsidiani
ad Campos assumptis pluribus Cohortibus egressi, distantes uno milliari
hostes sunt aggressi, non infelici ad primum congressum Marte, quem di-
remit nox tenebrosa. In Crastino hostis proximiores angulos oppido
occupavit, e quibus Præsidiarii excurrentes, æquali certamine arma pro-
movebant. Ast cum Doroszenko adauctas multo vires produxerat
sex millia hominum computans, intra vallos oppidi Præsidiarii ce-
Die 23. serunt fortiter expugnationem sustinentes. Facto itaq Consilio clandesti-
no, propter Kosaicam gentem nutantem, decreverunt ob multitudinem ho-
minum

minum in Oppido existentium, quanquam nocte intempesta egrediendum et migrandum cum armis ad vetus ruinosum Castellum, Oppido vicinum. Ad quam migrationem securiorem, fossas pro temporis opportunitate struxerant ne indefensi consisterent ad impetus hostiles retinendos. In crastino ipso statim diluculo Oppidum paucis armatis munitum Dorosenkius aggressus nationum suorum favorem agnovit in reprimendo impetu; quibus parcens fortunas omnes eorum flammis subiecit. etiam victualia praesidiariorum, atque equos relictos possedit. famulos militares viliores licet ferro periment. eamque diem totam praedationi consecraverat; quam Praesidiarii e Castello vicino erumpentes impediebant ut poterant. Quapropter iratus Dorosenkius totum robur ad Castellum occupandum ordinaverat, sed reluctante Marte non poterat exturbare Praesidiarios illos quanquam in desperata defensione manentes, nisi per tractatus oblatos, quos Praesidiarii contempserant, eligentes satius mori quam turpi deditione nomen suum commaculare. Interim fama crebuerat Hanenkonem in Campis proximis adesse, ad quem Dorosenkius avidissimo cursu properandum duxit relictis quatuor legionibus, qui Praesidiarios obsidione cingerent, et sine respirio oppugnarent. Sustinebant itaque Praesidiarii admirandas incommoditates maxime ex parte equorum alendorum; quarum incommoditatum caput erat intollerabile aquarum defectus tam pro sibi extinguenda in tantis sudoribus crescentibus licet rigente hyeme, quam pro equis refocillandis. Attamen fodiendae terrae insudabant, nivesque resolvebant, ut aliquam micam aquae exprimere possent. In illa acri obsidione ac inaudita oppugnatione dies duodecem Praesidiarii consumpserant, ad fastidium hostium qui temeritatem propugnantium incusabant. Quare Festa Natalis Domini, Mensisque Decembralis ultimos dies, suis deploratis vicibus in solatium consecraverant obstinatis sed ardentibus pectoribus, fortunam iniquam sustinentes. Motu itaque Hanenkonis aliarumque legionum Polonarum e vicinis stationibus currentium, sunt liberati periculo Praesidiarii equorum validorum usu amisso, tum Commilitonum numero subtracto. Etenim Commilitones plusquam trecenti sunt amissi, famuli et Dragones totidem. Hosari in Oppido fere sexaginta desiderati. Sclopeta derelicta mille et quingenta Hostis recepit. Tormenta tria.
Fortunae novercantis vires omnes reiectae sunt in Legiones Polonas quae Castra relinquentes, Fortalitiaque deserentes, maturius quam opus erat regressi sunt, magno cum tripudio hostium, qui fugaces Polonos appellabant aptiores ad saltandum chorisandum, quam pugnandum. Attamen Trostanensibus praesidiariis constantem Fortitudinem adscribebant.
Qua vero Scythae advocati a Dorosenkone in subsidium levia spolia acquisiverant, tumultuari coeperant contra Dorosenkium; quibus ille in recompensam oppida tria Hosarica consignaverat cum omnibus habitatoribus eorumque fortunis, metuens fraternitatis perrupto disiunctionem.

Tali aucupio inescati Scythae Oppida illa hostiliter ingressi quassa-
uerunt, multosq Kosacos cum Vxoribus ac liberis in captiuitatem abduxerunt.
Verum oppida Doroszenkonis tyrannicam compensationem ferentia ae-
gris animis ad Hanenkonis partes olim transire apparabant, odio
summo Doroszenkonem prosequentia.
Quare Doroszenkius insuper defectionem Gentis Kosacicae, inuitaue-
rat Bialogrodensem Bassam ad mutuam habitationem, Cohortibus ac
agminibus Scythicis in Oppidis illisq Kosacicis Statiua hyberna assi-
gnans, ut ad omnem periculorum impetum sustinendum fortiores vires
opponeret siue Polonis, siue Kosacis eum deserentibus.
Tempore eo Decembrali Palatinales Conuentus erant celebrati Regiis
Conuentus Particulares. Vniuersalibus Litteris inuitati et tempestiuis Consiliis periculis belli Tur-
cici tum inimicitiis Moschicae item Rebellioni Kosackicae prouiderentur, ne
hostes parati, imparatas vires Reipub. spatiosum campum haberent per-
turbandi. Quapropter in multis Terris laudatum erat Consilium, ne DD.
Nuntii ad alia puncta Constitutionem accedant, nisi ad solos modos Defen-
sionis Patriae, contra quam hostilitates apertae, tam per Litteras Turcicas
quam per Contemptum Commissariorum in Moschouia, denique per Re-
bellem Doroszenkium sunt publicatae ac promulgatae.
Dissidia quoque Scythica, quae inter antiquum ac nouum Duces Scytharum
erant exorta; tandem sunt sopita: gubernio tradito Antiquo Hano Ordi-
num Scythicorum, qui antea erat propensus Polonis; eo quod maximis
donariis ac honorariis auctus esset à Reipub. instante Rege praeterito: tum
quod liberas irruptiones ac inuasiones exercebat in partibus Russiae Po-
doliae, Wolhyniae, nullam resistentiam efficientibus Militibus Polonis. Jam
vero alia facies est praesidiorum locatorum in Russia; ne praesidiarii
permittant grassari Scythas; in quorum repressionem Hyberna Stati-
ua Exercitui assignata sunt, non ad Kosacos vexandos aut iniuri-
andos, sed ad tuendos ac defendendos, rigore cuius pecunia ex uni-
uerso Regno contributa deducta est ad Militiam illam sustentandam,
quae tamen magis laudat elongata etiam in Prussia Statiua hyber-
na, quam in Russia melle et lacte scatentia latifundia. Idipsum
et primarii Exercituum Primipili damnant Consiliumque Reipub. damnare
ac vituperant; quod ad exclusionem Hybernorum Commissoriali au-
ctoritate fuerit descensum. Eapropter grauaminosam distributionem
plerique mussantes non accepta facultate à Ducibus Castra reliquerint,
aliique vinculum Militare rumpendum ac renouandum conclusserint in
ruinam Reipub. ac omnium Statuum; qui miserandis fortunis, amplius
non habent quod offerant Militibus, praeterquam extremum Sanguinis ho-
locaustum.

He vero

Ne verò invida oblivionis arte ‡‡ promptitudo ac propensio Regis
Michaelis ad comprimendam Kosacorum rebellionem, per bellica reme-
dia attentanda, tendentis cum apparatu debito obliterari queat: non
iniquum est apponere Alloquia publica facta à diversis Statibus
progredientem Regem salutantibus, et eventus victoriosos comprecantibus.
Quorum Primum in procinctu Varsaviae factum est à Reverendiss. Inter-
nuncio Apostolico Carolo Graggio Abbate, J.V.D. Prothon. Aplico Papae Internuncio.
Qui sacrificio Missae absoluto, Benedictionem itinerariam, tali sermone
anticipavit.
Serenissime ac Potentissime Rex. Ea est Regum Christianorum con- Die 16. Augusti.
ditio ac obligatio, ut Regna sua parata in statu retineant, cultumque Di-
vinum laceratum à subditis vindicent ac promoveant: sive Consiliis
remediisque salutaribus: sive armis bellicoque apparatu; ad quem finem
Gladius traditur cuilibet Principi, ut sciat parcere subjectis, ac debel-
lare superbos atque contumaces populos. Neque nova ista sors est Gla-
dii assumendi ac vibrandi in omnes Orbis angulos, quo magis objectu
armorum paratorum Gloria Dei Omnipotentis valeat dilatari, nomenque Internuncius Aplicus Regi benedicit.
Christianum ad ultimos terrarum terminos propagari. Et quis non
videt Majestatem Tuam provocatam esse ad certamina bellica degu-
standa, tam à Hostibus Scythicorum agminum totius in dominia Re-
gni Tui immissorum, quàm à Rebellibus subditis armorum contra Te
elatorum, quibus comprimendis ac sedandis prospecta Tuae Majesta-
ti gloriosos adijciet Vindice Deo promovente successus ac triumphos.
Quare Tuae Majestati progredienti Sanctiss. Dnus noster Divina Provid.
Papa Clemens Decimus, paternam benedictionem per me suum Sanct.
Internuncium elargitur: ut vias pacis ac prosperitatis feliciter incho-
es, transigas atque tumultuantem plebem coerceas, terminumque tetrae
Rebellioni imponas. Effundat Deus Justus ac Clemens super Maje-
stat. Tuam Coelestes armatos Exercitus, qui securam custodiant et
reducant sanam, salvam, incolumem Tuam Majestatem, victoriisque cu-
mulatam omnibus populis restituant. Neque solus D. Raphael comita-
bitur Majest. Tuam, sed singularis ac specialis Patronus Majtis Tuae
D. Michael tuebitur, defendet et omnibus auxiliis proteget Majest. Tu-
am. Progredere igitur felix felici gressu, ut cum pace salute gaudio
revertaris ad propria. Cui Sancta Apostolica Sedes impertitur be-
nedictionem sacram: ut sacrae Regiones, sacram per Majest. Tuam adi-
piscantur tranquillitatem. Sume arma à Sac. Sede Aplica transmissa,
His accingere vibraturus ea feliciter, contra hostes Nominis Christi.
Hoc igitur Iter Majest. Tuae, exopto prosperum, tutum, et gloriosum.
His praefatus ritus consuetos adhibuit: et gladium Sereniss. Regi appli-
candum tradidit: universo Clero Varsaviensi faustum progressum in-
clamante atque comprecante. Parem felicitatem incolae Civitatis ac popu-
lus universus, confirmatam esse voluerunt.

Varsaviâ itaq. Rex movit Curiæ suæ Cohortes, quas insequens ac Nobilitatis Polonæ obvias Legiones se habiturum sperans numerosas, vix aliquas immorari in solennibus campis inaudivit. Quod anxio animo ferens, Lublinum attigit consilia perachinus ne destitutus promissis à Nobilitate auxilii, vanam progressus sui ad bellum gloriam, in fabulam ridendam converteret. Ea propter invitus licet ob cunctationem Nobilitatis adactus est morari Lublini, ultra opinionem suam ac dispositionem Militiæ Curialis: probrosam elusionem factam à Nobilitate Visitationi Ecclesiarum Lublinensium consecrans. Itaq. Rex descen-
Lublini, Die 23. Augusti. dens invitatus ad Patrum Societatis Jesu Ecclesiam Divo Joanni Baptistæ sacratam; tale Allogium à R. Patre Podleski Societ. Jesu excepit, unà cum assistente sibi Regina; quæ reductura erat Regem usq. Lokalium.

Inter Aras et Templa reddimus Serenissimi Principes, gestientium animorum ex Adventu Vestro tributum: et Augustos et vere Hospites Augustos Ususe Regum Clementissimos ac Piissimos Diis coronatos, quam Divo Jagellonidæ Casimiro Vestro sanguini sacram, ubi Deo secunda adoratione veneramur et salutamus. Aderet nimirum devota Christo capita, ita adorare Christos Domini, quibus Urania Numinis Supremi potestas et Maiestas diminutes concessa est. Siquid profecto nobis est commercii cum cœlo, Cælestem plane Principem Te Regum Serenissime ac Potentissime Michael, quia Cælestis ipsius auspiciis Sarmatiæ sceptro datum didicimus. Par esset Religiosa pectora singulari nominis Vestri cultus venerentur. Quid dicam de Divo Jagellonum, Sembergiorum, Odrowosiorum sanguine in Casimiris, Henrichis, Stanislais, Sacrarum Mitrâ Uranii Purpuram cælestibus coloribus distinguente ac humana augustius spectare insurgente! Debent plurimum singularis venerationis vestræ studia; et Tuo Austriaco sanguini Serenissima Eleonora! Aliis quippe venerer ab Austro promittitur Deus! in Te Sarmatis iam advenit ab Austria cumulatum plane Regii Throni et Poloniæ præsidium ac firmamentum. Recolimus paulo ante evoluta tempora Serenissimi Principes, et nihil non divinum ac adorandum in Vobis contuemur. Divinum est liberas mentes et voces ad se traxisse subito et intra omnes Politicorum Archimedeis validiores machinas: cum alii Principes gentibus solus Deus Præpotens Cæli Dominus Montibus quoq. ipsis imperet. Divinum est Regalibus Aquilis arcte adeo Austriacam Fasciam adstrinxisse. Ea vero tempestate temporumq. conditione Divinum est obligare et obligari perpetuo quod vero pulcherrime præstat Vobis Serenissimi Principes, quamvis indefessis curis Sarmatia suam salutem in momenta singula debet. Et siquid debiti huius exsolvit, ad nova Vos exstimulat beneficia. Quanquam non Uraniam tantum Numinis Maiestatem aut Cælestem Principem, sed Angelum etiam Pacis in Te Regum Serenissime necesse est ut religiosius veneremur! qui ad pacifrandas Russiæ terras, pernici qualis est Angelis accurris motu. Vix enim

Regium

Regium occupasti Thronum; vix publica Sarmatiæ vulnera Austriacis obligasti teneris; vix Comitialium Electionum vinculo, scissa in varias partes Civium studia consociasti: cum irrequieto de bono publico merendi studio longe pulcherrimum Pacis opus aggrederis. Quare quam in communi hac totius Poloniæ expeditione Sociorum Jesu manum Vestris profunde affusam pedibus contuemini Serenissimi Principes; eam et Vestram et Militarem putate. Vestra est, quæ in lætissimo adventu Vestro tantis impulsa nominibus se et sua studia Sacris Aedibus Vestris mancipat religiosissime. Vestri sunt, quia Noster Stanislaus Vester est. Militaris est, quia Dux olim Pompelonensi, nunc suo Ignatio pro Sac. Aedibus Vestris, Cælum oppugnare nunquam desistit desistetque vi tot beneficiorum tam in commune, quam in se profuse Visnowiciana Austriacaque Sparsorum manus. Non inconsiderate certe a nobis Regum Serenissime Michael abibis. Et hæc Sociorum Jesu Cohors Tua spectat Castra, Tuis Imperatoriis se subdit nutibus. Te Duce, Te authore apud Cælum pro Polonia Stipendia mereri vult, illudque in præsenti inter hæc sacra Altaria, et solennem hodiernam populorum supplicationem a Deo expetitum ac Pacis sacræ Aedi Tuæ vovet et Ukraina ad quod tendis solium tam fortunato pede proteras, quam feliciter illi quorum Parens Tuus olim Mars et Achilles Sarmatiæ nunc Tutelare Numen immortalia Victoriarum suarum impressit vestigia. Perge Regiis Imperatoriisque Auspiciis! Perge Prodromo cujus sacra adita pie invisis, Numinis Antambulone Joanne! idest Cæli gratia Cælitumque favoribus. Ac in primo Tui Tutelaris bellicosissimi Cælestium Sarmatiæque Exercituum Ducis, Lesconis quondam contra Jadzwingos moventis bella, prosperum gressum promove: et quidquid ex rebellibus illis provinciis calcaveris, sub pede Laurus tibi fiat. Fiat.

Insumptis tandem diebus multis Lublini Rex propter Nobilitatis demirandam cunctationem in movendis cum Rege cohortibus, impatiens morarum Rex Zamoscium attigit Vti Parentis sui domicilium. Universa Curia Zamoscensis effusa ad adventum Hospitem gratissimum varia adhibuit lætitiæ publicæ testimonia. Inter quæ Clerus Zamoscensis in Ecclesia Collegiata S. Thomæ Apostoli consistens una cum Zamoscensis Academiæ Professoribus ac Juventute Nobili Venientes Utrosque Principes et Scriptis publicis et alloquiis privatis salutavit. Episcopus enim Chelmensis Zegocius obviam progressus Regi Reginæque in fare Ecclesiæ tale alloquium adhibuit. Die Septembr. Zamoscii. Salutatur Rex cum Regina.

Quando ingredimini Serenissimi Principes, Ecclesiam hanc Divo Thomæ Apostolo dicatam, Zamosciaque mœnia visitatis prospero gressu immensas Deo Præpotenti pendimus gratias, quod Locus iste insolitati luminis fulgore repletus inter publica lætitiæ signa lucidiorem vultum assumere videatur. Basilica enim hæc ab Inclytis Zamosciis ma-

nu liberali admodum constructa Umbrifera est, ut sub Umbra Alarum
Dei et sub Umbone D. Thomæ Apostoli, tam Grati Hospites et respirent, et
in piis intentionibus Rebellium compescendorum perseueranter firmiter
et protegantur. Hæc enim Basilica Hastarum Zamoscianarum Deposi-
torium Sacrum est, Serenissimi Principes; diuus Tutelaris Basilicæ ha-
stator est: omnes parietes Hastis consignati vniuersis patent populis non
sine mysterio! quia ad bella feliciter tractanda Hastis ferratis vtendum
est. Gaudes Serenissime Rex ex Materno sanguine Hastis tribus inclytis
offert D. Thomas Apostolus Maiestati Vestræ Hastam propriam Mar-
tyrii cruore propter Christum perfusam, offert inquam ad eum euentum
ut omnis istos Rebelles obstinatos debelles et ad iura subiectionis feli-
citer reduces. Adsit Maiestas Diuina, conatibus piis Maiestat. Vræ
excitabitq́ terrorem in contumacibus pectoribus subditorum perduellium
dexteramq́ Maiest. Vræ Vaetam, gratiis cœlestibus adiuuabit pro glo-
ria Nominis Christiani, et Gentium Sarmaticarum publico solatio. Id
Clerus vniuersus vnà mecum Maiestati Vræ comprecatur, ut Deus prospe-
rè hostes ac inimicos Maiest. Vræ contundat, proterat triumphan-
temq́ sanam ac incolumem liminibus Ecclesiæ et Patriæ restituat.

Academi-
æ salut.
Pridem vidit Orbis Sydera oriri, Rex Serenissime vnà cum Serenissima
Regina: nunquam tamen adorauit Sydera Coronata; nisi sub Julio Im-
peratore, quem Augustum nominauit crebrius antiquitas. In Parnasso
Zamosciano Sacræ Mtes Vræ, plus quam Julios vel Augustos vene-
ramur et salutamus donati ea felicitate, quod liceat nobis venerari
Regia Sydera Coronata, in quibus splendor Imperatorum, Regum, Ducum,
augustis fulgoribus coruscat ac resplendet. Nomen Tuum Serenissime
Rex Michael, non Cœli iras, sed lacteos promittit torrentes expresso a-
nagrammate: J. HAC MEL. I et progredere felix ad solum illud quod
olim Melle et lacte abundabat, nunc felle et veneris atroribus sca-
tet. I et perge fortunato gressu regiones illas Pacis dulcedine refe-
ctimus, et Patriam vniuersam recreabimus. Non enim Sydera Vestra
Serenissimi Principes tendunt ad occasum, sed ad plagas Orientis;
in quibus Maiestatis Vestræ Cynosura Primū Magnitudinis Astrum
primum lumen, Fidei Christianæ effuderat orientalibus Imperatoribus
magnopere olim profutura. A multis seculis Aer Polonus expectabat
solem! et ecce cum Tuo Nomine Lunam inuenit, mediam quidem sed
falcatam, quæ Crescens Plenaq́ efficietur strage Barbarorum: quorum
tot fracta fœdera nonnisi funera præstolantur. Rubet Luna Hæc, sed
boni publici augendi desiderio; Pallet etiam; ut ferreus in hostes pluat
imber. Nubila bellorum voluuntur tempora! Ast Orbi Lechico oritur
Pacis exoptandæ Phœbus: inclamans Michael Rex Viuat. Cui respon-
det Echo

dat Echo Anagrammatum. Tu Virum exhilara. Multis viribus
tumultuata est Respub. Multis Hostibus prostrata! Diversis armis
lacerata! Te Regnante Rex Serenissime Lucidiores apparebunt soles
non iam spinis sed gratiis Coronati ob quas exhilarabitur multis vi-
ribus lacessita Patria. Te Regnante non consurgent vires molestæ: quia
Cœlestium Exercituum Princeps Tecum Castra locabit. Arma vibra-
bit eventu felicissimo. Quare ipse Apollo Maiestati Tuæ occinit: Mi-
chael Rex vivat. Cui respondent Pegasides: Arx Lechi et vivam.
Vive itaq; Pater Patriæ, Gemma Libertatis Polonæ, Orbis Lechici Deli-
cium et semper fortunatus triumpha.
Pari Allogquio Serenissima Regina salutata, talia exprimente Zamo-
sciana Academiæ Iuventute.
Non mediocrem felicitatem nostram Orini animadvertimus Serenissi-
ma et Augustissima Regina: quando cum Aquila Auroram Musis Ami-
cam descendisse nostros in angulos demiramur. Felicem Austriam me-
ritissimo iure prædicabimus, dum ex ea numerosum ordinem Magnorum
Heroum contemplamur quorum Virtus feliciter rexit Orbem Christianum.
Feracem Austriam concludemus, quæ nobis memorabilia protulit conno-
da, per Augustissimas Domus Austriacæ Matres, Annam Burchardi
Marchionis in Hocburg Filiam; quam feliciter Elisabethæ Catharinæ
Constantiæ, Cœlibis Renatæ comitantur: quæ Dignos Imperiis, Regnis
genuere Filios. Habet et Te Polonus orbis Serenissima Regina, tanti
Sanguinis Prolem Augustissimam! Quid enim Eleonora Maria sonat, nisi
Eo in oram à Care. Maiorem salutare Hospitem Patria non poterat,
Te Serenissima: quam Superi solo et solio nostro iam olim Matrem
prævidere. Quidni hic erumpendum in plausus! quæ omnium vota ex-
cessisti. Quid non Patriæ fausti præsagiendum cum Eleonora Maria
loquitur palam: Ero amara Leoni. Procul hinc Leones, Draconesq;
Polono Nomini infensissimi! Procul ottomanicæ Lunæ! imminet ve-
stra deliquia. Serenissimi Michaelis Clypeus Victoribus notatur Cru-
cibus! Adest falcata Luna ad vulnerandum aptissima. Adest Au-
rora fulgens Militiæ tam Litterariæ quam Bellicæ faustissima. Pro-
cul Moschovitici Dracones: quia Leones pro Lechia pugnare statuis.
Pugnabit Serenissimus Michael in Campis patentibus ac faustibus
progressu auspicatissimo! Tu verò Serenissima Regina ante Aras
sacras constituta arma cœlestia per sacras preces, una nobiscum Deo
offeres, ut Serenissimo Regi Victoriosos de Hostibus triumphos im-
petremus.
Post talia adventus sui non infausta omina, festinavit Rex Leopo-
lim visitamus: Crasnam Sokalensem Conventum PP. Bernardinorum
in quo Miraculosa Imago Virginis Beatissimæ consistit, non oblitus
visitare, eodem in loco vota sua Deiparæ oblaturus: per sacram

Exomologesin expeditam. Nouum Hospitem suae venerati Patres unà
cum Regina totaque Curiali Aula, faustum progressum comprecantes. In Cra-
stino reuidebat Rex armamentarium, quod à Magnis Viris erat auctum tor-
mentis aliisque bellico apparatu: maximè à Tyszkiewicz Palatino Vitebiensi
qui et Claustrum praedictum muro cinxerat, propter securius refugium No-
bilitatis vicinioris.

October. Attigit tandem Rex cum Regina Die 2. Octobr. Campos Leopolienses, in
quibus effusas Cohortes Civium multasque cateruas populi armati est de-
miratus. Constiterat in his Senatus Leopolien. cuius Proconsul Regias
Maiestates Alloquio tali salutauit in anteurbanis spatiis: videlicet Mar-
tinus Ancrowski Medicus, pronunc Urbis Proconsul.

Salutant Leopolitani cives Regem. Eminus antea Leo Russiam Inauguratam vereus Maiestatem Tuam ado-
rauerat Serenissime Rex D. D. noster Clementissime: en iterum comminus in For-
tunato Leopolim aduentu Tuo, non Honores tantum suos, quos ex antiquo
ostentat in Stemmate, sed Mentes etiam, et deuota Capita subditorum Tibi
ciuium Metropolis Russiae Ciuium, in Nouam Maiestatis Tuae adorationem submit-
tit, et inclinat profundissime; atque in Urbem hanc inferendo Tibi, ut suo
quondam Roma supponit humeros Seruatori. Ut quam beneficentissimus
Assertor salutem Sarmatico importasti Orbi, eandem huic inferas et Urbi.
Ita enim, Uni Deo secundae Maiestati Regum, vectigalem se exhibere hono-
rem autumat, ita Nouo Principi Nouum animorum reddit tributum. Inde
est ut Maximus Hospes Urbem hanc hodie ingrediaris, non bouis tantum Aui-
bus, aut Apibus illis Vandalicis, quae in Comitiali Renunciatione Tua Campo
per Fortunam Campidominam, non vano futurae Pacis ac Mellei Tui Impe-
rii omine, sacratum Caput Tuum obuolitarunt, sed Leonibus etiam inuehe-
ris Romam olim Marcus Antonius cum sua Cytheride; scilicet pronis in Ma-
iestatis Regiae fidem semper venerationem, Ciuium Leoninae Urbis affecti-
bus. Addecebat nimirum ita inuehi Nouum Principem, prius triumphantem
ex animis Ciuium, quam ex cruoribus hostium, et Pompa hac sententiis prae-
ludere Victoriis et triumphis. E cuius dextera Sceptrum fulget non fulgurat,
Supportatur non stringitur Orbis; imperat Potestas, non premit. Quanquam
non nouum Te ac Primum Hospitem Russia salutat hodie, quem caro fer-
tilitatis argumento ex suis visceribus, fulminem Russicae rabiei Domitorem
de Russorum est enixa sanguine. Mira inde nostrum Naturae benignitas,
quae in eodem solo, ubi monstra et venena parturit, ibi et Amuleta vena-
cula prouidet. ubi Hydra renascens orta, ibi Claua Tua Regia enirare debu-
it. ubi Cacus, ibi Hercules alter nasceretur. Iam ergo consilii Fortunae nostrae
sumus, sua iam gaudia lachrymanti, sua lumina caliganti Russiae rediisse,
cum Sermam Tuam Cynosuram, post demnanos turbines in Russico Cli-
mate diuinitus illuxisse cernimus, cum Te Caelo datum, solo nostro satum,
Communis Patriae salutis Assertorem intuemur, quod verè noster sis,

quia

quia Roxolanus es, verè os de ossibus Russiae, Caro de Carne nostra. Non
igitur tu Regum Serenme in Metropoli hac nouus. Nec Metropolis ista apud
Maiestatem Tuam noua esse potest, quam tot saeculis Corybutea Antecesso-
rum Tuorum irradiabant Sydera, quae Diuum Parentem Tuum Principem
Hieremiam, suo olim complexa fuit sinu, primum in Arena Palladis Palma-
ria signantem vestigia, postea verò Palatinos illius Fasces tot annorum
interuallis prona coluit. Felicem illam tanto suo Palatino, qui in Proauis
Caesar, in Atauis tot Regnorum Princeps, in Sereniss. Filio Rex vocari meruit,
nullius hostis non victor, à nemine unquam victus, immortalibus Gloriae lau-
reis immortuus, mori ne unquam posset, superstes Sereniss. Filius proui-
dit. Cuius eminentis honoribus dignissimus successit Haeres, non degener
ab Arbore Regum Planta, et quae Paterno stipiti significato responderet.
Quo magis igitur exaggerate Urbem hanc Laetitiis par erit ardere, dum
Te Palatinidem olim Russiae Tanti Palatini Filium, nunc Regem Sarmatiae
in medio sui adorat et veneratur. Verùm crescit adhuc nouis Maiest.
Tuae incrementis gloria Laetitiaque nostra, cum Te non Regem tantum ac O-
nium Clemum, sed Angelum etiam venturae Pacis publicae in Te Sereniss.
Michael, spectamus ac salutamus Vniuersi; qui ad pacificandas Russiae
Terras, pernici qualis est Angelis, accurrit motu. Vix enim Regium occupa-
sti Thronum, vix communia Sarmatiae vulnera Austriaca obligasti Fascia, ne-
publico Comitialium Editionem vinculo in varias partes scissa Ciuium studia
consonasti, cum irrequieta de bono publico merendi voluntate, longe pulcherri-
mum Pacis tot votorum rea opus aggrederis. Silere non sinunt Annali noua
Monstra nouum Herculem. Imò dixero. Nouum quoddam ac beneficum, ipsoque
Sole clarius, Urbis nostrae portas Tecum subintrare Lumen. Quidquid enim per
Orbem Europaeum splendoris, in Regum ac Imperatorum Soliis, per aliquot saecu-
la à Populis adoratum est, quidquid Sermonum in Oriente et Occidente illuxit
Orbi Luminum, totum id Corybuteorum Sydereum auxit Plenilunium, usque adeo ut
ipsa Luna Ottomanica non aliam quam Lunam Corybuteam nacta sibi sit aemulam.
Ad tanti Luminis Tui fulgorem, nunquam Tanto Lumini capax pupilla nostra
conniuet et pectus tot simul gaudiis concipiendis impar est, cum Tanta Maie-
stas, Deó Opt. Maximo potestate et beneficiis proxima, istis moenibus ac te-
ctis Regiae praesentiae indulget gratiam. Omnes quidem Sol Sereniss. mundi Ocu-
lus aeque videt et illustrat, proximos tamen etiam colorat. Idem à Te Regum Cle-
mentiss. Urbs haec, tot malis pressa, ne dicam oppressa, expectat. Nouum à Sereno
Mtis Tuae Vultu et beneficiis diuino indutura Colorem, praesertim ubi in Auspi-
cata Inauguratione Tua, Regiis Gratiis non dubium Verbo Regio accepit pignus
et promissum. Hoc unum inter Maiora Minoraque Sydera discrimen est, quod illa
validioribus radiis in subiecta sibi agant Corpora. Hoc una quoque Corybutae-
orum Sydereum erit gloria ac nota, in subiectos sibi semperque fideles Ciues vali-
dioribus egisse radiis ac beneficiis. Nam si qua Urbs Fauoribus Regiis me-
retur ornari ac defendi, Leopolis est, quae Leoburgum an Magdeburgum Vir-

Concors sublimesti pendebus.

giniis, an Leonis Civitas dici meruerit, quia ipsa dum à nemine tacta, à nullo hostium violata, dotem suam auream potius perdere, quam hymenem Virgineum apud hostes prostituere maluit, qua incorruptam Fidem et obsequium Regibus suis et Reipub. inter validos hostium assultus, Urbi semper Fidelis Civitas Urbs Refugii, et Coronationum Regum suorum, asservauit constantissimè.

Quocirca cum diu felicis, diuque boni Principis, et Phoenicis saeculorum, è toto naturam induerit; cum Magnetis instar Virtutis occulta potestate ferreum robur Sarmatiae ad Te traxeris; cum non ambitione, nec partium studiis, sed communi Divinorum hominumque iudicio, in Regale Solium evaseris, cum Te Principem optimum, et Diis simillimum, unum omnibus votum, unum suffragium una tot Capitibus Mens in Sarmatico Throno divinitus collocaverit. Faxit Victoriarum iustus Arbiter ut tot ante Te Regum Gloriosissime petita discriminibus Pacis amoenitas Tuis Manibus efflorescat. Quem elegisse Propitii Poloniarum Campo videntur Superi, cui olim Urbi fructum et olivam Lechici Lares ut suo Augusto, deferunt Pacificatori. Egerit Timoleon Siciliae Princeps Diis gratias, quod se Ductorem tunc dedissent, cum Siciliae Regnum Salvare vellent. Iustiorem, magne Pacificator Poloniae Europae vocem audies, quod Te Regem velint, cum fluctuanti periculis Lechiae sit succurrendum. Accede iam Fortunatis Victoribus, Regum Victor Augustissime, et Sapientiâ Divinae immitatricis demonstra, quam Magnorum Poloniae Principum et Heroum solus laudes occupaveris. Vive igitur ac perenna, et Parens Victoriosissime, Tibi ipsi dum Heros comparandus, cuius vel solo audito Nomine erigimur animis, admiratione rapimur, aspectu fulcimur universi.

Ad Reginam conversum Alloquium.

Liceat quoque Magnarum Virtutum coniunctione Felicitatem publicam augeri et Leonem Russiarum in deditionem etiam adferri, Augustissimae Tuae Reginali Maiestati Serenissima Eleonora Poloniarum Regina Dna Dna Nra Clementissima. quae postquam Regalis facta es Consors Thori et Throni socia; in communionem Gloriae ac Venerationis una cum Sermo Rege Nro, apud subiectos Tibi populos, meritissimo iure venis. Quae dum Nostri Principis gloriae et meritorum Gloriosissima Comes, addis copiam, gaudiorum etiam in universis molem auges pulcherrimo textu non Artis sed Virtutis. Profectò si bonos Hospites à bono Jove venire credidit Antiquitas, Maiestatem Tuam Reginalem sane nonnisi à Deo Opt. Max. Urbi huic inferri credere possumus, quia nihil in terris bonis Principibus esse novimus. Veneramur Te secundam Polo Polono Lucem, nova Gloriae accessione, cum Sermo Regi Nostri Sole, Poloniae serenantem, qui solus tanto Orbi lucere noluit Te in societatem adscitâ splendori, sicut Phoebus cum sua Cynthia: ut geminata Luce tot essent Sydera Lechiae, quot Divi. Regnorum verò Poloniae vires, tanto firmioribus in Constantiam Fortunae assurgerent praesidiis, quanto magis Senatu Maiestatem robore, et à Terebrionibus vis tantorum Luminum tuerentur et à Civibus consors Regalium Animarum humanitas amaretur. Ergo Tibi quoque ~~Portas~~ Urbis Huius pandimus ita, ut ipsa etiam fida Principibus Adyta cordis nostri

reseremus

referemus in Augusti Vultus Tui conspectum gestientia. Quae dum Augusta Regalis Purpurae Consors primo limine in Leoburgicam Urbem felicissime attolleris alienum Te ne credas ingressura Orbem. Haec etiam Tellus Tua est, et nisi esset, Fieret cum Te primum agnosceret. Tuo obtentui, non Moenium tantum sed et Animorum Portas recludimus. Veniant verò Terum nobis ob oculos, tot immortalia Reginarum Austriaci Sanguinis Nomina, olim fortunatissimè aequè ac paratissimè Sarmatiae imperantium. Una Tu Serma Eleonora, Annas, Constantias, Caecilias refers nobis, quia Una omnium illarum complexa es decora. Venit ob oculos et tota illa Fortuna, quae Sarmatiam per Austriacas Reginas tutam, felicem, fortunatam semper reddidit. Quippe si Deus ipse Davidico ore ab Austro, ~~[illegible]~~ venturus promittitur, quid non boni ab Austro et Reginis Austriacis speret et expectet Polonia. Quare ita iam Nova Hospes Metropolim Russiae ingredere, ut antiquissimo iure Tuam dixeris, quae Austriaci Sanguinis Reginis tantum se cum universa Sarmatia debere confitetur. Tibi porro longe plurimum debebit, si eodem pede quo Regium calcas Thronum, signata in illo Austriacarum Principum Reginalis Clementiae erga Urbem hanc vestigia, simul presseris, vel felicius etiam pari beneficentia et gratia expresseris. Quam enim Urbium Tuarum Serenissima Eleonora Reginali Tua Clementia foveas uberius, si non Leopolim, quae Tecum tantum cum Leone nominis habet Consortium. Te itaque Augustissima Eleonora en Leo orat Russiae: Tu verò Leones novis Tuos ubique: quot Leonina Urbis Aves, tot Catulos Leonis Principibus suis constanti fide semper fidelissimos, quibus inflicta tot casibus vulnera, et Mentor ille Syracusanus Reginali dextera extractis surculis, Materna Tua, quia Austriaca obligare non dedignaberis Fascia.

Patiamini insuper Utraque Polonarum Serenissima Numina, hunc Leonem Russiarum, Imperio et Fortuna Vestra non indignum, meritissimis vestigiorum Plantis advolvi, et substrato affectu, infra Maiestat. Vestrarum pedes procumbere, calcare autem Subditorum pectora, non premere. Quod verò et Mavebere, statim Vestrum perennitati, et Regnorum incolumitati sit salutare, oblata olim pro Tiberio Vota, venerabundi afferimus. Boni Superi dent Vobis Successores, Conubiis Serenissimos, et quam serissimos, imò Tantis Numinibus addant Vobis perpetuitatem.

Talibus Alloquiis absolutis, Consules Baldachinum moverunt, sub quo Maiestates constiterant. Rex quidem insidens equo Urbem ingressus; Regina verò in Sella manuali per Stipatores delata est, usque ad Curiam Archiepiscopalem. Interim Urbs plausus pyrios adhibuit, cantus clangoresque Tubarum; quibus vix crepusculum terminum ac quietem imposuit.

Altera insequenti luce Salutavit Regem in Curia Archiepiscopali Valerianus Alembek Medicinae Doctor, Consul Leopol. ac Advocatus cum suis Scabinis, et Lingua nativa seu Polona talia prolocutus. Die 3. Octob.

In hac communi laetitia, quam Urbs nostra ob adventum felicem Sac.

Mtis Vestrae in Cordibus Civium universorum expressit, Fidelium et Humilium Subditorum debitum obsequium meritissimo iure exhibuit licet non ad mensuram debitam. In adventu Maiestat. Vrarum, agnovit Deum ac Regem suum Clementissimum, de cuius praesentia magnopere gestiens, obligatam subiectionem cum profunda veneratione testatur. Talia iura tales consuetudines ligant universas Nationes, ipsa Solertissima durante et docente Natura, ut in Sceptris Regalibus Divinam potestatem agnoscant eamque adorent quandoquidem Principes in Terris, sunt Divinae Omnipotentiae viva simulacra. Qui portant orbem (inquit Spus S.) sic tanquam sublimioribus potestatibus omnis anima sit subiecta. Hoc effatum Divini Juris non improbavit quispiam addens talia. Rex imago Divinitatis est in terris, imo Deus ipse, dum idipsum agit in limitato circumscriptoque Regno, quod Deus in Universo: quem si quis suprema non colit veneratione, aut vanus et futilis, aut perversus ac perniciosus habendus. Tribuitur hoc Jus cuilibet Monarchae at specialiter spectat ad Maiestatem Tuam Rex Serenissime, quem supremus Mundi arbiter inaccessi luminis decreto ad certissimam tranquillitatem Patriae elegit, eumque auspicatissimis ostentis afflictae sine Rege Genti quasi digito omnipotente monstravit: quem inter tres Externos Candidatos aliosque plurimos imperscrutabili Judiciorum abysso, aptissimum collocavit ad regendum clavum Imperii Poloni, et periclitantis Reipub. naufragia gubernaret. Vidimus et nos antiquiores, fortius tamen demirati sunt Maiores et Antecessores nostri, quemadmodum Augusta Regni Poloniae Fortuna, mare omnium divitiarum ac splendorum hilariter, pretiose ad invidiam et livorem Gentium, spatiosis ac speciosis gressibus feliciter sulcabat, incrementaque Regno admiranda provehebat. Haec persimilis Conchae margaritiferae iam non pretiosissimum unionem sed amplissimum Poloniae orbem, dulci spirantibus Favoniis per placidas undas deferebat non sine quodam fausto successu portum tranquillitatis occupans. Verum non eam sortem Maiestati Tuae Suprema Providentia dedit; ad immortalem gloriam spatiosum producens Campum, ut publicae pacis Assertoris Nomen obtineat gloriosum. Accesserat enim (ita volventibus variis fortunam casibus) fatalis periodus, dum inconstantis Kosaicae et Moschoviticae Fidei vehementer venti, dum Scythicorum et Suecicorum turbinum impetuosi flatus publicae Felicitatis permiscuerant fluctus: accesserant inclementes tempestates, quae fortunatam Cymbam Pacis navigantis et pretiosissimam eius mercem incomparabilem Orbis terrarum Margaritam Regnum Poloniae, per fas et nefas pyratico more praetenderant, eamque olim indivisam, particulatim impiis armis dissectam, suis fortunis adiunxerant. Triste admodum praebebat spectaculum Aquila Sarmatica, pernoctitans et secans aera pennis super mare tempestuosum, cum horrore periculum carissimi pignoris intuens et ultimam iacturam Poloniae inter strepitus armorum prospectans. Ast nunc dum contemplatur Maiestatem Vestram in Solio Regni feliciter collocatam, altos hilaresque volatus exercet Aquila Polona quanquam deplumata, curat renovari ac renasci argenteas plumas, decorum fulgorem exhibentes aquilinumque robur in capite ac pedibus residens praeparat contra hostes Patriae. Cessit ad perenne exilium pavor

ac timor

ac timor, undiq multiplicantur solatia; iam lectum occinimur melos. Dextera
Domini fecit virtutem. Transmisit Deus de Jagellonica Coelesti sphaera, et Im-
peratorum Orientalium duas dexteras; quarum una Boni ordinis sceptrum ge-
stat, altera Gladium Bellicae fortitudinis sustinet ad Regnum firmandum atq
conservandum. Vix Maiestas Vestra Gladio accincta est, belloq decrevit re-
cuperandam et pacificandam Russiam! et subito Augusta Poloniae fortuna postli-
minio redux feliciter affulsit nobis quae sereato vultu Maiestatem Vram excitat
ad prehendendas Victorias. Ad primos rumores praesentiae Mtis Vrae tumul-
tuanter ordines agminati Scythici; Civitates, Arces, Fortalitia deditioni subscri-
bunt, subiectionem profundam exhibitura. Redeunt suasu Hanenkonis ac Sirko-
nis ad fidelitatem et Unionem Corporis Reipub. Spatiosarum regionum subdit
turgentur anxio animo Dorosenkiani, frustra subsidia numerosa praestolans
conspersum cinere Scythico Bilogrodum, pyriis flammis adustis Tehinensis
tractus, vix dignoscuntur anguli, ubi praedia, villae consistebant. Tripudiant
prae laetitia captivi Christiani; qui exoptant felices rumores Arcuitatis ac iugi
Turcici decutiendi; undevisi auspicatum gressum Maiestat. Vrae in oras Russiae
elongatas comprecantur. Erigit aures ad talia magno cum plausu Leo Ur-
bis Maiestatis Vestrae custos fidelissimus, et gestiens ad pedes Regios procidu-
us veneratur Creatorem Praepotentem, Naturalemq Dominum agnoscens,
erigit vultum hilarem quanquam ad cutim usq detonsus sentit acquisi-
tum se villos aureos, sub felici Dominio Maiest. Vestrae, ad cuius Clementiam
subiicitur, spem altam concipiens numeraturum se Tempora laetiora; sub Scе-
ptro Maiestat Vrae, quod Maiestas Divina tradidit tractandum. Urbes ac
Civitates, quanquam ultimum in Repub. dignitatis obtinent locum; attamen
Regna amplissima non postremos de earum industria ac fidelitate percipi-
unt fructus. Antiquitas Romana, Deam quae Urbes locaret atq fundare
tradidit Ideam, Opem et Deorum Matrem appellabat, non alia de causa, ni-
si quod Urbes certissimam Regnis Opem ferre possunt, si clementer tracten-
tur. In Urbibus floret Mercatura, quae est quintum Regnorum Elementum!
sine qua tanquam parte componente Dominia feliciter subsistere nequeunt.
Haec Vectigalibus Fiscum Regis Regnumq sustinet: dummodo aureum
hoc flumen, privatae utilitatis rivulis non avertatur, extenuetur, extinguatur.
Urbes sunt Matres Deorum: quandoquidem complexu suo retinent Academi-
as Collegia, quae dulci et lacteo nutrimento, tenellam Nobilitatis stirpem,
ita fovent, educant, ut sellas senatorias occupans, in numerum Deorum
asseratur. Urbes sub tempus periculorum, sunt certissimum refugium, in
quibus Corpora a nece, facultates a rapinis, cara pignora a periculis prae-
servantur. Serenissime Rex demiratur Urbs Leopolis Maiest. Vrae solli-
citam curam Civitatum fortificandarum, quas in pectore collocatas servat,
concludens altissimum refugium earum cordi esse Maiest. Vrae ut tempore
belli saevientis, reclinatorium tutum imbelles infantes timidusq sexus fa-
ciliter obtinere valeant. Producat Maiestas Vra Urbem Leopolim, ad in-
crementas super Protectionis suae; luceat in ea splendens Pharos Gratia-
rum Regiarum, Salus populi suprema Lex esto. Undiq impetimur, Iurisditi-
ones convelluntur, tempus sumptus consumuntur, ob certamina litigiorum:

propter quae de proximo statu Urbis, nec tuto agere nec fide cogitare valemus. Sanctissimum inventum Deorum Jura et Leges. Haec sunt verum tutamen innocentiae, contra innoxiam animorum parem armantur. Minimam culpae maculam horrescimus, sed iubemur esse nocentes. Quaeruntur scrupulose crimina, nec inveniuntur: non inventa non minus atrociter, ad famae usque cladem puniuntur. Medebitur talibus iniuriis Circumspectio Mtis Vrae Dni Nri Clementissimi. Disponat Maiest. Vra Urbe sua. Judicium instituat. Patrem familias agat. Soli Maiestati Vrae, creditas a Maioribus Divisque Antecessoribus Claves Urbis tradimus, cum quibus illibatam fidelitatem nostram, iunctam esse volumus, quam ad extremas guttas sanguinis Sacrosanctae Maiestati Vrae Vro Domino Clementissimo conservabimus.

Eadem Die Allocutus Reginam Serenam Matthias Kuczarkowic V. J. D. Consul Leopoliensis nomine Civitatis cum Honorario eidem oblato. talibus Salutatoriis membris, Periodicis.

Quae ad optatissimi iucundissimique Adventus Tui famam, effusa populi Roxolani Leonis multitudo, et sedibus ipsis propemodum Urbs emota, Vias Tuas forsan sufflaverat, nostri tamen in Te consensus, et Fidei constantis argumentum in Pomoeriis suis constiterat, eadem iterum venit salutatum Maiestatem Vram Augusta nostra. Cum enim omnes sic obstrinxeris Tibi, cum in amore et benevolentia Tua in subditos, in ipso conspectu Tuo, summa omnia reposita esse intelligamus, quid magis a nobis alienum foret, quam si Magistratus et Ordines Urbis huius, ante ora Tua continuo se non offerrent, et exercitu quodam Civium, qui maiora sentiunt, quam loquuntur, Maiestatem Tuam cum novis officiis non obsiderent. Quanquam attoniti haeremus, quid primum in Serenissimo Vultu Tuo admirari debeamus: num Palladis e cerebro Jovis natae sapientiam! num Divinas bonae mentis in animo dotes! num Maternam in subditos clementiam et Civilitatem! qua tanto altius Principes se extollunt, quanto pronius ad vota privatorum descendunt. Agnoscimus Regias in Te Augusta virtutes, et nunquam desitura praedicatione laudabimus, summam Prudentiam, invictum animi robur, et Magnanimos in virili pectore Amazonum spiritus, admirandam in Deum, et egenos pietatem, Maternum imprimis in populum Tibi subiectum amorem et benignitatem, quibus omnes quotquot suas Polonia donavit immortalitate Reginas Elisabethas, Catharinas, Annas, Constantias Caecilias, fausta illa et amica Regno huic nomina, non tantum Regum sed Divorum etiam Parentes, omnes Augustas, omnes Austriacas, quarum sceptra Tua nunc tenentur manu, facile in brevi adaequasti, ut Te tanquam Deam quandam caelitus Nobis demissam excipiamus, et ab Austro venientem Dominam orari veneremur. Patere igitur Augusta nostra Cognominis Tui Leonis Roxolani catulos, Reginalibus Tuis advolvi pedibus. Patere Addictissimo ore sacratam Maiestatis Tuae lambere dextram. Patere ut eorum oculi satientur, quorum animos implevisti; si modo privatorum ora sustinere queant, illum Serenissimi Vultus Tui fulgorem aut eorum satietas esse possit, quae quo inspecta diutius, tanto augustiora offeruntur. Agnosce Augusta

gusta Nostra illius populi Tui vultum, quibus propria vitâ et sanguine litare pro Maiestate Suorum Principum sacramentum est. Quot bonis Cives totidem Maiestatis Tuae Custodes, licet in ipso hic pacis gremio numerabis. Quodsi Immortalis ille Deus, Polonorum rebus unquam adfuerit, si precibus nostris iusserit Coelum famulari, si ipsa Vota nostra totics superaverint et expectationem, Naturae vim Tuam possimus, et nunc maxime imploramus, et si quod communium precationum Sanctitati nostrae est, impellimus tempus illud et urgemus, quo Tu Augusta nostra, non iam Patriae tantum sed Heroum etiam facta Mater utriusq. Sexus Principes dextram Tuam aut laevam circumstantes videat, in quibus Serenissimi Regni Poloniarum Ordines nova munimenta, et novos Principes inveniant. Impatienter tempus illud flagitamus, quo illud Augusti Ventris Tui gratissimum onus, liberet Patriam dubiâ expectatione, et illas mobiles curas Tuorum, stabilem faciant Reipub. serenitatem, iisdemq. cunctis, quibus Tui, haec quietura involvatur; ac denique Infantium vagitus diserta recludat ora Civium, et illis superiores sint gaudiis publicae acclamationes.

Talia Alloquia grata erant Utriq. Principi, quia non mutam praeferebant salutationem, sed auro ([illegible]) ponderosam. Quapropter Maiestas utraq. adpromisit Clementiae suae favores declarandos Civibus Urbis huius, dummodo tempus concessent occasiones benefica declarandi.

Die 4. Octobr. Festivitati Dnae Rosarii, adfuit Rex unâ cum Regina; reliquos Dies tribuens diversis salutationibus, quibus certatim Status diversi tam Ecclesiastici quam Saeculares, deferebant signa officiorum ac subiectionis: etiam Hebraeis valorosum Alloquium afferentibus.

Placuit Regi respirare à continuis molestiis salutationum; ideo Meleia ac Die 5. Oc.
Armamentaria Urbis, equitans lustrabat, et de fortificatione prosequenda ad radices Montis impendentis Urbicolas incitabat, qui sumptus ingentes deesse causabant quos tamen Opus requirere omnino videtur.

Tandem Senatusconsultis, seu Judiciis Curialibus, impensum est tempus reliquum; Devotionis occasiones non intermittens Rex, ad quas invitabatur ab omnibus Ordinibus Regularibus. Diem Patronae de Turris, PP. Societatis Jesu adornare Die 10.
non intermisit. Pariter Divae Teresiae festivitatem coronavit.

Inter talia Temporis insumendi remedia desiderio aestuabat promovendi itineris, ad Castra. Rex, Reginam Leopoli relicturus et post Zamosium expediturus. Caeterum plenus Senatorum dissuadebant Regium progressum, eo quod Castrorum Generales ac Supremi Duces magnam stragem in hostes efferrent, quorum turmae numerosae ultro arma supponebant, sub Regii Nominis faustam approximationem. Neq. etiam Cohortes Palatinales advenerant, quas praestolatus Rex indigne tulit moras earum, cum quibus animum prosequendi gressus ad intimas Russiae partes, habuit determinatissimum. Aliter tamen suadebant Senatores praesentes.

Quia vero Urbs Leopolis praesentem habuit Reverendiss. Regni Procancellarium Olszowium virum in agendis rebus, et protegendis subditis Regis incomparabilem, qui à suis oculis non patitur quicquam abire aut sinistrum aut ambiguum: ideo salutationis officium sustinuit Bartholomaeus Zimorowic Consul Leopol. talia proferens.

Cum quanta Civitatis huius laetitia vicariam in terris Dei potestatem, supremaq; huius Regni columina, his diebus intra moenia nostra suscepimus, arduum est verbis explicare, nisi prius quantum momenti adventu tam benevolum Hospitem nobis accesserit palam fecero. Et ne multis immorer. Vigesimus tertius convolvitur annus ex quo odiosa duo monosyllaba Mors et Mars in Russia dominium fixerunt. Odiosa inquam nec otiosa(?). Siquidem Mors in spatiosis campis Ukrainae piraticam per homines exercens, strenuum quemq; decimat, Mars autem Deorum saevissimus per agros et tecta ferro grassatus et igne, totam bello ardere fecit Provinciam. Quem quidem ardorem sumpsisse illum ab exigua satis scintilla constat, et nisi me opinio fallit e minuto silice excussa, quem olim Casimirus Magnus villico querulanti cavillationes Praefecti sui monstraverat. Hic hic profecto silex fatalis ignis, huncq; in sclopetis Rebellium scintillans, potiorem partem Russiae in cineres redegit. Vicinas autem Provincias flammis involvit. Ad quas sopiendas universa Polonia iam aliquoties classico excita, cum Aquilis suis advolaverat. Et primum fustibus fatuum hunc ignem ex agris suis exemplo Lucanorum abigere tentavit. Deinde contra dictum Pythagoreum, gladiis fodere non dubitavit, verum utrumq; irrito labore. Quandoquidem neq; sanguine affatim fuso, neq; lachrymis nocentium extinguere eum potuit, quem ex adverso Jaculatores(?) vicini sufflabant praesertim cui Moschus faces, sulphur fomenta, Transylvani flabra subministrabant, Tartari vero Phaetontes Orbis, huncq; signa verentia flammas et nebulas infernales [illegible] praeferunt. Quoniam autem Fortunam Provinciarum Civitates sequuntur: Leopolim etiam Caput Gentis hoc idem incendium Russicum, foedum in modum deformavit, nec tantum in tectis Suburbanis, verum etiam in Fortunis domesticis horrendum multavit: quando duplici Lytro(?), illoq; enormiter à Civibus extorto, velut fulmen degravatum(?) illaesis loculis, aera comminuens, salvis moenibus Urbis, caulas Urbis depraedatus est. Necdum annus se circumegit, postquam idem ignis suppositus cineri doloso resurgere, et carbones desolatorios quaquaversum displuere coeperat. Tum vero nos ruinae haud Panico consternati, quin potius proximis parietibus deflagrantibus res nostras agi reputantes, omnes inhorruimus. Nil nisi busta civium, strages hominum, saevitiam hostium animo agitantes. Tandem inopinatis subsidiis cum Serenissimo Casimiro Dño Clemmo ad nos celeriter advenientibus, scena mutata portas hactenus hosti obseratas laeti recludimus, ipsa tormentorum ora in pompas et plausus pandimus. Tesseras Castrenses in acclamationes Circenses mutamus. Ipsi quoq; sub Umbra Regiae Mtis securi, de Propugnatoribus accinctis in Oratores succinctos degeneramus. Etenim ipsa Maiestate eminus pugnante vocalis buccina tam diserte pro nobis orat. Tartaros qui nuper in media

Polonia

Polonia sperant sibi Tartariam, ipso terrore nominis Regii in fugam actos
Capita rebellium quæ tantisper perire quam servire maluerant pedibus Principis ad-
voluta, et quo urgentibus Regi fatis nihil præstare maius Fortuna potuit hosti-
um discordiam, totam autem bellatricem Ukrainam, ne totam sua arma devoraverint
Sceptrum Polonicum adorantem. Hæc autem omnia non tam manu militari quam
Serenissimi auspiciis et optimatum consiliis (quorum Tu Illme ac Revme Do-
mine caput es) acta esse et patrata nemo infitiatur. Cum enim protervam Ru-
thenam nulli ferrei aut plumbei imbres, nulla cruoris eluvia sedare potuissent
amplissimorum Ordinum consulto Magni custos Clementia Mundi in remedium
adhibita est; ut ex ea gratias salutares, tanquam de Nilo Perduelles hauri-
rent. Cuius frigida fluvii Russiæ perfusa ardorem pristinum remiserunt.
Quæ quoniam Regi Regum Collibus in ternis placuit triplicare trophæa
Quos noster pedibus tollit in astra Leo.
Hunc ipsum Leonem Gentilitium in conspectum Tuum Illme ac Revme Dne
producimus. Non quidem priori gloria frontis decorum, verum totum squal-
lidum, horridum, macilentum, igne Russico, fumo Polonico ambustum denti-
bus unguibusque exarmatum. Uno verbo omnia expediam pro Leone Myrmico-
leontem. Narrant Carthaginensem tribus quondam monstrare Harmonii
ob Leonem Clitellis oneratum. Indignum rati Principem ferarum sarcinis ag-
gravari. Et noster Afer Leo plantas aculeis spinarum confixas supplices
ad Te Illme ac Revme Dne tendit, submisse nobiscum obsecrans, ut nos in
clientelam Tuam recipias oneribus importabilibus subleves, a servitio foren-
sium litium liberes, neque sine hoste hostilia pati permittas.
Ad hæc salutationem Regni Procancellarius grato sermone respondit, pro-
misitque suam operam adhibiturum in iis omnibus quæ onerosa admodum in-
vecta sunt, cum oppressione Urbis magnis meritis collucentis in Principem et
in Universam Rempub. Quare effectius adoperari se declaravit et apud Prin-
cipem, et apud Regni ordines, ut respectus notabilis haberetur laborum, sudorum,
sumptuum; fideliter pro defensione Urbis exhibitorum.
Post ad finem Octobris, consiliis certabatur, in mutandis intentionibus Regis, ne
ardenti animo gressum promoveret ad angulos Russiæ remotiores. Quibus
Rex difficulter admodum assensum præbuit, incusans, elusa esse sua vota in
recuperandis alienatis Provinciis; quæ cum omni subiectione fidem suam ultro
Regi offerebant.
Quare primis dictis Kowmbraltky movit Leopoli cum indignatione quadam:
quam etiam ipsum Coelum constanti imbribus ac nimbus prætulisse et con-
firmavisse credebatur. Pervenerat Rex Varsaviam, Particularia Comi-
tia Literis Universalibus promovit, in quibus de Modis defendendæ Reipub.
deliberari possit tum singulariter de opponendis armis, Turcicæ poten-
tiæ, quæ per Nuncios suos bellum denunciatum esse voluit, non con-
firmatis Pactis ac Foederibus perpetuis, sub prætextu Dorosenkonis et
Kosacorum ad Turcicam iurisdictionem spectantium: quas sibi Rex una

rum Reipub. pro suis subditis usurpat, qui iam Scythicis armis impulsi
ad iuga Turcica devenerant, protectionemque Portae per iuramenta expres-
sa obtinuerunt. Quare totum negotium parandi belli contra Turcam ad
Comitia Generalia Regni dilatum est, in quibus de securitate Patriae futu-
ra est specialis Deliberatio: nisi eam malitiosae mentes impedire conentur,
quarum technas ac dolos investigare vix est possibile, quandoquidem ar-
canis consiliis ea agitare assueverunt, quae non tantum Regem conturbare
sed universum Corpus Reipub. naufragio specioso exponere adnituntur.
ob indignam ambitionem, domesticumque scelus machinationis perpetuae
in eos, qui salvam paratamque Rempub. esse omnibus viribus adlaborant.

Valachica

Eruperat interim in Palatinatu Valachiae domesticum bellum contra Pala-
tinum clandestinis et patentibus assumptis odiis, à quibus descensum ad
intestina arma. His praeerant quidam Jakuthius et Durakius Valachi
cupientes movere Palatinatu omnibusque fortunis exuere Palatinum: qui ad
Turcicam protectionem adactus est recurrere, uti feudalis Turcicorum im-
periorum inquilinus. Quapropter à Porta Ottomanica Copiis Turcicis
succinctus, atque Bassae unius imperiis fretus redierat ad proprios argu-
los, sed reluctantibus incolis Valachiae: de quibus plurimi dolose ad con-
silia invitati in carceres detrusi, supplicio capitali sunt affecti. Attamen
Jakuthius et Durakius, Principales seditionis Valachicae in Campis mo-
rantes arma offensiva deponere noluerunt, quin alius Palatinus in locum
antiqui, uti praeiudiciosi Civibus ac Baronis, sufficeretur, idque per electio-
nem liberam Valachici populi. Ast rebelles Cohortes, Bassa submissus cu-
piebat opprimere, populo Valachico ad pugnam evocato: cuius imperia
aegerrimo animo sustinebant armaque magis contra Turcas apparabant,
quorum millia quatuor Bassa introduxerat. Ceterum Jakuthius et Du-
rakius videntes maiores vires Turcicas de quibus augendis palam
rumores sunt circumlati, in formatam armorum evocarant Havenkonis
et Sirkonis Cohortes, quibus aucti fortioribus pugnis, hostilitatem in-
troductam reprimebant. Sic igitur Cosaci Valachis permixti faventis
Martis aleam in conflictibus experiebantur. Advocata itaque ex imperio
Bassae Scythica auxilia; verum et ista furorem plebis Valachicae, Co-
sacorum subsidiis suffultae, nequibant compescere: donec augeretur legio-
nes Moldavica gente aliisque proximioribus populis. Perterriti itaque Valachi
seditionum multiplicatarum: cum uxoribus, et pignoribus caris ad Ukrai-
nae angulos tutiores recesserant, non depositis armis contra Palatinum,
ac Bassam cum Scythis assistentem; nullamque commoditatem excurrendi
omittebant, et in captivos Scythicos Turcicosque impetu facto admodum se-
viebant. Quare Havenkonis ingeniis parere maluerunt, à quo benevolo
affectu excepti, fraternam unionem iureiurando confirmarunt, cupientes Po-
lonicis obsequi mandatis, quam Turcicis iussis: sibi nimium praeiudiciosis.

Ad eum

Ad eum Annum 1671. spectat # addendum Tragicum Judicium per 314
Processus Criminales multis diebus in Austria peractum, contra tres Austriaca.
Comites in Hungaria Praenobiles, Franciscum de Nadasd: Petrum à
Zerin: et Franciscum Christophorum Frangepani; qui deprehensi in exe-
crando Criminis Perduellionis ac Rebellionis contra Imperatorem Roma-
num Leopoldum Coronatum Hungariae ac Bohemiae Regem; praeviisq-
maturis Consiliis per submissas Legiones armatas intercepti: tam Supre- Januarij.
mi Regiminis Austriae quam Inferioris Judicibus adhibitis ex Commissio-
nibus Imperatoris authenticis, atq in arctam Custodiam Carceris se-
questrati, evidentibus ac originalibus documentis convicti libere gra-
ves et enormes suae Perduellionis modos sine torturarum adminiculo sunt
confessi. Quo in facto notorio sine diuturnis processibus etiamsi proce-
dere poterat Justitia sacra: tamen placuit Imperatori ex innata Austri- Februarij.
aca clementia admittere eosdem ad sui defensionem, ut in Legali pro-
cessu justas causas suorum Conatuum (quod in Crimine laesae Majestatis
est insolitum) adferrent, et suam fraudulentam machinationem aut
excusarent aut extenuarent, aut denique documenta ad convincendum pro-
ducta diluerent. Ob quod additi sunt eis Prolocutores ac Defensores
ne indefensos totus Orbis existimaret puniendos, et ad extremam mor-
tis sententiam destinandos.
Contra hos coram Judiciis, Aulico Imperiali, Bellico et Excelsi ac Infe- Martius
rioris Regiminis Collegiis, non habito Religionis discrimine, Actionem for-
mabat et apud Delegata Tribunalia Accusationem deponebat, accu-
satosq Examini subiiciebat, Aulicae Austriacae Camerae Procurator Geor-
gius Frey Utr. Juris Doctor, exhibens illis Campum defensionis, ne
per Judices delegatos inauditi ac indefensi condemnarentur.
Postquam vero à Procuratore Camerae contra praedictos Tres Reos depo-
sita fuisset accusatio: ac ipsis desuper praefixo (ut moris est) sex septi-
manarum triumq dierum termino auditi; et Nadasdius quidem di-
serte clareq verbis quod neq per seipsum, neq per Advocatum, post su-
as proprias confessiones jam alias conscriptas, respondere aut velit aut
possit, quod scripto legitimo die 5. Martii attestatus erat, suaeq defensio-
ni renunciaverat; ideo aliis duobus concessa facultas defensionis, ut in Aprilis.
Judiciis Delegatis, modis omnibus innocentiam suam valeant deducere.
Ast illi quoq juribus defensionis datis contenti, facta sua nolebant
vel evidentia diluere aut expurgare.
Adhibitum quoq Judicium Provinciale contra Nadasdium Zerinium et
Frangepanium; quod innixum Inferioris Regiminis Austriae Judicio Or- NB.
dinum Nobilium, perpensis factis enormibus Nadasdianis eiusq com-
principalibus ad sententiam talem progressum. Quod Nadasdius tam
ipse quam eius filii Nobilitatis charactere sint privati, et à juribus
Nobilitatis degradati: idq per sententiam Tribunalis Provincialis.
Post eam decreti publicationem Nadasdius die 27. Aprilis, stipatus 250.
peditibus, sublatus erat de Palatio Provinciali, et ad Urbis Viennensis

Prætorium est deductus honorificè tali modo.

Mandatum erat Generali Campi Marschalco Bellico Comiti de Souches ut Comitem Hadasdium vespere ex Palatio Provincialium ad Urbis Prætorium deduceret eundemque Judici Urbis Joanni Moser consignaret. Cujus rei executionem Vigiliarum Præfecto Guilielmo Comiti de Thaun, et Capitaneo Arnoldo à Leste, Marschalcus bellicus demandavit.

Ingressus itaque Comes de Thaun ad Hadasdium, significavit sibi à Cæsare Mtte demandatum esse ut ipsum ex hoc loco sublatum in alium transferat: Nec ille quicquam repugnavit. Priusquam tamen conclavi in quo hactenus detentus fuerat educeretur; prælegit ei Denuntiator Dornoffer, superius allegatam sententiam. Qua audita obmutuit, et lachrymantes oculos semel iterumque tersit.

His actis abscessit Comes de Thaun, et reliqua agenda prædicto Capitaneo Arnoldo imposuit; qui eum palatio eductum in Rheda locavit, unaque ipse cum Volphango Zellero Vigiliarum Præfecto in eandem Rhedam conscendere.

In progressu id solum Hadasdius quæsivit, quo tandem ducatur! et an futura sit sibi copia cum Animæ arbitro agendi! nec plura locutus.

Ad quæ Arnoldus reposuit iter esse ad Urbis Curiam, neque se dubitare assignatum iri Sacerdotem, quo cum suæ Conscientiæ negotia pertractet.

Ad Prætorium ubi constitere, excepit eum præfatus Urbis Judex, et deduxit ad præparatum conclave.

NB. Hæc verò tametsi nocte concubiâ et magno silentio sint peracta, convenere tamen plura hominum millia, vigilemque egere noctem, quorum communis per compita, qua transibatur, acclamatio erat. Vivat Leopoldus Justus: tollantur rebelles. Et nisi Custodia fuisset tam robusta, formidari sane poterat, ne Hadasdius a plebe, quâ suadente amore in Imperatorem, quâ impellente odio in perduelles, eâ occasione violenter opprimeretur.

Ubi ergo ad destinatum conclave devenit Hadasdius, illico pennam scripturamque postulavit: et mox litteras exarare incepit, quas post breve tempus abrupit, et quieti se dedit, interim à media Catena sclopetariorum custoditus.

Die 23. Aprilis adfuit sub exortum diei P. Raphael ordinis S. Aug. Discalc. ~~Subprior Viennæ~~. ad Beatiss. Virg. Lauretanam, qui alias ei jam detento à Conspiratis arcanis fuit, ad eumque admissus est: Cui post amicam salutationem Hadasdius: Quoniam inquit, res in eo apice consistere videtur, ut mihi ex hac vita migrandum sit, facessant omnia ea quæ mundum sapiunt, et quod superest vitæ modicum cum Deo, ejusque Filio Jesu Christo transigatur. Ideoque diem illam præparationi ad Generalem suorum delictorum Exomologesin impendit.

NB. Sed illud notatu dignum est, quod quamvis oblata fuerit gratia, ut si quem suorum filiorum, aut filiarum, aut omnes supremum alloqui desideraret, admitterentur: ipse tamen Animæ suæ negotiis intentus, eam gratiam non admiserit. At Confessarium precatus est, ut ad se is eos accerseret, paternam benedictionem ingerturus, et ad Constantiam in suum

Tenus

Terræ Principem ac Regem, fidelitatem quam observatissime dehortaretur.
Eodem die, post meridiem adfuere ei Cæsarei Consilii Commissarii, Leo-
pol, et Crumbachi: eique supremam mortis sententiam, diem et horam de-
nunciarunt: Proximo die Jovis Viennæ in Civit. Curia sub horam nonam.
His auditis Nadasdius respondit: Omnis potestas à Deo: et qui potestati
resistit ordinationi Divinæ resistit. Tum pro Clementissima hac sententia
gratias Suæ Maiestati demississimas egit: adiunxitque non ignorare se, quam
sit Sua Maiest. Consiliatis tenera quæ deretura sit nihil, quod coram Deo
æquum non iudicaverint. Et quoniam ante paulò geminas litteratorias pre-
ces Suæ Maiestati porrigi curaverat quarum alteris vitæ protelationem, alte-
ris veniam de denis millibus Rhenensium pro Animæ suæ suffragio disponendi
postulabat; Ideo se vitæ gratiam sperare aiebat: ea verò si negetur, sit
Nomen Domini benedictum, ac fiat Voluntas Dei. His actis recessere Commi-
ssarii; et rei sententiam ad Cancellarium Aulæ retulere.
Supplices verò Litteræ Nadasdii ita sonabant.

Clementissime Imperator.

Quod infelix ego et indignus subditus Maiest. Vram Sacratissimam
namque meis submississimis precibus interpellare, et Thronum gratiæ eius
adire intermiserim verecundia iniquitatis meæ arcebat. Nec præsumebam
nudis orationibus, inops meritorum indignationem iustam Maiest. Vræ Sacrat.
magis in me irritare: Feci id per alios debitâ humilitate, præsumendo viro
post Deum in terris à Maiest. Vra Sacratissimâ gratuitam et pientissimam
benignissimis visceribus eiusdem innatam misericordiam. Sed ô me infelicem!
supergressæ sunt iniquitates meæ caput meum: nam horrendam Mortis
meæ sententiam obtinui. Clementiss. Misericordiss. Imperator. liceat mihi
omni humano auxilio destituto hisce indignissimis precibus coram Maie-
st. Vrâ Sacratiss. comparere et supplicare, quatenus dignetur pristinis suis
oculis pauculas has lineas lachrymis meis aspersas legere, et admittere.
Vices Dei in terris M. V. Sacratiss. agit. Divina Iustitia iuxta S. Aug. ordina-
vit pænam amantibus culpam: Et S. David inquit: Misericordiam et iudicium
cantabo Domino. Cum itaque Iudicium mihi pænam meriti factum sit; fiat
et Misericordia culpam abominanti, et non moriar per Gladium, moriar
per Misericordiam Maies. Vræ Sacrat. in pace, finiendo in luctu et pæniten-
tiâ pauculos dies residuos vitæ in aliquâ Religiosa Domo; ne cum cor-
pore etiam anima moriatur; sed pæniteat prius debitè de præteritis male
consumptis diebus: moveatque Maiest. V. Sacrat. innata Domui suæ Miseri-
cordia, Iudicium non exercere sine misericordia. Tunc namque præcipua
Laus est Misericordiæ ac Mansuetudinis, cum iræ iustissima causa est. Re-
compensabit misericors et miserator Deus misericordiam M. Vræ Sacratiss.
hic et in æternum. Cui omnem felicitatem submississimo et devotissimo corde
à Bonitate Divinâ exopto, et me subiicio pedibus M. Vræ Sacratiss.

Humillimus et infimus Subditus
F. de Nadasd.

His, et post allegandis Frangepani supplicibus Literis adeo permotus
fuit Suæ Maiest. à natura ad Clementiam propensus animus, ut secum lu-
ctari ipse visus sit, dum in suo Corde Misericordia et Veritas obviarunt
sibi. Natura enim indoles eo inclinabat, et non obstante tam enor-

mi offensâ postulantibus veniam impertitura esse videretur, ac cum Magno illo Imperatore quondam exhiberetur oblivisci salva quam iniurias. nisi gravissimae Boni publici rationes a Clementissimo Principe aliud extorsissent. Persentiebat enim sapiens Imperator, nimiâ clementiâ, ac tam enormium criminum indulgentiâ Regnorum gubernationem convelli: nullam fore sui Regnorumque Ordinum fidelium ac subditorum securitatem si impune abeant, qui clementiâ ad perfidiam abutuntur: expedire, imo necesse esse ut poena ad paucos terror pertingat ad multos, qui alieno exemplo edocti, veluti freno cohibeantur: Justitiam denique balsamum esse, quo corpus Politicum a corruptione praeservatur. Atque his demum persuasus rationibus, vim intulit Clementissimae suae Indoli, ut Deo immolaret sacrificium Justitiae, fierique pateretur id, quod ad publicam salutem tantopere exigebatur, ut Justitia et Pax sese exoscularentur.
Spe adempta de vitae impetrandae gratia Nadasdius, sequentes Litteras Maiestati Suae porrigendas talibus reposuit.

Clementissime Imperator.

Cum mihi monendum esse nec ullam spem Misericordiae affulgere experiar, per viscera Misericordiae Jesu Christi, per Dolores B. V. Mariae, per salutem animae Maiest. Vrae Sacratiss. supplico liceat mihi pro anima mea disponere praeterquam antehac factas Fundationes et Pia legata, ad valorem decem millium florenorum, in quibus et Maiest. Vrae [illegible] supplico submississime, ut per manus Confessarii mei P. Raphaelis August. Discalceati, iuxta consignationem mea manu scriptam dispensentur et erogentur. Quam Maiest. Vrae benignitatem Deus mille modis recompenset et servet diutissime incolumem, et feliciter regnantem. Maiest. Vrae Sacratissimae

Humillimus servitor subditus.

Petitioni huic posteriori ita annuit Imperator, ut in locum postulatae dispensationis pro eius animae salute magnam ac memorabilem portionem impendi mandaverit, idque illico effectui datum fuerit.
Quare et Nadasdius et eiusdem perfidiae Rei Zrinius et Frangepanius in Clementissimo Caesare agnoscere debuerunt, illud elogium Dei: Gratus est et misericors est nobis.
Die 29. Aprilis Horis matutinis Nadasdius magnâ contriti cordis significatione, inter manantes ubertim lachrymas, peracta generali totius vitae Exomologesi, [illegible] sacrificium ingenue profusus audivit, ac denique coelesti Angelorum pane refectus est.
Hunc ergo diem et eam quae subiit noctem [illegible], inter calidas ad Deum preces, divina colloquia et lectionem Theologicam [illegible] exegit tantoque suas iniquitates dolore est detestatus, ut praesentibus Religiosis magnae fuerit consolationi. Saepius gratias retulit Maiestati Caesareae pro clementissima in se lata sententiâ.
Post meridiem ad vesperam decumbenti unà accubuere Commensales Judex Civitatis Viennensis ac Religiosi: ipse tamen quanquam opipara esset mensa, vix modicum admisit. Adfuit deinde ei quem prior petierat P. Stephanus Carmelita Discalceatus unaque cum P. Raphaele memorato ad ultimum eius usque spiritum adstitit.

Die 30.

Die 30. Aprilis sub Solis ortum Supremum Missæ Sacrificium de Passione Jesu Christi audivit Nadasdius, seq[ue] Deo suo obtulit in holocaustum.

Tum verò præstitis iis, quæ ad obtinendas in articulo mortis Indulgentias, Sibi à Sum[m]o. Pontifice concessas (quarum etiam beneficio gaudet Sodalitas SS.mi Rosarii) desiderantur, sumpta in sinistram gladentis ? Crucis Redemptoris effigie, in dexteram benedicta Candela, ante Sacerdotem, qui si à Confessionibus erat adhuc Sacris indutum prostratus in genua, plenam affectibus doloris, amorisq[ue] in Deum Protestationem Fidei protulit.

Deinde ad adstantes conversus primum valedixit assistentibus Religiosis, et de illatis à se molestiis veniam precatus est: tum à Sua Cæs. M.te, ac denum ab omnibus remitti sibi postulavit, quos unquam ipse vel cogitatione offendisset, vicissim contestatus, se iis omnibus, à quibus forte accepisset offensam, toto animi affectu remittere, nullam postulare gratiam: et si in nomine superviventes esset Contrariam, nullam unquam ultionis sumendæ cogitationem admissurum.

Cum verò interim deficere viribus animadverteretur, porrecti sibi dulciarii panis vino immersi tres bolos sumpsit persuasione sui Confessarii, NB.
in honorem SS.æ Trinitatis, et protestationem per hanc vitæ alienæ ? sincerii sui in eam Cultus, à qua olim prima suæ vitæ principia accepisset, affectuosam exprimens subtraxit.

Tandem advenientem fatalem horam intelligens magna animi resignatione, manum unam Coronariis Beatis. Virginis globulis, alteram Crucifixo armatus, in comitatu Religiosorum Virorum, Stipatus Militum custodia ex eo Conclavi traductus est in aliud, in quo olim Chiliarcha Kratzig capite truncatus fuit. Loci pavimentum erat pullo instratum, cuius in medio sedile pari luctu vestitum. Hic quia deficiebat viribus consedit Nadasdius, et quas in ipso Scalarum descensu inchoaverat preces, tandem adversæ Tragœdiæ finem, magna doloris amorisq[ue] in Deum Sensatione continuavit. Ibi considens Supremam Sententiam prælegente Georgio Schober Criminali Judicii Notario, eiusdemq[ue] mitigationem de manu dextra non amputanda à Civitatis Judice excepit. Merita verò Criminis NB.
Maiest. Læsæ talia Notarius voce Sonora proclamavit.

1. Quod Franciscus de Nadasd, oblitus omnium quæ à S. Cæs. M.te eiusdemq[ue] Antecessoribus accepit beneficiorum, honorum, ac Dignitatum, aliarumq[ue] eminentium gratiarum; immemor quoq[ue] præstiti à se iuramenti ac obligationis, per detestandam ambitionem, exsecrandamq[ue] temeritatem, Læsæ Maiestatis Crimen incurrerit.

2. Quod idem Nadasdius cum diversis personis damnata legibus fœdera inierit, contra suum Legitimum ac Naturalem D[omi]num Augustiss. Imperatorem, Hungariæ Bohemiæq[ue] Regem.

3. Quod Ablegationem contra Cæsaream Regiamq[ue] Maiestatem cooperatus sit: et Regnum Hungariæ externæ potestati ac Protectioni subiicere quæsiverit; dicta fœdera horrendo (licet irrito) Supremæ Suæ Maiestati summe iniurioso iuramento firmaverit; aliosq[ue] plures ad hoc

crimen induxerit.
4. Quod Conventibus clandestinis, vel praesens ipse, vel per alios adfuerit:
Ut et sibi Nobilium et Comitatuum animos ad promovenda detestabilis
suae ambitionis consilia devinciret, nihil intentatum reliquerit.
5. Quod Consilia ad Hungariae Regnum invadendum dederit: tum qui in
captivitatem trahendi, qui bonis spoliandi forent, cum aliis unà delibe-
raverit; et contra personam Suae Maiest. conceptam designationem
nunquam manifestaverit, donec eadem Caes. Mtas alia viâ ad veritatem
istarum cognitionem pervenerit.
6. Quod Veredarium arcanas Suae Mtis negotiorum Litteras deferentem
spoliaverit, litteras reseraverit, legerit, ac suppresserit.
7. Quod Argentum Cusum ex Montanis Civitatibus ad Suam Maiest. direc-
tum, per certos ad hoc facinus deputatos in publica viâ intercipere
decreverit, omniaque ad id exequendum disposuerit.
Quod gravissimum iuxta et arcanissimum, in Consilio Status (cui praeses
8. aderat) pertractatum negotium, suis perfidis Complicibus, in detrimen-
tum Suae Maiest. aperuerit, ulteriusque divulgandum suaserit.
9. Quod tollendae e vivis innocentis personae consilium dederit.
10 Quod detestandam Orationem, qua quatuor Regni Hungariae Ordines
ad Rebellionem concitarentur conscripserit. Et plura eius generis, quae
ex Actis et Processu eluceant enormia et execranda facinora perpetraverit:
quae et ipse confessus est, et per ei exhibita ab eo recognita cum actis
asservata scripta convictus; quaeque ipse à se negari nec excusari posse,
ultro et saepius est contestatus.
Ideo per Delegatum in hac Causa à Caes. Mte Judicium, post ma-
turam omnium Scriptorum ac Instrumentorum considerationem, volente
Sua Mte Justitiae cursum non impedire, Sententia lata est, decretumque:
Franciscus de Nadasd ob Maiestatis laesae Crimen, Honoris, Vitae
et Fortunarum reus esto. Hinc Honoris omnis ac dignitatis iure pri-
vator. Bona Fisco Regio addicuntor. Eius persona Carnifici subii-
citor. Ab hoc ei dextera manus, Caputque amputator, et à vita ad
mortem transmittitor. Hoc illi in meritam poenam, aliis in terrorem
detestandumque exemplum esto. Publicatum Viennae 30. April. 1671
NB. Sub hac Nadasdius ante Aram ad hunc actum exstructam, prostra-
tus in genua supremam Orationem conclusit. Demum ad prima-
ti ad pectus Crucifixum, manu altera Corollam Virginis Sanctiss.
tenens, iussus Ephebus aperuit vestem, collegit capillum, oculosque
obvelavit; et post saepius inclamata Jesu, Mariae ac Joseph nomi-
na sedens fatalem ictum excepit; quem ea dexteritate vibravit Car-
nifex, ut cadente in terram capite truncus sedentis situ tamdiu con-
stiterit donec in Sarcophagum reponendus amoveretur.
Huic Supplicio adesse petiit et impetravit, qui iis diebus ad Imperat.
à Porta Ottomanica advenerat Hagi Ibraim Internuncius, cum
suis

suis Comitibus: quibus additus erat Caesareus Interpres Franciscus de Mesgnien Meninski. Fatalem ictum ubi vidit versumque Caput Internuntius ad Interpretem conversus. Hic inquit habet, quid quaesivit et promeruit.

Adhuc actum Tragicum Judices Praetorii nonnihil editiore loco quem nigri coloris pannus obibat, tecto capite consedere. D. Moser praefatus grandiorem una manu gladium, cui capulus erat argenteus, altera bacillum nigrum tenebat. Huic à dextris erant omnes Tribunalis eius Assessores.

Interim defuncti Cadaver, per quatuor ad hoc delectos fariesque velatos homines collectum in loculum repositum, et in publica Curiae Civilis area super pulpito nigris pannis investito spectandum populoque bona temporis mora fuit expositum: at sub seram vesperam ad Patres Augustinianos extra Urbem est devectum.

Urbs repleta erat Custodiis, omnes portae Civitatis densiore milite custoditae, omnes partes providentiae sunt adhibitae ad turbas prohibendas, quae in eiusmodi actibus contingere quandoque solent. Etiam omnis Civis aquam tectis suis intulerat, ne malum inopinum advolaret. Urbis portae nemini ante Tragoediae finem patuere. Suburbanus Civis omnis iussus domi sese continere: Judicium Suburbanorum fores, fuere Militum Domiciis praemunitae. Haec de Nadasdiana clade.

Posthac descenderunt Neostadium Judices Commissarii ad terminandam Causam Perduellionis Comitum Zrinii et Frangepani, Nadasdianae Factionis Complicum; qui P. Guardianum Capucinorum obvium habentes confidenter Commissionis consilia aperuerunt, seque deliberare edocuerunt de modo insinuandi mortem, Reis utrisque post peracta seria examina Complicitatis in crimine Laesae Caesareae Maiestatis. Quare placuit illis ut Confessarius adiret singulos seorsim, exquireretque quid nondum hactenus attulerint Commissarii, eaque occasione iis persuaderet, ut plene se Divinae Caesareaeque voluntati resignarent. Placuit Consilium Patri, susceptumque agendum, cum praesertim Reis optandi Confessarios libertas relinqueretur.

Demum conclusum est, die 28. April. post sumptum prandium denunciandam iis esse mortem Nadasdii, eosque ad Civium Armamentarium deducendos, ut eos ad fatalem horam disponendi sufficiens tempus Confessario suppeteret. Tum Ernestus Baro de Honore praemissus ad Urbis Consulem et Dominum Judicem, ut Commissarii Caesarea Mandata quae secum attulerant exequerentur, transitumque est ad Civitatis Armamentarium, loci opportunitatem exploraturi ad eum actum, tam de commoditate, quam de firmitate, quod probe commodum repererunt.

Mox Consul et Judex eò converêre curas ut Theatrum erigeretur, instrueretur panno nigro, et reliqua necessaria aptarentur. Insuper Carnifici demandatum, ut suos ejusdem artis socios Soproniô per litteras evocaret. Denique in Cœmeterio Cathedr. Ecclesiæ locus sepulturæ est designatus.

Die 23. Aprilis. Die tandem præfata Consiliarii et Commissarii convenêre Zrinium, et quà demandato examine super Complicibus quà aliis ad Causam spectantibus quatuor horas consumpsêre. Durante eo examine Zrinius visus illachrymari sæpiùs, sæpiusque vultum avertere, sibi tamen fatalem sententiam needum persuadere: idque ipsos suspicari licet, quod Interrogatorii articulos omnes, suaque ad illos responsa manu sua notaverit.

Ab hujus recessu advocatus est Frangepanus ab iisdem Commissariis et tam de Complicibus quam de aliis incidentibus, duas solidas horas examinatus. Ubi Frangepanus oravit captivitate solvi, quòd se crederet annua sui detentione jam satis luisse.

Dum ea cum Frangepanio agerentur, refectus est prandio Zrinius: quo absumpto adfuit P. Guardianus, et per amicam conversationem rogavit, an et quid novi in Causam suam DD. Commissarii Viennâ attulerint. Cui ille se ignorare respondit, ac solum se de Complicibus examinatum esse.

Exinde utrique Pater, ut consilium erat, dexterè insinuavit, pendere in dubio speratam veniam: ideoque id agendum monuit, ut se Divinæ voluntati consignaret.

Eadem die sub horam vespertinam portis Civitatis prius occlusis, unâ solum quæ Viennam respicit patere jussâ, DD. Commissarii ad Arcem se contulêre, denuntiaturi mortem cum viris quinquaginta armatis. Tum primum accessêre Zrinium; cui in hæc verba D. ab Abele suprema fata denuntiavit.

Audi! non te latet, quàm abominanda et enormia Læsæ Majestatis Crimina, adversus Rom. Imperat. Hungariæ Bohemiæque Regem, Austriæ Archiducem, Nostrum, nunc à Deo datum, verum, legitimum, optimum Cæsarem, Regem et Dominum, perfidè ac temerariè diversis occasionibus perpetraveris. Et quamvis ea tam propria tua confessione, et chirographis quam aliis facti notorietate, initiò statim patuerint, ideoque Cæsar. Mtas te inauditum et indefensum debitis pœnis subjicere potuisset, quæ à Juribus tam execrando sceleri statuuntur; placuit tamen Cæs. Mti ut in aliis omnibus, ita in hoc innatam Clementiam Austriacam demonstrare, et te ad defensionem Criminis, cujus accusatus es, iterato ad-

rato ad-

rati admittere: adeoque adversus te Criminalem Processum institui deberi et legitime concludi: illum ipsum Judicio ad hoc Delegato tradi, ab eodem accurate revideri, ac super Causa sententiam ferri. Et quoniam Sac. Caes. M^tas iam super dicta Judicii Delegati sententia clementissime statuit, ut Justitia suo cursu progrediatur: ideo nobis demandatum, ut eandem sententiam tibi denunciemus. Ea vero est, ut per Gladium à vita ad mortem transmittaris: idque post crastino die, qui erit 30. April. in hac Urbe Neostadiensi sub horam nonam matutinam, certò et irrevocabiliter executioni mandetur. Vade, sive tuae pro conscientiae curas, ut te ad mortem felicemque aeternitatem disponas.

Sub haec mandavit D. ab Abele Centurioni de Honore, ut ipsum ad supradictum armamentarium deduceret.

Expalluit ad ista Reus, adeoque perculsus [illegible], ut quod responderet verbum non reperiret, solumque humeros contraxerit. Hinc non repetito amplius Conclavi suo, in quo detentus fuerat, per Centurionem cum media Suorum Centuria, ut imperatum erat, ex Arce pedes eductus, et ad confinia Civilis Jurisdictionis, à D. Urbis Judice in potestatem curamque suam acceptus, et ad dictum Armamentarium, ibidemque paratum Conclave deductus est, quem eadem Rheda comitati sunt praefati DD. Judex, et Centurio de Honore. NB.

Postquam is suo loco depositus, et rursus Judex ad suae Jurisdictionis limites restitit, adesseque cum Commissarii intellexere, accersiverunt Frangepanium: quem eodem tenore verborum affatus est D. ab Abele horamque vitae ultimam denunciavit.

Ille vero longe magis quam Zrinius fugiente colore expalluit; dumque nonnulla dicere niteretur, jussus est à D. ab Abele parere imperiis, seque ad destinatum locum conferre: cui ille nihil ultra est reluctatus.

Cum primum Rei ex Arce translati sunt, Rectoris illis Coronas Virginis, libellos precatorios transmiserunt Commissarii, reliqua sua annulis obsignarunt.

Altero ineunte die, qui erat 29. April. quidquid rerum scriptorumque repertum fuit in eorum Carceris, id per Caesar. Scribam Joannem Potesta linguarum Orientalium Interpretem, qui in casum necessitatis Viennae assumptus erat, Ungarici et Croatici idiomatis expertissimus, conscriptum est, et in seriem Inventarii digestum. Die 29. April.

Ex eo tempore portae Civitatis tres occlusae sunt; eaque sola quae Viennam respicit, aditui relicta. Sed et haec altero die observata est

et negatur undequaque aditus, donec universæ Tragœdiæ finis impositus fuit.

In ipso ad Armamentarium transitu obmutuisse visus est Zrinius adeo nihil omnino proferebat. At Frangepanius questus est de brevitate termini in diem Jovis præfixi: cum sibi ad præparandam supremæ morti animam non sufficeret: oravit proinde D. Judicem, ut esset suus ad D. Abele Intercessor, et ad se venire dignaretur, eidem persuaderet. Hic vero per D. Judicem respondit; sibi soli id non licere; verumque demandatum esse, eo casu venia accederent, quo ipse plura detegere, aut alias quid gravioris momenti Suæ Maiest. significare postularet: de gratia vero impetranda spe, sibi nihil omnino constare.

Non acquievit his Frangepanius, sed per eundem Judicem dixit, statutum terminum esse nimis præcipitem: desiderare se Grati [illegible] ita exomologesi delicta sua expiare, ac etiam de bonis suis in favorem Coniugis, et animæ suæ emolumentum disponere.

D. Ab Abele per remissum D. Judicem reposuit; executionis dilationi non esse locum: duos propemodum dies superesse, qui sufficiant præparationi; Bona illius ad Regium Fiscum cecidisse: proinde nihil posse eum de illis disponere: Quod emolumentum animæ suæ attinet, se Suæ Cæs. Mtis Clementiæ Liberalitati remittat, quæ indubie amplissima suffragia sit curatura.

His actis verumque necessaria ad scribendum instrumenta postularent et impetrarent. At D. Judex quartum Reos accessit, retulitque quam sit gravis Frangepanii sensus, quamque invito animo ad mortem progrediatur. Quo accepto Commissarii sera licet esset ac prope undecima noctis hora, statuerunt eum accedere, eius desideria percipere, et afflictum consolari. Ubi iam adfuere cœpit Frangepanius, infelicem suam conditionem deplorare et super denuntiata morte deplorando lamentari: fieri non posse, ut in abrupto hoc temporis spatio [illegible] se defatigatus ad mortem disponat: esse se status florentissimi ultimumque sui nominis et Familiæ: rogare se Cæs. Mtem ut hac sibi vitam concedat, quam diu eam deinceps prorogaret Deus, nunquam se in Cæs. Mtem vel umbra sceleris deliquerum. Deque facultatem rogavit in hac Causa ad Suam Mtem clementissimas literas scribendi, spe [illegible] inducias mortis à Commissariis concedendas, dum clementissimum à Sua Mte responsum adferretur.

Ad quæ D. ab Abele reposuit, hortatusque est ut iusta iudicia patiente animo sufferat: Cæs. autem [illegible] unicum esse animi: rem hanc [illegible] prius bene ponderari curasse, quam latam à Judicio Delegato sententiam amplecteretur, et in casu præsenti Justitiæ cursum non impedire deceret: Judicia

ret: Judicia Domini iustificata esse in semetipsis: condolere se animitus eius florenti aetati, et tam illustri prosapiae: optareque toto affectu eum ad tantam calamitatem nunquam devenisset, a qua nisi per mortem, erui non valeat: hanc vero mortis poenam esse debitae suae longe inferiorem; nec in ea ipsa ullum severitatis, sed magnum Caesareae Clementiae argumentum elucere: superesse adhuc morae satis, quâ se ad felicem e vita transitum disponere valeat: omnem quidem gratiae spem sublatam esse; se tamen submississimas eius litteras ad Caes. Mtem transmissuros: interim ille non absumat horas inani spe gratiae, quam sciat ipsi non secuturam: statutum iam esse, atque in mandatis se habere, ut sententiae executionem ultra destinatam horam omnino non differant: monere proinde tempus ut ad curandam animam cogitationes convertat: agi negotium illud, cuius neglectum expiatura sit aeternitas.

Sed instat ille precibus, suae et Juventuti parcatur: Clem. autem Caesaream eminere ex iis, qui servum hodie traduntur Carnifici, in primo rebellionis delicto deprehensum, capitis damnasse, sed clementissime veniam impertivisse: Crimen hoc primâ a se vice perpetratum, sibi quoque in primo comprehenso pari clementiâ vitae gratia non denegetur.

Subierunt D. ab Abele: Commissariis id incumbere ut mandata exequantur. Certo equidem Caes. Mtem ex innata sibi Clementia pronius ad veniam ei ac ceteris complicibus indulgendam condescensuram fuisse; nisi Dei Gloria, Reipub. securitas, et plurium Provinciarum Christianarum salus aliud exegissent, et a benignissimo animo hoc iustissimae pariterque mitissimae severitatis decretum violenter extorsissent: ceterum in praesenti nullam esse gratiam, nec sperari minus expectari posse: ne sibi proinde, quod superest breve tempus incassum praeterire patiatur; sed eo ad suae animae procurandam salutem studiose utatur.

Petiuit et Zrinius Commissariorum alloquium quibus Georgium Tarody Ephebum suum commendavit, eique quod a se debebatur ut exsolveretur, oravit ac demum se iterato ac submisse latae sententiae subiecit.

P. Guardianus retulit Commissariis, Zrinium iam ita animatum esse ut perlibenter ipso subeunte die 29. April. moreretur, iamque etiam Christiano affectu Frangepanio malorum auctori remisisse: hisque usum verbis: Etsi ille me ad hunc calamitosum statum deduxerit, condono illi tamen universa. Nam quid agam! ipse mecum eadem navi fertur: Tum peracta suarum iniquitatum Confessione, generosa magnanimitate se ad mortem resolvisse.

Distractis alter ab altero Conclavibus habitavere. Utrique ut ad Religiosa obsequia diem noctemque adfuere PP. Capucini, uterque a suis delictis a P. Guardiano est absolutus. Interim tamen Frangepanius sequentem Eplam ad S. Caes. Mtem Latino idiomate, ut hic adducitur, exaravit.

Sacratissima Caesarea Regiaque Maiestas Dne Dne Clementissime.

Pre horrore tremendæ mortis sententiæ vix calamum regere possum:
desunt mihi vires Clem.^mo Imperator, pro debito submissum conceptum ar-
mandi ad elicitandam scintillam unam Augustissimæ Clementiæ, et Pietatis
Christianæ. Unde humillime rogo hanc spiritu languido compassam suppli-
cationem connaturali sua benignitate perlegere clementissime dignetur.
En genuflexus provido ante August. Thronum M^tis V^ræ Sacr. et lachry-
mis defluentibus ac instantibus singultibus rogo per Quinque Vuln.^a Chri.
per Merita Virg. Deiparæ omniumque SS. dignetur M^tas V. Sacr. parcere mihi
pro Juventutis meæ delicto, et inmaturi iudicii transgressioni. Respiciat Clem.^us
Imperator suo gratiosissimo oculo floridam ætatem meam, quam intempesti-
ve deperdere debeo. Ponderet Clem.^us Imperator me miserandum, unicum fa-
miliæ superstitem extare, quæ ab innumerabilibus annis August. suæ Domui
totique Christianitati incontaminata fidelitate ac devotione semper inservivit.
Et in quantum merita maiorum non sufficiant, nec mea personalia (Deum
testor) fidelissime præstita servitia M^ti V^æ Sacr. perficiat incomparabiliter
ac ubique terrarum deprædicata Clementia et Misericordia M^tis V^ræ, ut me
iam mortuum ad vitam restituere gratiosissime concedat. Non abhorreo
mortem in exequendo mandato M^tis V^ræ Sacr. et constanda immutabili
devotione mea erga meum Clem.^um Dnum: semper enim paratus essem ad
minimum M^tis V^ræ nutum ultimam sanguinis mei guttam profundere. Sed
Clem.^e Imperator contremisco in sola contemplatione ignominiosissimi transi-
tus ex hac vita per manus Satani. Eheu me miserum et infelicem! utinam
nunquam natus, vel iam antea e vivis deletus fuissem! Clem.^e Imperator
Carolus ille Magnus in comprobationem suæ immensæ Bonitatis et Misericordiæ
exclamare solebat: Vellem et mortuos ad vitam revocare. Non minor in
M^te V^ra Sac. cognita et comperta fuit Clementia. Nunc Clem.^e Imperator
exerceat gloriosissimam Magnanimitatem suam in resuscitando me miser-
rime perituro. Agnoscam vitam, et esse meum, sacrosancte spondeo totali-
ter debitam (post Deum) Misericordiæ M^tis V^ræ: nec imposterum mihi, sed
M^ti vitam devotissimam. Gratia! Pietas! Misericordia! Clem.^e Imperator
hac solum vice! per SS. Trinitatem obtestor transeat Calix iste a me:
impossibile enim est, ut spatio aliquot horarum, viribus et spiritu debilis, ani-
mæ saluti providere valeam ad sustinendam. Suscipiat flebiles deprecatio-
nes meas, et gratiam vitæ in qualemcunque aliam pœnam pro libitu benignis-
simo commutare dignetur. Vellem Clem.^e Imp. plura scribere et Misericordiam
implorare, ast præ lassitudine miser nequeo. Finio ac vitam et finem vitæ
meæ M^tis V^ræ Sacr.^æ Clementiæ et Pietati submitto et committo. Cupiens
vivere ac mori.

M^tis V^ræ Sacr.^mæ humillimus servus et fidelissimus subditus
Umbra Mortis Franciscus Frangepanus.

Die Martis hora 8va nocte in potest. Judicii Civitat. hodie consignatus et pro
die Jovis proximo ad mortem migraturus, nisi Deus et Gratia Maiest. V. Sacr. his
supervenient hominem redemerit. Neostadii 28. April. H. XI. noctis. 1671.

Die 29.

Die 29. April. Sub horam septimam antemerid. retulit ad Commissarios Ci-
vitatis Judex, Frangepanium post hesternum cum eod. congressum, adem-
ptamq. spem vitæ ulterius impetrandæ, decrevisse tandem generose mori, seq.
incœpisse ad felicem transitum disponere. Unde et post usq. ad horam decimam
universa sua delicta Ecclesiæ Clavibus subiecit.
Et quoniam Zrinius H. X. Missæ Sacrificium in sua habitat. audiret et
Sacratiss. Euchar. epulo esset refectus placuit et Commissariis eidem Religionis
officio ex occulto adesse, eidemq. suam præsentiam significare. Quod ipse
animo grato accepit, oravitq. ut in Conclave succederent: id cum præsti-
tum esset, ille arcanum quiddam urgente conscientia detexit. Probavit id
D. ab Abele, seq. Suæ Mti relaturum reposuit: Postulavit ille suffragia
pro anima sua, quem servum esse iussissent, et calamitosum solari, re-
essent.
Frangepanius peragendæ variarum suarum exomologesi, aliisq. exer-
citiis animæ ad horam XII. institit, cui peractis iit P. Guard. Missæ Sacri-
ficium obiit, cumq. sacro Pane Angelorum ad æternitatis iter refecit.
Subiit inde refectio corporis.
Ad eandem post Merid. horam accersivit DD. Commiss. Frangepanius, et ma-
gnanima prorsus oratione primo submississime dixit supremum Vale S.
C. Mti; cui genuflexus magno doloris animi sensu, multisq. lachrymis
suos deprecatus errores, præcipitem suam nimisq. fervidam iuventam ac-
cusavit: et pro anima sua suffragia imploravit: deinde commendavit PP.
Capuc. ob sibi præstitam fidelem religiosamq. operam ad liberalem stipen-
dium quæsivit de sua Coniuge oravitq. de suis illi facultatibus sui me-
moriam deputari, et eidem litteras perscribendi veniam poposcit. Pariter
Ephebum suum Bernardum Ursinum cum honorario manumitti, ceterisq. suis
servis debitam mercedem dari et Creditoribus satisfieri petiit: post omnibus
S. C. Mtis Ministris, a quibus unquam beneficium aliquod accepisset, gratias egi-
it, iis vero omnibus submisse est deprecatus, quibus offensæ ansam præbuisset. Su-
um quoq. Cognatum Orpheum Frangepanium Suæ Cæs. Mti quam potuit fla-
grantissime commendavit. et ex DD. Commiss. quæsivit an et ipse in suam
Mtem deliquisset? Demum Commissariis, ob susceptum sui causa offici-
um gratias reposuit.
Ad hæc omnia D. ab Abele, respondit: Ambobus sibi non posse non pro-
bari pretiosam animi resignationem, eamq. suæ voluntatis cum Divina conspi-
rationem, argumentum esse suæ ad Gloriam æternam prædestinationis. 1. Hu-
millimum Vale Suæ Mti eiusdemq. Ministris dictum, se eadem sincere relatu-
ros obligavit. 2 Nihil dubitaret de mitissimo Suæ Mtis animo cui ni-
hil unquam infestius fuit odio, sed ad hoc tristissimo severitatis exemplum, altiori-
bus Divinæ Gloriæ, Boniq. publici sibi coelitus impositi rationibus violenter
adactam. 3 Quod suffragia pro mortuo concernit, confideret in Suæ Cæs.
Mtis Clementissimam voluntatem. 4 PP. Capuc. esse alias Suæ Mti in

amoribus, et certo esse possit de liberali in eadem munificentiâ: quod eti-
am 5. 6. et 7. gratias suas in Ephebum, aliosq[ue] famulos et creditores su-
os sit extensura: adeo enim suam Mtem esse delicatæ conscientiæ, ut quod
debet exponat, nihil sit prætervisura. 8. Coniugem suam (ut fama fert) inqui-
sitionem Jurisdictionem se subtraxisse: Aug. Cæsarem eâ esse animi beni-
tate, cuius experimentum et ipsa sibi polliceri valeat: posse eum valedicto-
rias ad eam literas omnino exarare et sibi concredere. 9 Orpheo ad
solium gratiæ non negari accessum, si pœnitente appellat animo: habe-
rius chirographum, quo et rebellionis complex et eiusdem abominandi
criminis reus probatur. 10 Dominos suos Mtis ministros, hanc ab
ipso factam tam demisso animo valedictionem et deprecationem gra-
tam habituros. XI Sibi ambobus Commissariis gratias ob susceptos la-
bores non deberi: optasse se tamen nuncios rei lætæ esse potuisse: sed
contra votum suum (quod deset fideles Amor) debuisse se mandatis
Supremi Principis obtemperare. Hæc eo utrinq[ue] animorum sensu acta
sunt, ut nemo præsentium ac interloquentium omnino fuerit, cui non
lachrymæ in verba fluerent. Interim veniâ data Frangepanio valedi-
ctorias ad Coniugem exarandi, quas Italicè eo sensu expressit.

Dilectissima mea Lullia.

Quoniam arcanâ Cæli lege, et Supremi Numinis voluntate res eò deve-
nit, ut in pœnam erroris contra Cæs. Mtem patratorum criminum, è vita
ad mortem sim transmittendus, ultimum præsentibus te saluto, et valedico.
perq[ue] Jesu Christi vulnera te obtestor, ut si senseris te quoq[ue] ob ea debita
variis calamitatibus premi, id pro Christiana charitate mihi indulgeas. Sed
quoq[ue] te amantissima Lullia obsecro, ut si quâ coniugii nostri tempore vel
minima offensa animum tuum vulneravi, eam mihi remittas. Quod me atti-
net, omnes eas, quas forte arripere potuissem, acerbi sensus occasiones toto
affectu condono, easq[ue] sinceri tui veriq[ue] in me amoris veros fuisse effectus
interpretor. Meos quoq[ue] DD. Cognatos et amicos extremum saluto, quos
oro rogo, ut pro suo in me affectu, à Misericordissimo Deo precentur Requiem animæ meæ
quæ cum eiusdem Dei auxilio intra paucas horas se ad æternam beatissimamq[ue] illius visio-
nem confidit admittendam. Suavissima mea Lullia, quantum auro tibi mnemosynon
sincerissimi mei in te amoris relinquere, tantum ut undequaq[ue] egenum rebusq[ue] omnibus destitu-
tum reperio. Obtestatus sum quidem, uti submississimè, ita etiam flagrantissimè Sacr.
Cæs. Mtem, ut pro sibi ingenita benefaciendi propensione, suæ etiam magnanimitatis ac mu-
nificentiæ argumentum, in mei erga te grati animi pignus, exhibere non dedignetur: atq[ue]
in spem non dubiam venio, futurum omnino, ut gloriosissimæ illius magniq[ue] animi effectum
à Sua Cæs. Mte experiaris. Orpheum pariter Frangepanium amicissimè et ex-
treme saluto: à quo veniam precor, si quo meo sit offensus errore. Sed et eundem
per illum amoris affectum, quo me semper complexus est, adiuro atq[ue] obtestor, si
quo forte crimine iustam suæ Mtis Cæs. indignationem incurrit, admoveat submis-
sissimas preces et lachrymas, quibus clementissimam veniam imploret, seq[ue] ad
Augu-

Augustissimi mei Caesaris pedes abierit. Non est illi occlusa ad veniam ianua: et forte cum experimento magnificae liberalitatis in pristinam gratiam recipietur: quem etiam in finem humillimas Suae Caes. Mti preces admovi. Quod vero nullum fidem veteris amoris pignus offerre valeam, condolent ipse mihi, iam ad incitas redacto, fortunisque omnibus everso. Vale delicium meum Iulia: vale! vale suavissima mea Coniux! Dilexi te vivens: mortuus ero pro te apud Divinam Mtem fidelis intercessor. Iulia, pars cordis mei, permaneo Affectissimus tibi et fidelissimus Coniux.

Franciscus Frangepanius.

P. S. Si Bernardinus Ephebus meus te convenerit, eum, mei causa, ob fidelia mihi officia praestita commendatum habe.

Neostadii 29. Apr. 1671.

Quaesivit ex DD. Commiss. Zrinius, nullane sibi ergo spes gratiae sit superstes? Addiditque: si vita sibi concedatur, posse ac velle se praeclara Suae Mti obsequia praestare. At D. ab Abele reposuit: serum esse de his tractare: serviendi tempus praeteriisse, moriendi imminere; spem obtinendae gratiae non superesse. Ad quae Zrinius: Sit ergo ut Deo placet: Mori non timeo: sed lethi modus est perdifficilis. Credi id facile posse, subiecit D. ab Abele: sed quot Illustris prosapiae viri eo mortis genere abiere! A Deo haec illi viam ad felicem aeternitatem aperiri. Post haec de Complicibus aliqua subinnuit Zrinius, quae sub circumstantiis detexit, repetens se ab omni conscientia solvere. Tum Zrinius DD. Commiss. porrexit syllabum eorum, quos post suum obitum piorum Legatorum nomine expendi desideraret: aliamque Schedam, qua de binis fratris uxorisque scripto dispositio continebatur. quas DD. Commiss. acceptarunt quidem, monuerunt tamen quidquid habuisset fortunae bonorum, id omne ad Fiscum Regium esse devolutum, nullam proinde rei vel tenuis ab eo fieri posse dispositionem. Neque vero se haec disponere cupiit Zrinius, sed suum tantum voluisse desiderium indicare; id tamen an fieri possit, Sac. Caes. Mti voluntati clementissime submittere. NB.

Pro Filio quoque Filia et Coniuge sua preces admovit, quibus eos Suae Caes. Mti benignissimae Clementiae commendavit.

Quaesivit deinde ex DD. Commiss. quo genere mortis vitam sit finiturus? Credebat enim se vel in quatuor partes discerpendum, vel alio atroci supplicio afficiendum. Cui D. ab Abele: meruisse eum quidem per atrocia sua delicta acerbissimum lethi genus, idque indubie, quod Perduellionis et Laesae Mtis Reis sancita legum praescribunt; Sac. tamen Caes. Mtem, uti in aliis omnibus, ita in hoc pro mitissimo suo genio Clementiam rigori Iustitiae antiposuisse et Sententiam ad levissimum mortis genus, hoc est ad Capitis dextraeque manus truncationem mitigasse: idque esse inter gratias reponendum. Rogavit ad hoc Zrinius per DD. Commiss. apud Suam Caes. Mtem preces interponi, ut a dextrae manus truncatione absolveretur: quod NB.

illi ostii genu siquidem praestituros addixerunt, eius tamen gratiae impe-
trandae spem nondum facere voluerunt.
Nec minus Frangepanius suae mortis genus scire postulavit, cui idem
NB. quod Zrinio est responsum. Sed et ipse truncationem manus est depre-
catus, quod per eam suae salutis periculum se aditurum existimaret. Verum
et hic pari responso suspensus est. Quamvis enim DD. Commiss. eam, quae
postulabatur gratiam iam a Sua Caes. Mte concessam attulerint secum,
quia tamen adverterent utrumque Reum id supplicium specialiter ab-
horrere: placuit illius intimationem differre circa publicationem senten-
tiae; ut uterque Reus etiam in supremo vitae apice a Sua Caes. Mte, signa-
tam, clementiae suae solatium experiretur. Cui consilio occasionem de-
dit Frangepanius, qui saepius optare auditus est: O quanta tranquilli-
tate animique satisfactione morerer, si ultimam non amputandae dex-
terae manus gratiam impetrarem! Atque hic medius ille dies ab hora
2da pomeridiana, ad septimam usque assumptus est.
Ea hora DD. Commiss. Frangepanium ad suum petitum et consensum Con-
fessarii admiserunt ad Zrinium, qui Germanice affinem suum his allocutus:
NB. Dilectiss. Dne Frater. Quoniam Deo ita placet, et per sententiam Clemi Dni Caesa-
ris, Regis et Dni ob enormia delicta nra crastino die una moriamur, ideo a prae-
sentibus DD. Commiss. hanc gratiam exoravi, ut te D. Fratrem meum semel adhuc
ante meum exitum videre liceret. Obtinui quod optavi. Adsum ergo, et tibi vehe-
menter deprecor, si hac vel alia quacunque actione tibi offensionis materiam praebui.
Illud animitus opto ut morte mea vitam tuam redimere possim. Confido te pro
heroica mentis constantia mortem non horrere. Haec vero bono decreta est.
Feramus ergo et forti et laeto animo. Hic tibi supremum in hoc mundo
valedico, certa spe nixus, quod die crastino suavius nos in aeterna feli-
citate salutabimus. Hic provoluti uterque in genua est, et inter mutuos am-
plexus alter alteri manum, vultumque exosculatur. Demum Frangepanius
repetita ad mortem generose subeundam adhortatione, Vale inquit confido
omnino fore ut crastino die hac hora nos in altera vita suaviore am-
plexu et consolatione exosculemur. Et recessit siccis oculis, animoque intre-
pido. Nec minus Zrinius gratias egit de eius ad se accessu veniam
omnium et generose dedit et submisse est precatus, seque magno animo ad
mortem obtulit.
His actis iteravit preces ad Commiss. Frangepanius, ut sibi dexterae ma-
nus recisio condonaretur, ne quod subiret suae salutis discrimen. At illi
se nedum responso petitos: eam gratiam nec posse promittere nec dene-
gare: expectare tamen in eo petito Clementiam: caeterum suo robori stare
sententiam. Id vero ea causa dissimularent, ut nullam in eo spem vitae
impetrandae excitarent.
Tum vero

Tum verò cum D. Judex constituisset Commissarii et cum primum lecta fuerit Sententia, Reusq. de gratia quaesiissent, duos illos Assessores ad ipsos Commiss. speciali loco iis ad hunc actum praeparato considentes, ablegant, qui de gratia quaerant; quam illi iam habitam scripto sint transmissuri.

Ubi primum dies 30. Apr. illuxit, quarta Civitatis quoq. porta, quam Viennensem appellant, occlusa est: et Cives omnes in armis sub quatuor Vexillis forum occupavit. Sub horam sextam utriq. Reus audito ultimo Missae sacrificio ad usq. octavam horam devotioni vacavit: ac tum ambo DD. Comissar. alloquium postularunt: ad quod et illi perseverarent, ac oia suo ordine disposita, praesertim verò theatrum pullo instratum, truncum et securim amputandis manibus praeparatum reperêrunt. Die 30. Apr.

Quartum civium ambiebant pedestri incessu D. Urbis Consul, et Judex, uterq. Magistratus, et qui Viennâ ex Cancellaria in comitatum assumpti erant, aliiq. famulantium, qui debita in iis suo Caes. Mti obsequia exhibebant.

Ad suum in Armamentarium adventum comperêre DD. Commiss. Zrinium paulo ante animi deliquio collapsum, sed illico fomentis balsami sibi restitutum: cui occasionem dedisse creditur non tantum metus imminentis supplicii, sed etiam inedia tridui quo sibi potum nihil admisit omninò, voluitq. rigido ieiunio mori. Ubi ergo praesentes vidit Commissarios, primum iis ob susceptum sui causâ laborem gratias reddit: tum deprecatus est magnâ doloris animi fractione Sac. Caes. Mti universa sua in eam perfidiae crimina, ac submississime valedixit.

Demum D. ab Abele valedicturus ad Coniugem suam literas Croatico idiomate scriptas, inscriptas tamen Germanico consignavit; quarum hic erat tenor.

Anna Catharina. Dilectum meum, dum has perlegis, luctu abstine. NB.
Crastino die sub horam decimam caput mihi pariter cum Fratri amputabitur. Hodie mutuos inter amplexus ultimo vobis Vale dicimus. Ideo et te in hoc mundo aeternum valere iubeo. Da veniam, si (quod equidem evenisse scio) te offendi. Sint Deo laudes, ad mortem et animatus sum et paratus. Nec quidquam horream, firma in Deum fiducia operatur. Qui mihi vitam dedit, ille morienti Misericordiam exhibebit. Quem ego ad quem crastino die me venturum confido, instanter exorabo, ut in beatorum gloria aeternum illius aspectu unà perfruamur. Alia quae de filio vel de facultatum nostrarum dispositione perscribam, non habeo. Oia ego Divinae voluntati resignavi. Iterum repeto; luctu abstine: hoc necessitas imperavit. Neostadii pridie mortis meae die 29. Apr. H. 7. vespert. An. D. 1671. Tibi Deus et Filiae meae Veronicae Aurorae benedicat.

Petrus Comes à Zrin.

Et quoniam moris institutiq(ue) Maiorum est, ut si quis in Austria
infra Anasum ex Nobilium Provincialium Ordine supplicio mortis
afficiendus sit, is prius Nobilitatis titulis ac Privilegiis exuatur; ideo
Provinciæ pro tempore Marschallus, idemq(ue) Sac. Cæs. Mtis Consiliarius et
Camerarius Status D. Ferdinandus Maximil. Comes de Sprinzenstein, pro
ea qua nunc in suo præest vigilantia, cum supra in Causa Nadasdia-
na nominato Nobili Criminali Consilio decretum condidit ad Georgi-
um Achatium Dornhoffer Cæsareum Denunciatorem, quem 29. Aprilis
sub vesperam Neostadium expedivit. Properavit ille, Cæsareisq(ue) Commiss.
convenit, ut eo adhuc vespere mandata apud Zrinium exsequeretur.
Suspendere tamen id Commissarii ad auroram sequentis diei, ne Zrinio
ea ipsa hora quadam imaginatione nonnihil turbato, et graviter afflicto
afflictio adderetur.
Sub Auroram ergo intimavit D. ab Abele Zrinio: iuxta veteris institu-
tum Provinciale, non supplicio addicendum, quin prius ex Albo No-
bilitatis expungatur, et titulis ac privilegiis exuatur; quo nomine ades-
se Denunciatorem, cum Decreto missum insinuavit. Bene habet,
subiecit Zrinius, dummodo Filio suo nullius Criminis participi, non a-
dimantur privilegia Nobilitatis. Ad quod D. ab Abele reposuit:
Legibus cautum esse, ut in atrocibus Læsæ Mtis, Rebellionis, et Per-
NB. duellionis Criminibus pars pœnæ hoc est honorum ac dignitatum pri-
vatio etiam ad Filios (seu nonnatos seu iam natos) dimanet, idq(ue)
omnino esse Iuri conforme. Hierem. 31. Patres comederunt uvam
acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt: etiam Filii exclusionem esse
ritum externum quendam, quo nihil addatur nihil pereat. dixit, vide-
ret se gerat, fideiq(ue) constantiam probet, nihil ambigendum suam Cæs.
Mtem in id laboraturam, ut pristinæ dignitati ac privilegiis restitua-
tur. Et tum præfatus Denunciator munus suum exsequens, Decretum
allatum Reo prælegit, quod erat huius tenoris:
A Nobili Criminali Consilio Inferioris Austriæ Nobili Georgio Achatio
Dornhoffer Nunciorum Magistro intimandum.
Cum Petrus Zrinius perduellionis et læsæ Mtis reus, una cum Filio
suo in hodierno Senatu ex Consortio Nobilium Provincialium Inf. Austriæ
exclusus sit: ideo exclusionem hanc idem Denunciator dicto Zrinio
oretenus præsentis decreti prælectione intimabit: et cum huius ipsius
decreti restitutione rei transactæ seriem accurate referet. Actum Viennæ
in Palatio Nobilit. Provinciali. Die 29 Apr. A. 1671.
Valedixere hic supremum Zrinio DD. Commiss. quibus ille iterato Fili-
um suum commendavit.

Hinc aditu

Hinc adiêre DD. Commiss. Frangepanium, qui post iteratam valedictionem ex D. Abele quaesivit rursus; an vere cum solatio mori possit, Sac. Caes. M^tem sua ei delicta omnino remisisse? Affirmavit id D. ab Abele, nihil omnino indignationis in Clementissimo Caesaris animo residere; sed ad hoc subeundum supplicium solum publici boni studio esse adactum. O! quanta nunc exundo laetitiâ, hilarisque morior, subiungit Frangepanius: iterum quaerit an sperata dexterae non amputandae gratia nondum à Sua M^te advenerit? Responsum nondum adesse respondit D. ab Abele: prius tamen non tollendum è vita pollicetur, quàm eius rei certum nuncium, sive id ad votum, sive non, futurum sit habeatur. O quam libero gaudenteque animo caput porrigerem gladio (resumit Frangepanius) si tantum manui dexterae veniam impetrarem. Hic spem fecit D. ab Abele Sac. Caes. M^tem, pro innata sua benignitate emollitum iri. His pluribusque aliis utrinque mixtis, quia iam imminebat hora supplicio destinata valedixere ultimum DD. Commiss. Frangepanius verò ruit in amplexum Dni ab Abele, eiusque manum est exosculatus.

Perrexêre hinc DD. Commissarii ad Civilis Armamentarii ambulacrum, quod primo illius atrio imminet, ubi sibi praeparato loco, orientalibus tapetibus instrato consedere: ad quos illico D. Judex de suis Assessoribus duos ablegavit, qui eorum mandata deposcerent. Quibus illi: Jam tempus esse cum Zerinio auspicandi Tragoediam. Nec mora. Assessores illi D. Michael Markl, et D. Joannes Grubel id ipsum ad Zerinium retulêre, isque mox ad excipiendam sententiam, praeeuntibus dictis Assessoribus, et paucis sclopetariis, sequentibus verò Confessario suo et eius socio, ac D. Camerario de Honore cum militum decuriâ ad primum Armamentarii atrium est deductus. Rei sententiam breviter praefatus est D. Judex, ac tum per Maximilianum Haan tribunalis scribam sequens sententia lecta.

SENTENTIA

Post demandatam à Sac. Caes. Regiaque Hungariae ac Bohemiae Majestate, contra haereditarium suum subditum Petrum à Zrin in causâ Rebellionis et Perduellionis inquisitionem, ac celebratam deductum, conclusum et ordine collatum Criminalem Processum lata.

Postquam dictus Petrus à Zrin vel saepius in clementer nimis examine vel propriis scriptorum suorum instrumentis sponte confessus, et quà per sua ipsiusmet chirographa, quà per deposita contra eum in habita Inquisitione aliorum testium testimonia sufficienter convictus est, apertèque demonstratum, quod immemor omnium, quae à Sua Caes. M^te, eiusdemque Gloriosissimis Antecessoribus accepit, gratiarum, sui

quoq eidem praestiti Juramenti, per detestandam ambitionem, execrandamq Gloriae et vindictae, cupiditatem ac temeritatem, Laesae Mtis et Perduellionis Crimen sequentibus articulis incurrerit.

1. Quod cum aliis in damnatum legibus foedus, in perniciem et contra suum nativum Natem et Legitimum Regem et Principem, Augustiss. Roman. Imperatorem Hungariae Bohemiaeq Regem, Itemq Clementissimum Dnum conspiraverit; imo etiam post impetratam veniam novas machinationes conflaverit; et ad effectum meditatae rebellionis consequendum diversos extra Regnum ablegaverit; nihilq quod potuit, intentatum reliquerit.

2. Quod Chakathurnii contra adventum Caesareum exercitum tormenta bellica per valla et propugnacula disposuerit, ac speciales excubias contra Germanos Christianos ordinaverit; suas machinationes in superiorem Hungariam extenderit, earum fuerit, et laudaverit; et ad detestanda sua detestabilis ambitionis consilia plures alios concitaverit, et sibi devinxerit.

3. Quod Francisco Frangepanio (postquam ei damnanda sua, ad sui suaeq Familiae exaltationem suscepta consilia et molitiones, factasq cum in finem ulteriores ablegationes et speratum inde ad vota effectum, generose animo aperuisset) Directoris partes ad complenda sua iniquitatis desideria imposuerit: et post iunctis cum eo viribus, Sac. Caes. Mtis haereditaria Regna et Provincias, miserandum et barbarum in modum aggredi devastare, ac externo Dominatui subiicere, non constituerit tantum, sed opere ipso aggressus sit.

4. Quod eum in finem à diversis nominatim à Turcis, expetita peremit Militiaq auxilia per Ablegatos sollicitaverit, eademq etiam à quodam suae Caes. Mtis bellico Officiali petierit atq illum in suas partes pertraxerit.

5. Quod Capronczam, quae est Christianitatis propugnaculum, à sua Caes. Mtis obedientia et devotione in suam redigere continuis praestitibus sollicite laboraverit.

6. Quod ad habitum Anni 1670. Mense Martio Neosolii Commissionis Conventum, ad quosdam e praecipuis literas dederit eosq non tantum ab inventum, ad quosdam e praecipuis literas dederit eosq non tantum ab conventu, ad quosdam e praecipuis dehortatus sit, sed etiam concitaverit, et impio sui animi da concordia dehortatus sit, sed etiam concitaverit, et impio sui animi decreto clare detecto, quâ potuit vehementia ad sumenda arma pariterq contra suam Caes. Mtem rebellionem commoverit; et his excitati Complices reipsâ apprehenderint arma, omnes hostilitatis generis exercuerint et innocentem Sanguinem profuderint.

7. Quod Valachos et putatitium eorum Episcopum in foedus trahere saepius ardenterq connisus sit.

8. Insuper quod detestandum hominem cum infami et calumniosissima instructione contra ipsam Sac. Caes. Mtis Augustissimam personam, Serenissimam eius Archidomum, ac gloriosissimam gubernationem, ad certum locum ablegaverit: et plura eius generis, quae ex actis et processu eluceat, enormia et execranda facinora perpetraverit; quorum ille partim per

sua

sua chirographa, partim per suam ipsius confessionem et per alias in Actis adductas probationes convictus est; quasque ipse, quanquam ad defensionem admissus fuerit, nullo ast fundamento negari aut excusari posse saepius est contestatus.
Cum ergo dictus Zrinius omnia enumerata gravissima scelera et plurimis modis perpetratum Laesae Majestatis ac Perduellionis Crimen in se, ex pura Sacrae Caes. Majestatis gratia concesso, nunc demum terminato, et legitime collato Processu purgationis nec diluerit, nec diluere potuerit: Ideo per Delegatum in hac Causa a praememorata Caesarea Majestate Judicium Sententia lata est, decretumque a Sac. Caes. Majestate, ne Justitiae cursus impediatur, eidem Sententiae stare: Nimirum: Petrus a Zrin ob Laesae Majestatis Crimen, vitae, honoris, et fortunarum reus esto; hinc honoris omnis ac dignitatis iure privator. Bona omnia Fisco Regio addicuntur. Eius memoria e mundo expungitor. Eius persona Carnifici subiicitor. Ab hoc ei dextra manus caputque amputantor, et a vita ad mortem transmittitor. Hoc illi immeritam poenam, aliis in terrorem detestandumque exemplum esto. Publicatum Neostadii die 30. April. 1671. NB.
Dum Sententia publicaretur, haesit Reus continua in Crucifixi imaginem quam manu tenebat, oratione intentus. Ubi continuit Publicator, confestimque Judex condemnationis signum fracto, et in pavimentum area projecto bacillo dedit; quaesivit Zrinius, Nullane ergo gratia sit allata! Cui D. Judex, hoc a DD. Caesaris Commiss. exquirendum esse respondit: idque factum per Urbis Syndicum D. Michaelem Stocker: cui D. ab Abele scriptam dedit gratiam tenore, qui sequitur.
Sac. Caes. Majestas latam Sententiam ex mera Caesarea Regiaque gratia ita limitavit, ut solum ei caput praecidatur, manui vero dextrae parcatur. Laxenburgi 29. April.
Quod dum a Notario tribunalis lectum est: Zrinius in grati animi signum se inclinavit. Interea vero patere valvas ad internum Armamentarii atrium, quo Zrinius ad erectum sex orgiarum longitudinis, quatuor latitudinis, nigro panno indutum theatrum, inter calidas ferventium preces, quas suggerebat Confessarius, deductus est. Pariter et DD. Commiss. et D. Judex cum Assessoribus suis in eandem aream, ad distincta sibi parata sedilia unde Tragediae exitum spectarent se transtulere.
Cum primum Reus in fatali theatro constitit ipse se Chlamide exuit, quam Tarrodio Ephebo suo in manus dedit; inferioremque vestem, a qua iam pridiano vespere colli amiculum reciderat, aperuit ipse, et adaptavit: tum sibi linteo auri filis in Phrygium opus elaborato per Ephebum velari oculos, capillumque colligi passus, nullum aliud effatus verbum, posuit humi NB.

genua; dumq; orationi intentus ad ipsum horæ nonæ sonum, ea verba dixit: In manus tuas Dne commendo spiritum meum; fatalem à Carnifice ictum excepit, infeliciter tamen ita libratum verbere, ut necesse fuerit, ad plenam Capitis recisionem alterum sustinere.

Adfuere illico qui constituti fuerant, honesti Viri, et truncum corpus, caputq; recisum collegêre; quo in latus composito, nigroq; panno obvoluto, ipsum etiam sanguinem, qui velut immani è canali ad theatri marginem per ipsos ascensûs gradus defluxerat, confestim contexere.

Exacta Catastrophâ P. Guardianus adhortatus est spectatores ut defuncti animæ bene precarentur: cui omnes magna pietate flexo subsecuti. DD. verò Commiss. Judex et reliq. Altiss. ad priora exterius atrium despicientia sedilia sunt regressi.

Successit Frangepanius, eodem ordine ad externum atrium deductus; in quem pari modo publicata sententia, confracto bacillo, concessa gratia, et reliqua omnia, quæ supra cum Zrinio, acta sunt.

SENTENTIA

In Frangepanium; post demandatam à Sac. Cæs. Regiaq; Hungariæ ac Bohemiæ Mte, contra Hæreditarium suum subditum Franciscum Christophorum Frangepanium, in Causâ Rebellionis et Perduellionis Inquisitionem ac celebratam, deductum, conclusum, et ordine collatum Criminalem Processum lata.

Postquam nominatus Frangepanius sæpius in Carcere mitiq; examine, et scriptis à se porrectis sponte confessus est; et quà per sua ipsiusmet Chirographa, quà per alia contra ipsum, in habitâ Inquisitione deposita [illegible] testimonia sufficienter convictus est, apertéq; demonstratum quod immemor omnium quæ à S. Cæs. Mte eiusdemq; Gloriosissimis Antecessoribus acceperat, beneficiorum, honorum, dignitatum, et eminentium gratiarum, sui quoq; fidem præstiti iuramenti, per detestandam ambitionem, execrandam gloriæ et [illegible] cupiditatem, damnatamq; temeritatem læsæ Mtis et Perduellionis Crimen sequentibus articulis incurrerit.

1. Quod notas sibi maturéq; perspectas, quas Petrus Zrinius cum Turcis aliisq; conflaret, rebellionis machinas non detexerit; quin se arctissimè obligaverit ad eas secreto habendas, et assumendam gerendamq; Zrinii potestatem, dum ab eo totius Rebellionis Director constitueretur.
2. Quod sub diem 9. Martii Anni 1670. ex Nova Arce damnandas ad Centurionem Tscholintsch litteras dederit in gravem Cæsareorum ac nominatim totiusq; Germanicæ nationis contemptum, utraq; suæ perfidiæ adversus Clementissimum suum Dnum consilia aperuerit, et vias modosq; sollicitè quæsiverit Zrinianas machinationes ad exitum deducendi.
3. Quod apertè tentaverit persuadere Zagrabiensi Civitati, et aliis tam Eccle-

siasticis

siasticis quam Saecularibus Croatiae Ordinibus ac Subditis et in eandem venirent cum Zrinio Conspirationem, ad eamque manutenendam paratum adduxerit durantium militum praesidium eidem Urbi imponendum.
Quod Caesaream militis annonam, quae flumine Savo ad Petrinae confinia devehebatur, intercepit, et abduxerit. 4.
Quod diversos in Turciam Ablegatos miserit, qui vetita auxilia sollicitarent. 5.
Quod Vallachos, et putatium eorum Episcopum tentaverit ad partem a Sac. Caes. Mte defectionem et ad Zrinii partes accessum. 6.
Quod quandam a se cum aliis congestam in Italicum idioma translatam detestandam, inauditis et execrandis calumniis plenam instructionem contra ipsam Augustissimam Sac. Caes. Mtis personam ad exterum locum transmiserit, et plura eius generis facinora perpetraverit. 7.
Cum ergo dictus Frangepanius omnia enumerata gravissima scelera et pluribus modis perpetratum Laesae Mtis ac Perduellionis Crimen in sibi ex pura Sua Caes. Mtis gratia concesso nunc demum terminato et legitime collato Purgationis Processu nec diluerit, nec diluere potuerit! Ideo per Delegatum in hac Causa a praememorata Caesarea Mte Judicium Sententia lata est: decretumque ab eadem Caes. Mte ne Justitiae cursus impediatur, eidem Sententiae stare.
Nimirum: Franciscus Frangepanius, ob Laesae Mtis Crimen, Vitae, honoris et fortunarum reus esto. Hinc omnis honoris ac Dignitatis iure privatur. Bona omnia Fisco Regio addicuntur: eius memoria e mundo expungitur. Eius persona Carnifici traditur, ab hoc illi dextera manus Caputque amputantur, et a vita ad Mortem transmittitur. Hoc illi inventam poenam, aliis in terrorem detestandumque exemplum esto. Publicatum Neostadii 30. April. Anno 1671.
Dum legeretur Sententia, habebat ille Deo, clausis oculis, per Orationem intentus, et plus unius Crucifixi Iconem, quam manu tenebat, exosculabatur. Sub finem Sententiae quaesivit edita voce: Nullane ergo superest gratia? Cui eo prorsus modo, quo superius Zrinio responsum gratiaque Dno Judici, per D. Civit. Syndicum missa, et per tribunalis Scribam lecta, eiusdem quo superior tenoris.
Sac. Caes. Mtas latam Sententiam, ex mera Caesarea Regiaque gratia, ita limitavit, ut solum ei caput praecidatur, manusque dextera parcatur.
Hoc audito, voce qua ab omnibus audiri potuit, Gratias inquit submississimas ago Sac. Caes. Mti, Clemtmo meo Domino, pro hac ultima gratia mihi videlicet immerito collata.

Reductus rursus valvas ad internum atrium, et Reus ad theatrum Mor-
tis deductus, ubi manum Crucifixi imagine instructus, in alteram horae qua-
drantem preces Latino idiomate editaque voce produxit; quibus haec ad De-
um immisit.

NB. O Deus! dimitte mihi omnia omnia dico, debita mea. O Deus! tu nosti, quod
per enormia mea scelera longe acerbiorem mortem promeruerim: sed tu eam
acerbitatem per mei Clem^mi Imperatoris pietatem mitigasti. Ideo tibi sempiter-
na sit gloria, laus et honor. Te etiam mi Deus per acerbissimam Tuam Passi-
onem et Mortem supplex rogo, si (quod equidem ignoro) vel in examinibus
constitutis, responsis meis scripto exhibitis, vel in peccatorum meorum exomologe-
si aliquid silentio praeterierim, quo vel Tuam Maiestatem vel mei Clem^mi Domini
offendi, Tu hoc non mediato proposito aut liberae voluntati sed infirmitati
memoriae meae attribuas. Oro te fidelissime Deus meus, nunc mihi in supremo
vitae articulo, et mortis angustiis constituto gratiam efficacem largire. Par-
ce o Deus peccatis meis, animamque meam ad sempiternam Beatorum felicita-
tem admitte.

Post has et prolixiores alias heroico animo, et nulla sive lachrymis ullis
profusis, terminatas preces, exuit et ipse se chlamyde, quam Bernardino
suo Ephebo porrexit: ipse Collum inferioris vestis impedimento liberavit; et
capillum a dicto Bernardino colligi oculosque linteo obvelari curavit.
Repente tamen amoto rursus ab oculis velo arreptoque denuo in manus Cru-
cifixo conversus ad populum Latino idiomate O vos omnes inquit qui
praesentes supremam hanc calamitatem contemplamini videte funestum
ambitionis et perfidiae exemplum: videte et cavete. Amate Deum, Caesar-
emque vestrum: utrique devoti fidelesque maneate: declinate et fugite impiam ac
detestandam ambitionem, quae me ad extremam hanc calamitatem impu-
lit et praecipitavit. Valete animae meae per memini Requiem: ego ad mor-
tem vado, pro vobis apud Deum futurus intercessor. Valete, Valete!
Tum sibi rursus oculos velari passus prostravit humi genua et dum

NB Suavissima JESU et Mariae nomina saepius saepiusque inclamavit, exce-
pit impressum a Carnifice gladium, sed infelicione quam prior, libra-
tione. Nam ita in dexterum humerum impactus est ut Frangepanius qui-
dem collapsus caput terrae allisent verterit se tamen, caputque attollent
et assurgere sit conatus, in eoque nisu iterum JESU Nomen inclamave-
rit, donec illi secundo ictu caput a Cervice revulsum est.

Movit secundus hic Carnificis error ad indignationem spectatores: ideoque
ipse quamprimum est in arctum arreptus, iamque contra ipsum proceditur.
Sic ita terminatis patuit aliquo tempore utriusque Cadaver populo;
quae post in dispositos loculos collecta et singula ab octonis ad hoc
deputatis in Coemeterium Cathedralis Ecclesiae, comitante cum sua Mili-
tum Centuria Capitaneo de Hoave ad praecavendas turbas quae in tot
millium hominum spectaculi avidorum confluxu quandoque oriuntur. Sobrie de-

portata

portata sunt, exceptaque in loco ab A. R. D. Michaele Agricola Offali-cæterisque Canonicis ac beneficiatis, et cum duabus facibus ad paratum locum delata, eademque fossa coniunctis loculis tumulata.

Tragoedia exacta reseratæ sunt Urbis portæ, ac D. ab Abele citato equo Laxenburgum contendit, attigitque sub pulsum Meridiei hora 12. et quantocyus rei peractæ seriem Suæ Mti retulit, quæ ex innata Clementia pro horum Trium Animabus sexies Mille Sacrificia Deo curavit offerri.

Atque hic est demum exitus Dominatorum trium: qui universo mundo in exemplum propositi docent, discere Justitiam monitos, ne temnere Reges; qui a Deo traditam sibi habent potestatem, in delinquentes.

Eiusdem Rebellionis ac Perduellionis contra Cæsarem Complices plures supplicio mortis affecti sunt in diversis locis; quandoquidem in Hungariæ Regno luctuosi tumultus erant agitati, idque in Regis Hungariæ perniciem, et Fidei Catholicæ iacturam; siquidem Calviniani Lutherani promovebant etiam, et annis seditiones diuturnas suspirantes libertatem suam hæreticam una cum pravitate Armis collocare in Catholicissimo olim Regno. Ast prudentia ac Zelo Imperatoris ac Regis Hungariæ quanquam reluctante sæpius Marte, Capita illa superna Seditiosa, Membraque illis obtemperantia, fere nova diversis modis collecta et captivata, tandem exposcente Sacra Justitia resecta sunt, ne Hydra ambitiosa sæpius renascens, amplius corroboretur, et in illo Regno firmam constitueret sedem.

Quare supplicio tragico partim in partes dissecati; partim a Sclopetariis mactati; partim gladio iugulati; partim palis infamibus affixi; diversis in territoriis sunt sublati: tam de Gente Hungarica; quam de Gente Germanica. De numero horum Comes de Thorn Græcium captivus missus. Alii decapitati Posoniensi Judicio condemnati. Ut pote Bonisforeas Hungarus. Item Ivanus Hedvigy. Item Forearius. Et Tarumpalius.

Convertit tandem Imperator ac Rex Hungariæ omnem sollicitudinem ad vindicandas Ecclesias Monasteria, à pravitate Hæretica. Ministris ac Prædicantibus eiectis, Romanis Sacerdotibus ac Monachis inductis, ut tandem olim florens Regnum Religione Sacra reflorere valeat, et ad pristinum statum Fidei intaminatæ reductum, Romanæ Fidei esset propugnaculum. Quem Imperatorem Deus confirmet in ulterioribus progressibus exterminandorum Hæreticorum; qui variis calumniis ac latratibus infernalibus post sui expulsionem Cæsaream Mtem Eximiumque Christogermanicum vellicare audent; quæ omnia contemnenda iudicat orbis universus: dummodo Christianum Honor propagatum sit illis in Provinciis: in quibus Sancti Reges, Reginæ, etiam Proceres pro Fide Christiana gloriosa Morte occubuerunt.

Verum ab Austriacis ad propria redeamus. Necessitate enim suadente firmandorum eorum Locorum Præsidiis, quæ à Kosakis factionis Doroszenkii armis erant vindicata; placuit tàm Regi quàm Ducibus Exercitus Poloni: ut Fortalitiis ademptis, è quibus Rebelles ejecti, imponerentur novæ Cohortes; sub quarum excubiis, grassans Doroszenkius unà cum Scythis fortius arceretur. Itaque dispositæ Legiones occupavant ea Fortalitia, quæ commoda videbantur ad reprimendos conatus Rebellium Kosacorum: siquidem Hanenko unà cum Sirkone aliisque sociis observabant iuratam societatem armorum cum Polonis, ad Rebelles aut tollendos, aut in obsequium Reipub. pertrahendos. Sed Doroszenkius protectioni Turcicæ fidere cupiebat, Scythicæque Fraternitati, quam variis modis emendicabat ad Hanenkonem de Gradu Hetmanatus deturbandum, tum ad Polonos exturbandos; qui tamen [illegible] varia discrimina rebellium sustinebant et quidem non insistendo ubique locorum Marte.

1. Quare Kamenecense Fortalitium, traditum erat tuendum Legioni Succamerarii Dorptensis Tetfinii.
2. Medziborense acceptavit Legionem Germanicam, sub dispositione Lacqui Præfecti Germani.
3. Barum ingressa Legio Capitanei Lipinensis cum Cavagine, in qua Cohortes Strathowii et Anselitiewi iungebantur.
4. Brachilovum sustinebant Cohortes Potocii Palatini Kijowiæ, domestici.
5. Sterphovum, contiguum limitibus Kameneco et Mohilovio, quasi in centro prædonum Russicorum seu Opriszkorum, occupaverat Cohors Capitanei Podoliensis. Item Cohors Woiakowii Dragonica. Item Cohors Zodeinski Dapiferi Premisl. Item Motowidlo Kosacy cum legione Kosacorum.
6. Mohilowiam ingressa erant Vexilla Ducis Czartorii Palatini Volhiniæ, tum Przemowii Palatini Plocensis. Item Capitanei Zydaczoviensis; Item Firlei Capitaneidæ Lublin. Item Boguslii, et Capitanei Stargardensis, quibus præsidebat Rzewuskius.
7. Scianense fortalitium Puszkowius cum Vexillo Regio, demandatum habuit, una cum Vexillis Branicii Marsalci Curiæ, tum Capitanei Winnicensis, et Capitanei Sremensis; cum parte Legionis Bokumii.
8. Bitorschuam intravit Regimen Ducis Wisniowecii Constantini; additis Regiminis Zebli obersteri, tum parte Regiminis Palat. Kijowiæ, atque Morsztini. Isti præsidio augendo destinatus erat Lasko cum Cohortibus Alexandri Ducis Ostrogiæ; et cum Signis Radlinski, Zarinski, atque Czerkaski levioris armaturæ.
9. Oeniense præsidium sustinebant Cohortes ex legione Pinonis.
10. Ladizinum tenuit cum Kosakis Kijowiensibus Kobetski Judex Castrensis, cum Vexillis Vexilliferi Regni Sieniavii uno. Altero Capitanei Czerwonogrodensis. Tertio Lanckoronii Palatinidis Russiæ. Quarto Vexillo Kobersii Judicis.

Raszkovum

Raszkowum ingressus erat cum Cohortibus Russinii et Bratoglowii XI.
quibus permixti erant Kosacici Centurie.
Kalnikum Vexillifero Regni Sieniawio demandatum; cui annexae XII.
erant Cohortes octo. Palatini Kijowiae una. Castell. Sanocensis altera. Ca-
stellani Haliciensis tertia. Bidzinii Excubitoris Regni quarta. Capitanei
Chmielnicensis quinta. Ducis Wisnowecii Demetrii sexta et septima. In-
super Cohors Valachica octava; quam Bracius disponebat.
Braclawense Fortalitium cessit tuendum Lesczinii Incisoris Regni XIII.
Cohortibus, cui adiuncta pars Regiminis Morstini. Pars Regiminis Lu-
kausii. Item additae Cohortes tres. Una Referendarii Regni Krasinii.
Altera Capitanei Parnaviensis(?) Danilowicii. Tertia Zamoiscii Subdapiferi
Leopoliensis. Quibus praesidet Borzuchowius primipilus Referend. Regni.
Haec dispositio Exercitus multum proficua erat ad perferendos impe-
tus asperioris Hyemis, hostiumque etiam furore invalescente auctus: Siqui- NB.
dem Doroszenkius cum Scythis totum Novembr. ac Decembrem conse-
craverat ad circumquaque praesidia locata; quibus et commeatus impediebat
et arces atque propugnacula oppugnabat, oppida munitiora invadebat
ast reluctante fortuna semper in partes Doroszenkonis ac Scytharum
admirantibus vehementer ipsis Kosacis quod Miles Polonus Rebelles
ac Scythas Cladibus vix speratis afficeret: ob quas Kosaci inclinati ad
Reipub. obsequium ferventiores effecti iunctis viribus ubique locorum mili-
tabant. Duce Hanenkone ac Serkone; cum quibus Pius Polonus in
omnibus cohaerebat et insperatis eruptionibus Scythas rebellesque Kosacos
ferro igne aquis atterebat.
Eos sudores Brumales Trestanense(?) praesidium sustinuit cum admiratio- NB.
ne etiam barbarorum; quod et coeli tempestates et diram famem memo-
randis patientiae ac fortitudinis lucratis(?) modis elusit et ferme iam con-
festim victoriam insultantibus Scythis ac Doroszenkio eripuit. Ut
supra insertum est, cuius fervor Militiae illius, augendus est praemiis
amplioribus auro dno compensandus.
Caeterum multae Cohortes tam Lithuanici Exercitus, quam Poloni eam
fortunam Brumalem ausae sunt deserere magno cum praeiudicio eorum
qui opera belli adacti sunt sustinere, et ob diminutionem virium suarum
acerbitatem hostium perpeti magno cum periculo sanitatis, fortunarum
etiam equorum; quos prae fame horrenda deserere coacti sunt ada-
cti. Qua de Causa Equites valorosi, praedictum more salvationem sui cu-
rantes, excurrebant cum desperatis armis aut morituri, aut victuri.
Quem zelum eorum Deus ipse confirmavit, et ad iniurias ferendas
pro amore Christianitatis, miranda audacia animavit: magno cum pudo-
re earum Cohortium, quae ex area Campestri ad domesticos caminos pro-
peraverant, nec degustatis angustiis, nec visis hostibus: quibus delectis(?)

pares quoad equos, ac armaturam videbantur. Trenkio isti desertores resarcire universa damna Colonorum omnium, quos universam Hostilitatis molem toto decursu Hyemis propugnabant, multis Militibus strenuis amissis ob desperata subsidia, quas commoditas domestica pessimo exemplo, deserendorum praesidiorum, a publico obsequio Reipub. avulsit, et ablegavit. Sed de his copiosius conqueritur bonum amissum publicum.

Annalis # Anni 1672.

Etsi Superioribus Annis magnâ Circumspectione providendum erat
futurae securitati tum Felicitati Regni Poloniae, in providendis ac de-
cernendis remediis debitis, ad curanda vulnera tranquillitatis publi-
cae quibus Respub. afficitur quo fato stetit et ad fatales ver-
sus non caelestibus sed terrestribus influxibus trahitur, magno cum
Principis omniumq Civium discrimine; profecto Anno praesenti supre-
ma Consilia admovenda essent. ac rumoribus crebris Turcicarum
minarum involuti multorumq Civium dissensionibus inglorii tar-
ditatis facti gravissimis poenis per Divinam indignationem corri-
gamur et Criminum atrocium in Corpore Reipub. reperibilium ani-
madversionem diram quanquam seram experiamur. Apparatur enim
foris Bellum Turcicum Polonis imparatis; intus autem, tristia alli-
duntur Bellum intestinum fomentatum ambitione stupendâ fovetur
in sinum Patriae cum maxima clade Civium, ac Principis inqui-
etitudine protrudendum. Promulgatum planeq publicatum Bellum
Turcicum ad initium Veris ineuntis degustandum contra praxim an-
tiquorum Turcicorum movendorum! Porro Sarcedium [?] secretum Domesti-
ci belli arcanis Conventiculis praeparatum nemo Bonorum assequitur et
tanquam somnia fugacia plurimi incredulitate metiuntur reputantes
universas machinationes dissonas esse cum eventibus atrocibus in-
pendentibus qui à quibusdam palpantur, certisq documentis confir-
mantur. Bella quidem externa, ardere ac augeri consueverunt. dum
foris Caelum aeris tempore ad arma excitando, Leonem, Libram, Scor-
pionem, Sagittarium, moventes. ut corpora Humana ad odia, iras, seditio-
nes tumultus, sanguineasq rixas sensim inclinentur. et in Regionum
vastitatem producantur, magnâ cum incolarum terrestrium vicissitudine.
Ast Bella interna, tunc specialibus artibus induruntur quando se-
curitatis dulcedine plurimi animati inopinatarum machinationum ir-
ruptione, à fraternis consiliis seiunguntur. opinionesq impendentium ma-
lorum avertuntur; militiae parata exubantis signa diminuuntur; no-
vorum armatorum speciosa idea proponuntur. idq eo eventu, ut exar-
mato populo facta clades multo tempore palliata accelerentur. et tanquam
fulmen insperatum licet caelo sereno nubibusq non pendentibus erumpat
omnemq tranquillitatem tumultibus acribus impleat. Ad Externa
bella tractanda circumspicitur, aucta ac onerata tellus omnimodis fru-
ctibus. pabulationem praebens commodam iumentorum pabulationi grami-
num frugumq ubertate turgescentium; etiam hominibus non molestam sub-
sistentiam praebeat, degentibus sub dio, et in campis patentibus dormientibus.

Ad bella intestina expedienda non attenditur tempus commodum, ve-
rum conspirationis periodi infaustae circumspiciuntur, et his adversitati-
bus tanquam ad incendium publicum decurritur non comprimendum,
sed magis augendum, et insperatis flammis quos involuit remedia
detestabilia arripiant, eaq[ue] tractent, quae incendiarii impetuare assue-
verunt.
Ad utramq[ue] Calamitatem perferendam, supplicandum esset Divinae Maiesta-
ti et Principem Regni Poloniae exspirat una cum Civibus ac Nobilitate
togata et sagata, circumspectissimos; ne periculis ingruentibus, quae paravit
et Orientalis hostis et domesticus civis, succumbat Regnum; maxime de-
stitutum et Consiliis, et Armis.
Cupiebat quidem Rex Michaël salutaribus remediis muniendam esse Rempub.
quando amore Patriae armanda per publica Rescripta invitaverat Nobi-
litatem, ad Particulares Conventus; in quibus securitati publicae provideretur,
et cum in quibusdam Palatinatibus scissa sunt Consilia Conventus impe-
diti; auctio militiae, impugnata! Cohortes e praesidiis Russiae revocatae!
Publica Expeditio conclamata haerebat, ad quam movendam plurima obsta-
cula sunt adinventa; ne Nobilitas congregata fortior effecta, domesticis
vulneribus curandis adhiberet congrua medicamina.
Januarij. Advenit Tempus Generalium Consiliorum Comitia inchoata, ad maturi-
tatem producta; et eorum tempus insumptum ulceribus privatis curandis tam
Officialium Regni, quam Nunciorum dissentientium Gentis Polonae atq[ue]
Lithuanicae magno cum dispendio temporis atq[ue] fortunarum; tandem vi-
us malevoli hominis reclamatione temeraria, maximo cum opprobrio
Gentium vicinarum, est iugulatum.
Exoptabat Rex tanquam optimus Navis Gubernator, omnes caeli pla-
gas circumspicere; erumpentibus turbinibus ventorum, parata velamina
obiicere; tempestatibus procellosis consilia sana opponere. Classes para-
tas impetui hostico debitis armis munitas, pro Regni incolumitate tuen-
da in arenam pugnarum producere! Dumq[ue] terminus salutaribus Consi-
liis imponendus certo erat desideratissimus! en prorumpit fulmen infau-
stum, quod functo termino corpus Reipublicae reliquit ambustum.
Equestris Ordinis Director seu Marschalcus electus erat unanimiter omni-
us Contradicente Martino Oborski Capitaneo Livensi: cui Lubomirscio Re-
gni Subdapifer Regiminis reddidit insigne, faustitatem Consiliorum appre-
cans cum terminatione felici; (quandoquidem antecedentia Comitia gra-
lia, praestanti Lubomirscii authoritate, ad maturitatem auspicatam erant de-
ducta) sed et Lubomirscii affabilitas, quorundam importunis clamoribus
impediebatur, licet habitualis Marschalci functioni debite responderet.

Inter

Inter publica negotia proiectus erat Lapis offendiculum privatarum
Magnatum Virorum Leszczynii, Olszevii, Paci, Insignia Regni ac M.D.
Lithuaniae gestantium. Sed omnia inimicitiarum offendicula, partim Rex
partim Senatores pacis internae amantissimi, partim Equester Ordo levavit,
et vulnera vix curabilia sanavit, magno cum applausu utriusque Gentis.
Pariter Electoris Brandeburgici requisitio sopita est; quam promovebat
ardenter Episcopus Cracov. Trzebicius, cupiens unionem animorum inter
Principes, etiam ad aeternam armoniam coniungendorum, quae hactenus
in promissis offerebantur, in effectu porro retinebantur; idque vigore Pa-
ctorum firmandorum quae Rex cupiebat firmata fieri per Constitutio-
nem Regni ad maiorem firmitatem eorundem. Talibus enim Elector
requisitoriis Litteris, Regem Poloniae per Plenipotentiarium est allo-
cutus. Serenissime ac Potentissime Rex, Domine, Cognate,
Affinis et Frater Colendissime.
Et Coniunctionis nostrae, et negotiorum ratio exigit, ut Generosum
Consiliarium status nostri intimum, sincere et fideliter nobis dilectum
Joannem Liberum Baronem ab Hoverbek Electoratus nostri Dapiferum
haereditarium, ad Regiam Mtem Vram destinaremus. Quare ut Regia
Maiestas Vra eum benigne admittere atque audire velit, ipsique plenam ad-
hibere fidem ad ea quae nostro nomine propositurus est, benevolum et
convenientem edere dignetur responsum, officiose ab eodem intendimus.
Cui a Deo Opt. Max. prosperrimos rerum successus precamur. Datae
in Arce Coloniensi 19. Decemb. An. 1671.
Regiae Maiest. Vrae Cognatus, Affinis, et
Frater studiosissimus Fridericus
Guilelmus Elector.
Eam instantiam promovebat Trzebicius Eps Cracov. Litteris suis
ad Serenissimum Regem talibus expressis, ne materia Pactorum firman-
dorum a malevolis differatur cum praeiudicio publicae tranquillitatis.
Serenissime ac Potentissime Rex, Dne, Dne, Clementissime.
In aliquot Conventibus ac Consiliis, sufficienter Mti Vrae deduxi
Causas Foederis percussi, cum Electore Brandeburgo, per Sereniss. Casi-
mirum: simulque commoda Pactorum eorum enumeravi. Monstravi Cau-
sas, circa quas etiam malevolentissimus obtrectator, non posset collo-
care artes, quibus fidei nostrae detraheret, dum ad pacem tractandam
fuimus designati. Rogatam esse volui Maiest. Vram, praemonuique non
posse salva fide Pactorum et Juramenti, Mtem Vram differre et denegare
Pactorum horum Confirmationem, quandoquidem ea puncta Comitiis suis

approbata. Et non est amplius locus disputationum, aut dubitationum
licet meae relationis instantiae non sortitae sunt effectum. Caeterum didici per
Nuncios, advenisse ad Maiest. Vram Legatum Electoris exposcentem Con-
firmationem Pactorum; quocirca videns quantum intersit Reipub. petiti-
onem suam defero ad Maiest. Vram, ne differat tandem Confirmationem
remque integram cum Serenis. Electore habere velit. Edocta Maiest. Vra
quanti tumultus in Russia exurgunt! Etiam Moschovia hostilitatem
induxit! dum Legatos Mtis Vrae spernit et contemnit, cum Barbaris ingens
bellum imminet. Non expedit ut cum Electore inimicitiae foveantur, qui
uti Princeps vicinus, et in prosperis, et in adversis Reipub. multum potest
prodesse. Non est expectandus Consensus Reipub. quia is iam inter-
cessit dum Pacta Comitiis Anni 1663. sunt approbata: et quia perpe-
tua facta sunt cum Reipub. non indigent nova ratificatione; spectat
id ad solam personam Maiest. Vrae eo quod venerit ad Regnum assumptam,
quandoquidem Pactis Bidgostiensibus id est cautum. Velit itaque Maie-
stas Vra ante Comitia negotium id expedire; in Comitiis enim ma-
gna et multa negotia intervenient, quae ob difficultates suas multum
absument temporis. Humillima interim Mti Vrae mea defero obsequia.

Crac. die 14 Jan.
A. D. 1672.

Sacrae Mtis Vrae Dni mei Clementissimi
Fidelis Consiliarius et paratissimus
Servus.
Andreas Trzebicki Eps Cracov.

Successit itaque Electori Brandeburgico Pactorum Confirmatio non per Ap-
probationem Ordinum et Legem expressam uti Rex voluerat, sed per Diplo-
ma seorsivum, addens robur pactis universis, quae in Pactorum vicissitudi-
ne continentur. Utinam Elector Brandeburgicus gratiarum istarum sit memor
qui saepius inclinari consuevit ad offensionem Regni atque Principis, non ad
debitam defensionem vigore Iuramenti Feudalis, quod non personaliter ex-
plevit sed per Plenipotentiarium consuetudine antiqua omissa, idque ex
arcanis Consiliis, Cognationem et Affinitatem suspectam aestimantibus.

NB. Accessit etiam in progressu Comitiorum absentia multorum Senato-
rum praecipue Russicorum, de quorum benevolis animis erga Principem
eundemque dubitatur; quandoquidem offensis quibusdam circa
Electionem Regis, in quo Eligendo praeponderavit Nobilitas, Deo pectora
et animos movente in personam Michaelis Ducis Wisniowiec. inverso
quasi ordine cuncta fieri concluserant, Senatoriumque Ordinem quasi ab
Electione exclusum arbitrati erant, cupientes suffragia Nobilitatis aut
dissolvere, aut Electum Principem denuo reeligere, magno cum praeiu-
dicio

dictio Ordinis Equestris qui potissimum Jus Electionis à tempore immemo-
rabili habere dignoscitur. Eapropter et ante, et circa, et post Coronationem
Regis, mirandis certatum est consiliis, adoperantium aut Equestrem Ordinem
ab ea libertate Regum eligendorum removere; aut intronisatum et Coro-
natum Regem solio movere; Novum Principem non Vacante Regno quae-
rentium et contra omne fas Divinum ac humanum invitantium. Ad quem
eventum; et Comitia Coronationis scissa erant, et consequentia rupta ac
dissoluta sunt, ne Princeps Legum vinculis queat confirmari, et in Guber-
natione roborari. Cudunatur tales artes integro triennio, quarum divulga-
tio facta erat reassumptis Comitiis Anni 1670. idque per scrupulum Con-
scientiae, ne ad saevos progressus atroremque tragoediam descenderetur, et
Respub. universa unà cum Principe in casus tragicos detruderetur.
Quare per absentiam suam, et ambitiosa consilia adlaborabant dis-
suere publicos Conventus, alios consessus celebrantes, qui cum Ordine
Equestri nulla tenus cohaerere valebant. Quanquam verò et Princeps et
Ordo Equester remedia possibilia conciliandorum animorum ardenter quae-
rebant; tamen diffidentiis laboratum est usque ad bonam spem perdu-
ctis circa agorem conclusionis malitiosis artibus rumpebantur.
Inde eruperat expostulatio à Nunciis Terrestribus ut cohortes Aulae
Regis à latere in Russiam dirigerentur, quandoquidem Stipendiarius
Miles consistentiam locorum illorum exhaustorum commeatu incusabat.
Subscripsit Princeps requisitioni; equitatum ac peditatum ordinavit, ad
praesidia Russiae reparanda, ne hostilitati Kosakis aut Scythis ape-
rtus esse campus existimaretur.
Expostulatum dein per Nuncios, ut Princeps Habitum Patrium, non NB.
Exoticum aut Germanicum deportaret, intuitu amoris conciliandi a-
pud Gentem Populumque utrumque. Non dedignatus est Princeps facie-
ndum se libenter dummodo non coactis et extorsivis modis, sed suavi-
bus inducatur, ut et libertati et Amori publico obsecundari possit,
per ultroneam et benevolam inclinationem.

Interea Primas Regni, colloquiis privatis Principem detinebat, remittens Februarij
de alloquiis durioribus, quibus Comitia anteriora repleta erant. Depone-
bantur dissensionum origines; molimina contra Principem extenuata-
que in falsos Censores sunt rejecta. Quod Colloquium mutuum alla-
turum erat bonam spem consiliorum terminandorum; nisi exacerbatae
mentes plurimorum tam superiorum quam inferiorum Procerum elu-
dissent tempus praecipuum, quod sanis Consiliis ordinandis ad secu-
ritatem Patriae erat consecrandum. Itaque publica securitas propter pri-
vatam palatam, tribus septimanis tractata, obdormire est coacta.

Inde sequitur obcaecatos animos fata trahere ad dispositam ruinam,
si eam dextera Divina erigere noluerit, quandoquidem posthabitus
est honor Reipub. respectus personarum pro publico bono laborantium, iamq
ipse Princeps praesidere videtur Dialogismis impertinentibus, inquibus
et personae, et scenae inanes induuntur.
Licet autem Nuncii afferebant tractari in Russia motus et peri-
cula innovata; tamen fides aliorsum trahebatur, de publica salute
Status desidiose admodum tractabatur. Ipse Dux Tartarorum requisi-
tus et fraternitatis iura servare cum Polonis; respondit per Nunci-
um; Disiunctos animos Polonorum indignos esse titulo fraternitatis;
edoctus rumoribus multis, quantae discordiae maneant inter Ordines: si-
quidem omnes imperare volunt, et nemo obedit: quam obedientiam eti-
am Gentes barbarae sacrosancte observant, punientes severis poenis im-
peria floccipendentes.
Quanquam in tanto decursu temporis labentis, propendebat Princeps in
eas partes, inquibus Civium securitas concluderetur, eaq omnia quae ex
cardinibus legum dimota sunt, ad orbitam pristini status revocarentur;
attamen malevolentia Circumspectionem adhibitam impedivit, resq in
bonum ordinem comparatas disturbavit; et Consilia magno tempore
formata, irrita ac inania reddidit ac effecit.
Ante omnia belli parandi aut sustinendi contra Turcam rationes iam
conclusionem erant habiturae, ne improviso impetu hostico nudae legio-
nes obiicerentur, ne penuria victualium languerent, ne Martem advo-
lantem in penetralibus Regni expectarent. Nervo belli sufficienti designa-
to! iamq Nobilitas tempestive se muniendam contra adversa omnia
determinaverat! et ecce turbo invidus saluti publicae, nocturnis horis
NB. fossam praeparavit; in quam Consiliorum omnium authoritatem, perfido
ausu coniecit et conquassavit.
Romanus ille Consul Caepio, nisi Collegae sui Metelli salubria monita ac
Valer. consilia contempsisset; dubio procul non infausto Marte praestitisset con-
l. 6. tra Cimbros, si tempestiva consilia approbavisset! ob quae temerario ausu
repudiata, uno praelio Romanorum octaginta millia amisit, tantiq
Sceleris reus propter cladem illam, Carceri perpetuo erat addictus, in
quo cum ignominia miserabiliter cum irrisione Cimbrorum, contabuit.
Profecto maximum pondus tunc Circumspecta Consilia habere debent,
cum bella non aequis viribus ineunda sunt, sed cum parationibus ac
potentioribus dimicandum omnino est, cum quibus praelium detre-
ctare foret ignominiosum, imparibus viribus congredi ac decertare
maxime periculosum.

Impares

Impares erant Romani Armatis legionibus Hannibalis: qui si maturè Consilia debita non adhibuissent, dubio procul ferociae eius succubuissent. Quando verò Romani multas noctes arcanis Consiliis absumpserant, futurosque conflictus ope consiliorum instruxerant; insultantis Hannibalis potentiam ita eluserunt ac sustinuerunt, ut planè exarmatus hostis ferocissimus infamiam sibi, Romanis victoriam reliquerit. Fabius enim tunc erat prudentia praestans cognomento Verrucosus, in rebus gerendis adeo circumspectus, ut Cunctator quàm Pugnator haberetur; qua quidem virtus ambitionem Hannibalis compressit, adeoque detinuit, ut planè docuerit Hannibalem non audacia ac ferocia, sed Consilio ac mora vinci posse. Plutarch. in Fab. Unde Romanus Populus postquam animadvertit lento Fabii certamine, et montanis insidiis Punicum furorem iam aliqua ex parte compressum, et praeclusos fortunae atque hosti omnes vincendi aditus; decrevit etiam viribus decertandum esse et ferro aciem reddendam.

Proinde Marcellum virum acrem ac strenuum et Romanorum omnium pugnacissimum Fabio Collegam designarunt Romani, ut quasi manum Consilio adderent, et sapientiae circumspectae vires adjicerent, magna cum gloria Gentis. Valer. l.1. et l.2. c.4. Fuit enim Marcellus ad omne genus Certaminis exercitatus, nullumque provocatorem aut pugnam detrectabat. Quare signis collatis variis cum hostibus, vicies quadragies prospero Marte certavit. Is Circumspecto additus Imperatori, qui ad tuendum imperium potius quam ad propulsandas iniurias idoneus esse videbatur: vires atque animum fortem adjecit, ut optimo temperamento Romanam Rempub. tot cladibus affectam simul restituerent atque instaurarent. Quod quidem brevi tempore effectum erat, adeo ut ossi dicerent, optime consultum esse Reipub. si Fabius Clypeus, Marcellus autem Ensis Romani Imperii haberetur. Hinc ipse Hannibal Militibus suis dicebat quanquam iocose: se Fabium ut Militiae praeceptorem, Marcellum ut Pugilem formidare. Sabell. l.6. c.3. Sed quanto pluris sit facienda circumspecta ratio bellandi, quàm prospera audacia! docuit utriusque sors dissimilis. Fabius siquidem omnibus muneribus functus, extremum vitae diem senex in propriis laribus placidè peregit, et magna cum gloria Gentis quasi senator ac Pater Patriae sepultus est. Porrò Marcellus iam quinquies Consul, cum hostem explorare vellet, Hannibalis insidiis circumventus periit. Oros. l.4. c.18. Cui Poenus mortuo Annulum quasi virtutis praemium è digito eripuit, eiusque Cadaver splendidè ac magnificè cremari iussit, eiusque cineres Romam ad necessarios iussit deferri.

Habet equidem Regnum Poloniae Fabios circumspectos ac Marcellos non segnes istis temporibus in Equestri ordine; sed ambitiosi plerique ad fabas aut sita separanda ac eligenda deputant eosdem, Consilia salutaria eorum impugnant, arma domestica flocci pendunt, quibus Re- NB.

quum Polonia olim floruit, et multa dominia Lechicae Genti adiunxit. Verum temeritas, ambitio, boni publici oblivio, artificiosaque Consilia magis dominantur. Amoremque publicum Circumspectionem, prudentibus Consiliis munitum dissolvunt per machinationes perniciosas, Rempublicam cupientes in statu lubrico positam subvertere et potestati tyrannicae licet subiicere. Interim Hostes vicini exploratum habentes, minacia arma obversant, clam palamque insidias adaugent, foedera perpetua rumpere audent, et mutua amicitiae signa Annis Quinquaginta firmata, hostilibus catervis resiliunt quorum impulsu innumeros hominum in rebelliones se obdestinant.

Quo in Casu Princeps Poloniae Michael à Deo Liberoque populo constitutus, suadente necessitate, Circumspectione tempestivâ excitatus, edixerat Conventum Generalem Consiliorum tractandorum, ne vires paratae deessent ad arcendam Hostilitatem Turcicam, quam Nuncius Bizantinus denunciaverat Anno Superiori! Verum à quibusdam Consilia sana reiecta sunt, nec armandam Rempub. sed exarmandam conclusum est in arcto conclavi, admirandis delatis meandris actionum ad publicam tractationem minus spectantium. In qua deliberatione non deerant Fabii, nec Marcelli, qui altis pectoribus surgentia bella meditati sunt, citiusque arma promenda concludebant, nisi fortunae novercantis flabrum inimicum remedia sana ac debita discussisset.

Plutar. Nec deerant Pompilii Numae! quum Numa Pompilio Regnante, neque seditio aut tumultus Romae extitit; Janique Templum Tres et quadraginta iuges annos clausum mansit; tota plebe iustitiae, pietati, mansuetudini addicta pectora offerente. Ast Libertatis Polonae lora excussa, ea tractanda suaserunt, quae poterant facilitari intra limina privata: et propterea rem bene inchoatam, penetratam, coronatam, planeque conclusam unius Nuncii Vox nebulosa dissipavit, et in periculum praesentissimum detrusit. Haec dolosa licentia non libertas Rempub. perturbavit, Cives de statu Regni maturis Consiliis firmatos, infirmos et exarmatos effecit, impensas Nobilitatis vano tantae reclamationis deglutivit, Principem in desiderio Circumspectionis ambiguum reddidit; toti Christianitati virus venenosum propinavit.

Adstabit indignabundus nuncios armatus, Supremus Rerum Humanarum **NB.** Judex, separaturus eos; qui nec Deo, nec Regi, nec Legi, obtemperant, nec Senatum, nec Equestrem Ordinem reverentur, neque Amore boni publici promovendi flectuntur: sed privatis corruptelis inducti, totum Corpus Reipub. interitui certissimo exponere cooperantur.

Et quid

Et quid negotii habuit, in publico Consiliorum sensu illud probro-
sum ac infernale epigramma, Principem Optimum convulneraverant? quod NB.
sub Libertatis Polonae clypeo, audacter projectum, à nullo castigatum
est, solo risu insuavi exceptum! Debuit equidem auctorem maledicum in-
quisitioni publicae tradere, carnificiq laniandum tradere; ut tot vulneribus
confoderetur ille nequam, quot litteras scelesto epigrammati inclusit.
Sed livoris sunt pleriq deteriores: qui impunitatis pallio protecti
in Principes saeviunt, Viros praecipuos ad odia detestanda impellunt,
Ordines in quibus summa salus continetur, venenosis artibus de-
pravant, publicum statum evertunt, cum maximo Regni interitu; cum
brevi in personis suis experitur.
Sola Polonia hoc genus hominum indulgenter fovet ac tolerat, permit-
tens totam vestem Reipub. scindi ac lacerari, magna cum indignatione
Gentium etiam barbararum. Umbo Libertatis perniciosa protegit ma-
litiosos ac sceleratos homines! qui Principes, Senatores, Viros optimos pa-
cificos mansuetos aculeis dictorum ad instar pungunt, scriptis mendaci-
bus lacerant, clamoribus excitis per plateas ac vicos absurdissima quae-
que blaterant, eaq audaci ore proferunt, quae in consortio aurigarum
aut haydonum severe reprehenduntur, et inter latrones puniuntur.
Profecto Poloni Principes superare videntur Augusti Octavii, aut Ve-
spasiani, eiusq Filii Titi, mansuetudinem! dum sustinent à malevolis
non perferenda? ad voces probrosas obsurdescunt! ad praeparata fulmi-
na machinationum non moventur! planeq obliviscuntur aut bilis aut
fellis circa stomachum et cor residentis. Formicae, Muscae, Araneae, aliaq
insecta bilem motam ostendunt. Apes etiam aculeis suis se defendunt! NB.
Homines pleriq verba vulneribus compensant. Solus Poloniae Prin-
ceps carere videtur bile; qui licet caninis dentibus à malevolis tyran-
nice vulneretur, tamen tacet, silet vulnusq atrox sanare patienter ob-
voluit. Quid causa? Boni publici amor, Securitatis publicae honor!
Octavius Augustus Tiberio scripserat talia: Non indignari oportet
esse quenquam, qui de me male loquatur: satis est si hoc habemus, ne
quis nobis male facere possit. Pariter Vespasianus etiam maledi-
cta in se vibrata aequo animo pertulit: et Demetrium Cynicum in iti- Sueton.
nere obvium, oblatrantem nescio quid, Canem appellavit tantum; qui se- Tacit.
rat fustibus perdomandus. Titus quoq eius Filius prae mansuetudi-
ne ac Felicitate vocatus Deliciae humani generis: exemplo paterno
non modo male in se dicta toleravit: sed duos etiam patricios, de af-
fectatione Imperii convictos, parricidali supplicio destinatos, a poena mor-
tis dispensavit: qui cum Gratias publicas Tito retulissent ob tan-

rum inauditum beneficium: monuit Tiber eos, ut à factionibus ac
ambitu Regni desisterent: docens Imperia nonnisi Divino fato dari.
Quare et Julius Caesar Clementissimus extitit: dum contra Memmi-
um asperrimum Honoris sui Convulsorem: et contra Caium Calvum
Poetam, famosa epigrammata promulgantem, iam à Senatoribus
morti destinatos, solam inhibitionem publicare mandavit: Ne talibus
probris retarent, sententiam severiorum Clementia inaudita mitigans.
Pari Mansuetudine praeditus Princeps noster, multa multis indul-
NB. sit, saepius contra dicta Malevolorum scriptaque adiiciens: Signum Re-
gis Fortitudinis ac Magnanimitatis esse maledicta Civium contemnere.
Quare dum ille Maledicus Epistolaris Scriba Anno Dni. 1669.
NB. post rupta Comitia Coronationis exultabundus probrosas periodos
multas, mendaciis cudentibus infarcinatas inter Ordines protruserat;
postquam Regi intimata audacia hominis esset, clementer respon-
dit: Poetis Pictoribus et Scriptoribus praesertim malevolis omnia licere;
Ceterum tales Scriptores, in bene Ordinatis Regnis ac Dominiis, aut
ad triremes deputantur, aut perpetuis carceribus inclusi, squalloris obi-
iiciuntur morti.
Ne hercle, essent coercenda dignis suppliciis maledica dicta ac scripta
quum tali licentia impunita, plerumque etiam Viri mansueti ac innoxii
lacessiti, nonnunquam irritantur ad iras implacabiles, et ex mitibus ac
mansuetis, acerbi efficiuntur, et licet tarde tamen ad saeviam ac tyranni-
dem patrandam inflammantur. Hoc inauditum referunt Historici;
maledicorum linguas aliis extractas esse; aliis stylis ferreis compun-
ctas; aliis capita abscissa: aliis manus truncatas ob scripta probrosa
pervulgata: aliis saxa grandia ad colla alligata fuisse, et in flu-
mina vertiginosa corpora eorum deiecta.
Eapropter Civibus probis incumbendum esset, ne Maledicos homines
permittant grassari in Viros benemeritos, eos praesertim, qui Vitae inte-
gritate, morumque probitate alios antecellunt. Hinc illi qui Principum
honorem convellunt, scriptisque ac dictis lacerant, ab omnibus Civibus
essent iudicandi simulque severe puniendi, ne improbitas paucorum licen-
tiosorum latius serpat, et ad multorum perniciem audacius insurgat.
Memnon enim, quum pro Dario Rege adversus Alexandrum bellum ges-
NB. sit, audivit stipendiarium militem quendam graviter maledictis Alexan-
drum lacessere: quibus commotus Memnon lanceam arripuit, maledi-
Plutar. cumque militem circa os ac labia vulneravit inquiens: Ego te nutrio
ac foveo, ut pugnes contra Alexandrum, non autem ut convitiis eum la-
ceres. Quo facto Dux ille declaravit, etiam militum linguam coer-
cendam

cadam esse à maledictis, in hostem non saeviendo acribus verbis, sed strenuè pugnando.

Nec tenerè Romani summo odio prosequebantur Maledicos, quorum Consortium et abhorrebant, et pro personis infamibus reputabant. Unde Poëtam Naevium vitio maledicentiae laborantem et in Principes Civitatis plurimum oblatrantem, in squallidum carcerem coniecerant; et tamdiu sub custodiis arctis asservarant, donec petulantiam scriptorum et probra dicta quibus laeserat multos deleret, et recantaret. Deinde postratis populo à Tribunis è carcere liberatus, exosus inter plebem etiam vix tolerabatur. Gell. l. 3. c. 3.

Pariter Athenienses Aristonem Poëtam, fame necari curaverunt in carceribus, eo quod laudes Virorum celebrium maledicis carminibus fuisset insectatus.

Talia aequitatis congrua exempla arripienda esset in Regno Poloniae, ne maledici homines statum Regni pacatum conturbare audeant, neve Principes laedere mordacibus scriptis praesumant quibus multus honor à Deo demandatus tribuendus est. Quam multi sunt nostro saeculo Regii Galbae, qui non Pisones Mansuetos viros, sed Exemplares Senatores, ipsumque Principem ad invidiam populi trahunt! et odiosis seditionibus ea tractant de quibus convicti, in medio foro, iustissimo decreto Othonis, essent iugulandi. Quam multi Antistii Turpiones, Factionis Syllanae promotores contra Pompeios! et quidem innocentissimos; qui more Senatorum aequissimorum, in facie Senatus meritissimo iure essent iugulandi. Sed Libertatis impunitate firmata audaciores facit maledicos ac publicos machinatores; quorum Gens in aliis Regnis, ad quartam Generationem consuevit proscribi; nullusque de illa gente, audet in forum prodire: alias à plebe aut Stipatoribus Principum ferro opprimerentur. Secus suadet nostra libertas quidquid audendi, fandi, blaterandi, etiam Sacra Iura divinaque Altaria violandi: quam tamen Licentiam Deus Vindex bellis, peste, fame aut exquisito afflictionis publicae remedio, comprimet; tarditatemque impunitatis compensabit. NB. Martius.

Ast ad Comitiorum terminum infaustum redeamus: qui terminus futurorum malorum index effectus; quibus scelerati Conspiratores implicabuntur propriarumque insidiarum nodis colligabuntur. donec exurgat Deus qui dissipabit cogitationes machinationes: et in capita ipsorum saxa ultionis diriget, genasque ipsorum petris acuminatis allidet.

Id enim illa nocturna portentosa nubium colluctatio cum fulguribus exhibita adpromittit, quae sudo caelo, nitentibus astris effigurata erat, admonens ut astra globi seu Caeli Poloni, eradicato luminis desuper contenta maiorem ambitiosum splendorem abiiciant, sortibusque speciis dignitatum collustrata radios Phaetonteos sibi non usurpent, in profundum temeritatis decidua: non inani caelesti Monito expresso. Die 13. Mart.

Caeterum innovatores poenarum prodentium, initiantur plurimi in orbita,
capiuntq negata; quae non respondebunt ad sensum ac palatum ma-
chinatorum; sed inviti praeparatis fatis suis subiiciuntur: jamq decreto
caelestis inviolabili lege promulgata, brevi afficiet malevolos, castiga-
tionibus admirandis: fructibusq perduellionis per biennium maturatis
ac igne infernali distillatis fauces eorum constringentur: quandoqui-
dem ipsi Judices inferorum, nullum scelus reddunt impunitum.
18. Haec Comitiorum ruptorum temeritas, apertaq machinatio contra Principem
fata accelleravit Afflictissimae Matronae Matris Regis: quae quantis
curis, sollicitudinibus nocivas artes temperabat malevolorum, vix possi-
bile est narrari! Prudentiâ animos plurimorum aversos, mirum in mo-
dum mollificaverat. Muneribus amplis ab ausibus imprudentibus re-
trahebat: publici solius boni amore, ne pestiferis venenis equestris plu-
rimi cives Statui universo propinare attentarent. Affabilitate et
comitate suâ multos ad recta consilia inducebat: omnesq occasiones
nocendi dextris monitis reserabat; ne Domus Jeremiana Wisnow-
ia pariterq Zamosciana turbulentis oestri ambitionis damnanda
exponeretur: quae utraq in Regno Poloniae magnorum Meritorum
fida exhibitione floruit ab annis plurimis.
Quum vero inaudivit admirandas insidias contra Principem Filium
strui, ac designari; non potuit Maternum pectus sustinere talia si-
ne merito directa odia plane infernalia; summoq moerore excruciata
April. Vitae diuturnioris à Deo ordinata stamina, sunt praecisa Pientissi-
die 17. mae Matronae; quae exacto toto tempore Quadragesimali in aegritu-
dinibus variisq ex moerore profectis symptomatibus, ipsis Diebus le-
tionibus Paschalibus, triste ingeminavit Vale quâ Filio quâ Regno.
quem Deus Opt. Max. orbatum Materno complexu, fortiorem efficit
contra hostes Patriae tam internos quàm externos, quandoquidem et
Fidem et Spem in Dextera Virtutis Divinae, à primordiis Regni sta-
tim collocavit.
Reparaturus itaq Fortunae asperiores vices prudentissimus Princeps,
maxime in dissolutis Comitiis securitatis publicae; eo induxerat animum
ut vulneribus inscrutabilibus debita remedia medellarum, adhiberen-
tur: destinatis Legatis ad eos, quos dissensionum mutuarum animad-
verterat opitulatores. Ad quam Legationem Vespasianum Lanckoroni-
um Episcopum Kamenecensem; Joannem Malachowium Referendari-
um Regni, assumpserat Princeps: Viros omni prudentia, dexteritate,
affabilitate conspicuos; vehementia oris et affectuum cautos. ad in-
clinanda pectora sive exacerbata, sive exulcerata propensissimos;

qui

qui amore Patriæ perturbatæ ulcera renascentia in ruinam Gentium
Christianarum suaviter ac leniter à tabifico fluxu repurgarent, et inflam-
mationem horrendis æstibus prorumpentem, ac in perniciem innocentium
Civium serpentem, fomentis prudentissimis averterent; ne videlicet Corpus motus Regis Michaelis cum Primate et Duce Exerc.
Reipub. universum latentibus scintillis abominandam flammam, ex im-
proviso incendio intueri permittatur, magno cum tripudio Dominorum Po-
lonis non admodum affectorum. Tantum pondus Legationis sibi commissum
à Rege Viri prudentes acceptaverunt et cum punctis Instructionis fide-
liter progressi sunt principaliter ad Supremum Exercitus Ducem, damna
publica, et futuras iacturas Patriæ enumerantes tam ex Parte Principis non
leviter lacessiti diversis machinationibus, quàm ex parte Publicæ tran-
quillitatis perturbatæ, quam Rex studiosissimè promovere adoperaba-
tur magno cum fastidio Comitiorum indictorum, quæ magnorum Con-
siliorum pondus requirebant. Itaq. ad Residentiam Supremi Ducis Exer-
citum pervenientes molli tractatu, veloso tamen, mandata Principis ex-
posuerunt, cum magna spe animorum offensorum ac exulceratorum ef-
ficiendæ curationis. Is labor Mense Aprileo insumptus est, quo pro-
diens Tellus poros aperire consuevit, humoresq. terreos vitiosos in va-
pores convertit, auraq. benigniori ac placidiori Vere imperante spi-
ritus saniores aridè arripit, fœcunditati suæ nutrimentiq. animalium
ac hominum succursura. Ob quod Vernum Tempus ab Aprili inco-
atum, corporibus humanis non benè dispositis, per adhibitam evacuati-
onem ac phlebotomationem proficuum esse magnoperè ex sensu Physicorum
concluditur, tam ad vitiosos humores depellendos, quàm ad virium amis-
sarum restitutionem, quæ per medellas alterantes crassos humores, in
naturis variis morbis labefactatis, consumerent ad temperamenta
salutaria revocare corpora ægra, et ad statum sanitatis perfectæ obti-
nendæ dirigere. Quæ praxis Curationis suadetur à Medicis Verno
Tempore admodum ab omnibus valetudinariis exoptanda! ne membra
debilitata à partibus principalibus vacillantibus, universum Corporis sta-
tum ad perniciem trahant, ac subito Corpus languidum ac morbifi-
cum ad agonem inclinent.
Ad hunc eventum salutarem Michael Rex Poloniæ usus Legatis! qui
ad alloquium Ducis Sup. Exercituum admissi, Instructioni Regiæ innixi,
iuxta Puncta talia exposuerunt.
Serenissimum Regem circa Comitia Regni pro bono publico laborantem,
indubitatam spem habuisse de præsentia Ducis Exercitus; qui principali-
ter circa opera belli exercitatus porrectiones erat sana Consilia, ad iuvan-
dos ac perficiendos conatus defendendæ Reipub. quæ diversis hostilitatibus
impugnatur; maximè ob futurum bellum Turcicum, iam alias Regno toti

intimatum. Ast quia indisposita valetudo Ducis supremi, causavit ab-
sentiam, posuitque obicem tam Regio desiderio quam Publico Consilio firman-
do; ex paterno Regioque affectu condoluisse Regem super ea indispositione
retulerunt Legati: optantes virium restitutionem, sanitatisque diuturnos cursus.
Ea verò indefessa circa Publicum bonum Cura Regia, optatos eventus non
sunt assecuta: propter Comitiorum insperatam abruptionem; in quibus tran-
quillitati publicae salutaria media agitata ad felicem exitum dirigebantur,
amissam iacturam temporis non sine dolore confidenter deponit Princeps in
sinum Ducis supremi, quam non alia materies causavit, nisi multiplicatae
et radicaliter firmatae inter personas ac Status diffidentiae: ob quas non
tantum in privatis et secretis colloquiis, sed palam in publicis sessionibus
ad Tabulas lividis sermonibus laceratur Princeps, et in odium publicum
deducitur, etiam cupidine mutationis cuiuspiam plurics conclamata.
Id ipsum promoveri debet Princeps à supremo Duce Exercitus ac Regni Mar-
schalco: conniventibus vinculis iuris Militiae attentatis, aliisque machinati-
onis diversis intentionibus, quas Iuramentum Regi praestitum fugare
ac procul ablegare suadet, nisi aliter accepta Theologia sensatam eo
in passu dispensationem haberi adpromittat. De his Princeps plurics
informatus non per Coniecturas, aut inanes relationes, sed per quotidia-
nas procul speditiones, requirit praesentissimum glisenti malo remedium ea
communicans Princeps supremo Duci, cui Respub. et Rex ad integritatem
Patriae concredidit universae Militiae gubernationem, non verò ad aliquas
molitiones contra Regem; aut ad defectionem Patriae invadenda, quae ho-
stilitatibus diversis omni ex parte obiicitur. Requiritur itaque Dux Mi-
litiae, ut in persona Regis sciat esse positam ac concreditam Libertatem ci-
vium, Tranquillitatem publicam, Legum integritatem salutem Patriae; quae
suspendis machinationibus dum vexes ac tollere potitur; desiderat Rex ut
Dux Militiae ex innata fidelitate officia ea tractet suaviter ac gloriose
indubitatam expectationem fidelitatis servantes, ad omnem occasionem
Patriae defendendae.
Ea de Causa Princeps miratur, aversum esse Ducem Militiae à persona sua
reperitur qua de occasione, cuius aversionis stimulo reluctantia oriuntur na-
ta quae humana adauget malitia, studiorum in voto habens, ut Regis
persona tot delationibus invidis innodata magis invisa omnibus civi-
bus efficeretur. Quo in passu iustificationem omnimodam adpromittit Rex
realiaque affectus sui experimenta adhibiturum se pollicetur ad refutanda
malitiae humanae inania instrumenta. Hic confidenter in sinum Du-
cis depositum protestatur Princeps, tamdiu humana prudentia laborat-
um in suppeditandis Civilibus medelis, donec iis bene directis, naufra-
ganti Patriae providendum paxque publica constituatur. Ideo studiosissime
requirit Princeps, ut supremus Dux authoritate sua, aversos Cives ac

Milites

Milites et à publica tranquillitate separatos velit reducere, ad sancta
Consilii sensusq. mitiores: quibus Princeps solius Boni publici amore pa-
ternum pandit sinum, omnes disgustus ac impositiones malevolas, alterius
traditionis obliviscendo. Insuper requirit Princeps et Dux Militiæ Exer-
citum gubernio Wiccii cum paucis legionibus commendatum, solita facili-
tate ad obsequium Reipub. accommodare velit, tempestivis obices amoli-
ens, quibus defensio Reipub. ab extra Concordia verò ab intra convellun-
tur sæpenumero, cum detrimento Patriæ. Eo in negotio Princeps benevolo
favori assequitur, Quem Militiæ Consilio et auxilio fideli conatus Re-
gni sęcundatum ac promotum; in cujus gremium fidenter deponit et
Solii Regalis Firmamentum, et publicam collocat in fide et amore ejusdem
exoptandam securitatem.
Ad Puncta prædicta Supremus Exercituum Dux, Principi ac Legatis ejus
taliter respondit.
Gratias suas deferre Principi ac Legatis, quod nomine Regio Condolentiam
expresserint, super sua Sanitatis indispositione, qua fuit obex non contesta-
ti affectus in desideriis publicis, ob quam et à prospectu proprio Regis, et à
Consiliis salutaribus Patriæ, animo invitissimo alienus hæserat.
Quia verò Princeps explicat et aperit dolorem proprium, quem causant clan-
destinæ inter Status et personas multiplicatæ diffidentiæ, in quo casu requi-
rit Rex salutare remedium! Ideo quidquid suadet Conscientia integerrima,
quidquid fides inviolata et Amor publicus dictat erga Patriam, quæ personam
Regiam complectitur, id totum sincero animo revelo, et occasionem malorum
detego, quæ hucusq. turbabant Rempub. diffidentiarumq. nodos resolvo.
Diffidentiarum ex quibus omnia mala promanant, et dissonam Reipublicæ
efficiunt harmoniam Primus fomes est. Liberæ ac patentes Aures Regis
personis talibus quales Nugis inanibus favores Principis conciliare sibi sa-
tagunt, per quas efficiunt quotidianas Regis ad Cives diffidentias augen-
tes in dies suspiciones ad depressionem aliorum; qui callido astu exiguas
suas fortunas parietes infimos dilatare cupiunt, et alieno malo aut casu cre-
scere conniventur. Eos licet Princeps deprehendit falsa afferentes, tamen il-
los protegit gratia sua, quâ suffulti talia deferunt et excogitare audent, quæ
in corde ac mente Poloni Civis nisi insipii hominis, nusquam possunt tentari
aut agitari. Istud malum adeò in Polonia regnat, ut etiam optatissima Con-
silia bonasq. intentiones, in malas partes pervertant, et communis Concordiæ
proposita optima factiones, dolos, interpretantur: narrantq. sæpius quosdam
non conservationem libertatis, aut Juvium Convictionem præ oculis habere
sed eversionem et publicum detrimentum Patriæ meditari. Pereat talis Civis
cum tota Prosapia atq. prole sua, qui in Libertate Vitam ducere non exoptet.
Remedium contra istud Malum est præsentissimum in voluntate manibusq.
Principis; movere illum ab Aula, Conspectum ac aditum denegare: contempti-
bilem proclamare, Vera cum falsis ponderando, inania prorsus excludendo.

Responsum Sobieski.

Jam verò probatis Viris munienda esset Aula, quorum Fides probata
Merita et occupationes egregiæ, sive in Sago, sive in Togâ reperibiles fue-
rint: non autem hominum nefariorum fæce, qui diversas quærunt artes
decipiendi Principis, ac Civium in odium trahendorum miranda confingunt
involucra.

Secundus Fomes est excitantium diffidentiam, nempe Malevolentorum. Hi
cernentes pendentem in tenui filo futuram perniciem tam Fidei Sacræ, et
personarum suarum atque fortunarum amissionem, nequeunt fidere Principi; ac
plerumque ad Sessiones publicas privatasque de futuro paratoque periculo cur-
rendæ Reipub. diffugiunt, sermonibusque consulere nituntur, ne pendentia peri-
cula, cum discrimine patriæ accelerentur. Quanquam alii non apprehendunt
impendens malum utpote remotiores à discrimine. Alii ex natura moderatiores
cogitant avertere idipsum, sed non audent manus admovere. Alii prosperitates
longa proveniente ex silentio perenni, paratiores sunt ad patiendum ac
tolerandum, quam ad experiendum. Cæterum sunt alii Zelosiores per-
spicaciores, in prospiciendis ac avertendis periculis Fidei Sacræ, atque Eccle-
siarum Cultusque Divini conservatione; proindeque ex natura sua calidiores
ferventioresque, qui ex impatientia dissimulare nequeunt futura incommo-
da; indeque palam et libere, publico bono providere adoperantur.

Gens enim Polona uti in sermone est libera, non assuevit occulte ma-
la sua cavare, neque sibi exoptat sub Tyranno gemere aut calamitates
ultroneas deplorare; ob quod vult dominari Principem sine aculeo (uti
Dux Apum gregi suo dominatur) quem tanquam pupillam universi
Cives revereantur ac venerentur non formidantes punctiones aut acule-
os quibus Natura parens prudentissima exarmavit, ne aliquando sæ-
vire attentent in probos aut innocentes.

Aliam orbitam Gentes alienæ à Polonis sequuntur; inter quas si incau-
tus sermo erumpit continuo subiicitur Hispanicæ Inquisitioni: et nun-
quam pro verbis volantibus, graves animadversiones multiplicantur.
Unde si Extranei Principes olim assumebantur ad Regnum Poloniæ, e
vestigio moribus Polonorum concors ingenium accommodabant, Liberta-
ti Gentis libere correspondebant; magna cum authoritate florentis do-
minii gubernationem amplificabant.

Multo magis modernus Princeps, cum sit os de ossibus nostris; sub iis-
dem legibus libertatis enutritus, sub eadem iurisdictione olim consistens;
(uti Magnæ Memoriæ Progenitor Principis multa exempla sequenda re-
liquit, qui similes resistentias æquabili ac patienti sustinebat animo)
Polonicæ libertatis Leges conservare tenetur, neque fervore impatientis
animi, easque liberæ sunt, pro servilibus reputare Leges.

Quare Remedium salutare contra Malevolorum iniquos sive æquos
sermones proponit Dux Militiæ tenendum; Mores Antecessorum ac e-
xemplo Principum perferre suaviter duriora! et applicare animum
ad

ad exercitia bellica modos inveniendo Reipub. defendendae: et non tantum Cives Poloni, sed totus Orbis Polonus ad exemplum Regis componetur; per quod tale remedium, Malevoli assument bonas voluntates, abjicient diffidentias, temperabunt a sermonibus ac probrosis clamoribus, sequenturque vestigia Principis bellicosi, de hostibus triumphantis.

Tertius Fons est Malevolorum diffidentium circa Jurium Conservationem debitam, quae de Cardinibus principalibus mota sunt, non sine publico discrimine. Post insperatam enim Principis Nominationem in Amore Nobilitatis acclamantis Pacta Conventa imprudenter et imperfecte notata sunt; et quidem in praesentia Nominati: quod olim Poloni abhorrebant. Eapropter silentio alto sunt involuta ea; quae ex arbitrio prudenti Reipub. cum Jurium assistentia erant notanda: quandoquidem ad antiquas exorbitantias accessere recentiores, quarum discussionem, correctionem, animadversionem impediunt Tres Viri in Reipub. indeque ad Comitia deferre imperfectas leges aversantur, et quasi Domino auxilium aut solatium latum, publico bono nocent; loquentesque libere de statu Patriae, pro hostibus reputant, immemores forum praecedentium liberarum, quae aures Principum Antecessorum nec admodum laedebant, nec graviter pungebant. Consulitur igitur ab iis, ut sub tempus Comitiorum Princeps Nobilitatem moveat ad bellum, eamque inquietet variis rumoribus sparsis magno cum discrimine fortunarum: et maxime Legum, quae vim apertissimam patiuntur.

Remedium itaque salutare assumendum est: Ut adoperetur Princeps celeriter in Pactis Conventis ea adnotare, quae sunt in Amore illo neglecta, et quae Legibus Patriis dissona esse videntur. Haec si paterno affectu Princeps ad orbitam Juris revocare permittet; non solum Malevolorum, sed totius Reipub. inclinationem efficiet in sui ac Statum conservationem. Id totum situm est in applicatione velocissima Principis, ut ad eventus proficuos ac bonos descendatur. Jura enim nihil valent, si non fiunt revocata ad Conservationem.

Peribunt igitur factiones, non apparebunt diffidentiae; animi malevoli conticescent: nunquam autem ad eos gradus malitiae venissent fiet ex odio praesentium aut cupidine mutationis, novi casus Theologici formentur, qui obligatas Conscientias Civium dispensent, et ab obsequio Principis ac Reipub. removeant. In cuius tesseram, omnes suos disgustus Dux Militiae pro Amore Patriae in sinum Principis ac Reipub. deponat: dummodo Salus Civium, integritas Legum, securitas libertatum suis in cardinibus retineatur.

Et haec sunt Civilia Media, quae non tantum Humana suppeditat prudentia; sed Divina dextera secundare consuevit; per quam non solum

animi Subditorum ad meliorem observantiam Principis revocabuntur sed
et felicitatum cumuli unà cum Victoriis de manu Domini fluent, et cum glo-
ria Principis multiplicabuntur.
Quoad Militiam regiminis Wyersii recommendatam, hanc subsistere non
posse absq[ue] iurisdictione ordinaria Ducis Militiae declaravit: inter quam re-
pertos quosdam refractarios corrigendos erat; sed quia debitam iustificatio-
nem exposuerunt, ideo remissa est eidem culpa, planeq[ue] totum delictum condona-
tum. Adiecerat quoq[ue] Suae Maiestati per Legatos referendum Supremus
Dux Exercitus, ut Peditatus Lanovalis ex Sultanis Palatinatuum omnium
collectus ad Castra Regni ordinetur iuxta Iura antiqua: qui numerum
NB. Personarum armatarum Quinque millium adaequabat. Iam vero praeiudi-
cioso more, pecunia contribuitur ad Fiscum Regium, postposito pedita-
tus rondamaosi expeditione: ob quod fit prorsus diminutio Militiae de-
bitae quam augendam omnino tempus bellici furoris expostulat.
Attenuato Legioni Trosciavensi planeq[ue] hostica expugnatione attritae, de
proprio aere persolui curavit Dux Exercitus, omnes labores ac algores
magna cum Sanitatis ac facultatum iactura sustentatos compensans.
Quae Legio ad merita ulteriora invitanda esset beneficiis debitis et re-
parata ac refecta obsequiis praestandis foret accommodatior. Quam
Sermo Regi omniq[ue] Ordini Equestri recommendatam est Dux in futuris
Comitiis: in quibus et Summas proprias erogatas in Subsidium Militiae
depauperatae confidit sibi restituendas.
Insuper deferendum expostulavit Regiae Maiest. per eosdem Legatos:
Quod Inkultus et Durakius Valachi Palatino Valachiae infensi; cum
Vexillis ac pignoribus suis ingressi sint Russiae angulos securitatis cau-
sa: qui exposcunt protectionem et subsistentiam in Dominiis Regni. Eam
tamen Palatinus novus Valachiae à Porta Ottomanica constitutus conatur
impedire, Reiq[ue] Publ. minatur hostilitatem, in quantum protectionis iuribus
publicis rebelles Statuum Valachiae protegentur. Praecavit itaq[ue] Supremus
Dux, ne isti inquilini Valachici quietem et publicam tranquillitatem
perturbent, perniciemq[ue] notabilem afferant cum periculo Dominii Russici.
Quia vero sub hoc Iussu Durakionis Valachorumq[ue] rebellium recenter
constitutum Palatinum Valachiae armis obiectis infestare attentavit, damnaq[ue]
magna in terra aliena auxit, imputatur id totum Regiae Concivitatis ac
NB. indulgentiae, (cui requisivit per Lvum Burgravium Chosimensem) ob quam
ne sequantur incommoda publica, satius ista Gens excludenda esset à
Russiae angulis, ne Dominium illud involvatur acribus praeliis per-
ferendis. Ad quod si Resp. non procurabit formalia subsidia bellica,
Exercitusq[ue] auctionem notabilem non providebit, gravia ingruentium rerum
periculorum, testatur coram Deo ac orbe Supremus Dux; quod per-
sonam suam cum extenuato per stipendium Exercitu, non obiiciet periculis.

Impossibilis enim est belli gerendi modus, absque tormentis debitoque apparatu, tum peditatus exiguis cohortibus, quibus ante omnia Russica Fortalitia implenda ac firmanda essent: inter quae Kamenecense praecipuum, et paucitate peditatus et annonae penuria magnopere laborat: planeque exhaustum illud praesidium haeret, quod amplius commeatibus, bellicisque necessitatibus olim gloriabatur. Accessit et Hastatarum Cohortium magna diminutio, quae circa diversas pugnas Anno praeterito debitam armaturam amiserant; ideoque ad opera belli tractanda cum Gloria Gentis prorsus exarmatae et non idoneae sunt, uti ex revisionibus Militiae patuit luculenter. Quod si adversa sors devenerit in Dominia Regni, exposita proximae hostilitati, protestabuntur Cohortes attritae ac extenuatae, extra culpam earum subituram pericula Rempub: quandoquidem inaequali Regia liberalitate laetae quaedam splendent Cohortes, quaedam in squallore haerent, sine respectu magnorum periculorum per Dei Gratiam aversorum.

Et nescitur quo Consilio Wyzicius à Supremi Ducis iurisdictione exemptus est nisi arcanis ordinationibus animatus et assecuratus: per quod authoritas Duci Supremo tradita à Reipub. diminuitur: quamobrem testatur Dux coram Legatis Regiis, non se passurum eam divisionem; siquidem Rex iuratâ fide in Pactis Conventis spopondit non se permissurum ut per divisionem diversarum Regiminum Ducum Exercitus authoritas imminuatur. Quare idem Dux Supremus expostulatum esse voluit à Rege per Legatos eosdem ne sit divisio innovata causa dissensionum Militarium, ex quibus calamitosi Regni consecuturi eventus. Iam verò quidquid inde emerget nocivum Reipub. non suae directioni fore adscribendum conclusit. Quae singula quanquam asperiora, Regii Legati adpromiserant se Regi Serenissimo fideliter enarraturos.

Post talia Legatorum ac Ducis Supremi Colloquia laetiora et iucundiora ab angulis Russiis erant allata. Etenim Michael Hanenko Dux Anno Superiore Kosacorum Nisirensium per Regem ex Senatusconsulto institutus, ac Vexillo Tympanisque missis debite per Nuncios firmatus (quam ille Dignitatem aegre suscepisse creditur) partibus Regis ac Reipub. Polonae favens, Doroszenkoni ob contumaciam subiectionis, et ad Turcarum protectionem inclinato, maxime infensus, tentaverat fortunam in revocandis Rebellibus, impensa Doroszenkonis sequentibus, Die secunda Paschatis, curaveratque expugnari populosum Fortalitium Humanense: quem conatum populus intra fossas ac vallos armatus occultatus promovendum iudicavit, clandestinis Nunciis ad Hanenkonem missis, ne dubitet de affectu suo, ad partes Regias transeundi. Die 18. April
Dum enim Hostis illius firmiter muniti Expugnationem inchoaverat

Hanenko, ante Meridiem, eamq usq ad nocturnas tenebras indesinenter protraxerat: populus tumultuans Commendantem Kosarum intra Septa navatium, cognomento Sulimam furibunde aggressus obtruncaverat, illiusq Complures cum caterva Serdyniatorum hostiliter jugulari curaverat. omnesq contumaces e viuis sustulerat admotis fraenis stricte ad custo-tam eorum excisionem: qui partibus Regis adhaerere repugnaverant.
In Crastino talibus Hanenko exauditis, leniter tormenta bellica dirigi ac explodi mandavit, edoctus per Nuncios submissos ipso diluculo quod Universa Plebs Humanensis, partibus Regiis adhaerere optet fideliter.
In cuius testimonium Ministrum Doroszenkonis fidum Zerebitum propugnatorem acriter promouentem, moxq ob furorem plebis intra [illegible] armatos latitantem, captiuum Hanenkoni vinctumq tradiderat, ut magis fideret populo inclinato ad obsequia Regis ac Reipub.: qui armatos Kosaros non subito tradere destinaverat, inquantum magis animis ac armis ad Regias partes defendere nollent. Tali modo Kosari perterrefacti quorum Legio integra Humanensis consistebat, deditionem offerre sunt adacti. Proinde Hanenko occupato Fortalitio (in quo Plebis millia quindecim continebantur, totidemq armatorum, Doroszenkonis mandata sequentium) universos imperiis suis accommodavit, et ad iuramenta fidelitatis partim coegit, partim invitavit; postquam rebelles
NB. multos ante obstinatos, et vita et fortunis eorum donavit.
Eo exemplo non inhumano Resipiscentiae Humanensis feliciter transactae, alia Fortalitia firmis munitionibus fidentia, accesserunt, ad Regia obsequia exactis Juramentis fidelitatis: videlicet Kaniovum, Korsunum, Cerkasium, eligentia magis protectionem Regis Poloniae, quam Turcae potentiae lubricam manutentionem. Itaq Legio Humanensis restituta libertati, Consilium bellicum illico fieri expostulavit; cui praesidens Hanenko cum Fidis Senioribus Kosariis decisioni communi omnium subscripsit. ut Exercitus ad alia loca aut invitanda, aut expugnanda ordinaretur: praesertim Kalnikum: in quo potissimi asseclae Doroszenkonis continebantur: quod oppugnationi subiectum, sequi Hanenkonis iussa decreuerat, dummodo securas fortunas ac vitam ex Clementia Hanenkonis obtineret. Id ipsis est adpromissum; si totaliter et constanter in obsequia Regis iuratam fidelitatem fuerint executi.
Pari modo Populus inhabitans oras Palatinatus Kiiouiensis trans Borysthenem; imperia Moschica in hunc usq sustinens, facta intelligentia cum Senioribus suis perosus Moschici regiminis, Machoveszium Praefectum Moschicum ad oras illas retinendas ordinatum, resumptis armis aggressus est, exindeq reparatis viribus fortioribus, significari curavit Kosaris frontem Borysthenis tenentibus, ad

imperia

imperia Regis Poloniæ rursus se redire, eneruaturus Moschicam potentiam ean-
demq; conjunctis armis fracturus, dummodo Militiæ Polonæ Cohortes fideliter
accederent, et societatem armorum retinerent. Hinc ab iisdem Kosacis Fortali-
tium Baturense occupatum præsidio proprio munitum est, Moschico milite exturbato. Id factum non leviter turbauerat Præfectum Moschicum Kiiouiensem,
quandoquidem Sotoninkum inaudiuerat eo nomine inuitatum à Kosacis, ut
illo quærerent modos, ad partes Regis Poloniæ transeundi; cuius ducti oia
sibi auspicata fieri pollicebantur. Eam defectionem Kosacorum præmedita-
tam denunciari curauerat Præfectus Kiiouiæ ad Moschicum Imperatorem, ut
rebus sic inclinatis obuiam ire acceleraret. Ast in Moschia per
Nuncios ac Commissarios Polonos ac Lithuanos, tractabatur de fæderi-
bus percussis iuxta Andrusenses Tractatus confirmandis aut dissoluen- NB.
dis, nisi Prouinciæ nullo iure Polonis ereptæ, per Moschos deoccupentur.
Hæc requisitio inanis fermèq; fabulosa à Moschorum Duce recepta
erat: ceterum inauditâ Kosacorum ad Polonos propensione, veritus ne
ex paruis scintillis Rebellionis incendium dilataretur; promptum se ob-
tulit iussu Imperatoris Romani, ad fædera confirmanda, Conditionibus
Andrusensibus satisfacturus, et nonnulla puncta proxima adiecturus; sub
quibus Pax tranquillitas mutua Moschorum ac Polonorum stabilita per-
maneat idq; in perpetuum: societate armorum expressâ, contra Hostes
et externos et internos Regis atq; Regni Poloniæ.
Porrò Doroszenkius attenuatas vires retinens, per Nuncios Ducem Krimen-
sem Tartarorum sollicitauerat, ut sibi Scythica subsidia darentur, ad inten-
tiones Kosacicas frangendas: id dum reluctanter Scythicus Dux adpromit-
tebat declarans hostilitatem necdum terminatam se habere ob Tartaros
Circassenses (qui ad sinum Paludis Mæotidis incolentes, debitabant Chani
antiqui Krimensis partes ac iniurias vindicantes, continuis irruptionibus de- NB
uastabant Crimeam Prouinciam ad Pontum Euxinum exurbantem: quâ
de causa continuis bellis tam hyeme quàm æstate superiore, ardebant istæ
Gentes, magno commodo regionum vicinarum; per quas agmina Krymen-
sia et Bilogrodensia grassari quotannis consueuerant) quorum potentia
grauis Krymeæ Prouinciæ impendebat. Frustratus itaq; ipse subsidio-
rum Scythicorum Doroszenko, correcturus errores ac fraudes suas, direxe-
rat cum supplicibus Litteris, ad Sobieskium Supremum Ducem Exercitus
Regni Poloniæ, Hilleruicium Notarium suum: deceptionem offerens indi-
natorem redeundi ad obsequia Regis ac Regni; quandoquidem nec Moschi-
cam protectionem emendicatam profuturam sibi polliceri nequibat, inaudi-
erat Moschos vniuersos propensos esse ad societatem animorum ac armorum
contra vniuersos hostes Nominis Poloni, iam externos, iam internos.

Ob quam societatem firmatam, Russica plebs quae iisdem ritibus Graecae
Fidei gaudet cum Moschica; concluserat fremens Doroszenkonem totaliter re-
linquendum cum protectione Turcica; quod etiam ipse regressionis approba-
verat.
Supplicatio palliata Doroszenkonis, detecta erat paucos inter dies! siquidem ille
Silentis edictis suis literatoriis inhibuerat; ne aliquis Kosacorum item familia-
rem curantium, audeat deportare alimoniam aut victualia, ad Militiam Po-
NB. lonam in praesidiis collocatam, idque sub poena capitali, amissioneque venditio-
num vendibilium; quâ inhibitione exoptabat enervare praesidia penuriâ
victus laborantia, et ad desertionem fortalitiorum adigere. Hinc Militia
in praesidiis subsistens, conquerebatur contra Doroszenkonis malevolentiam;
quae licet nummos copiosos habebat, tamen conquirere alimoniam nullate-
nus poterat. ob dispositas Cohortes Serdyczakonum Doroszenkonis astu;
quae plebem cum victualibus pergentem spoliabant, neque permittebant de-
ferri quidquam praesidiariis, nisi per armorum objectionem, ac periculorum
degustationem. Inde colligi potest, quam dolosam inclinationem of-
ferebat Doroszenkius! quam tamen imperii ceco plerique Primores Poloni
optimo sensu interpretabantur: plurimi aestimantes denuntiata Doroszenkonis
diuturna rebellione firmata; quam Hanenkonis non ignotam omnibus pro-
pensionem. Illum aptum ad opera belli, hunc ineptum saepius ad tabulas po-
tatorias inclamantes.
Iteratis artibus Doroszenkonis stimulatus Chan Crimensis, planeque subor-
NB. dinatus; promisit se invasurum Dominia Poloniae, idipsum obdestinans per
Nuntium proprium Duci Exercituum supremo Regni; progressurusque ex Manda-
tis Turcicis cum Moldavis ac Valachis usque ad ulteriorem Vistulam oras Po-
loniae igni ac ferro desolaturus: nisi benevole cesserint Poloni Russiae pro-
vinciis omnibus, iam alias ab annis multis ad Turcicam iurisdictionem de-
volutis; quas sibi Imperator Turcicus tributarias, per edicta publica esse
opinabatur.
Tali Nuntio minime incerto publicato Kosaci, Sierkonem requisiverant
ut ille cum fidis sequacibus, angulos Russicos prospiceret quos si Scythae
ingressi fuerint, illico eosdem tractus Universos invaderet, paneque furore
inclinatoria barbarorum devastare non negligat, aversusque hostilitatem
denuntiatam. Idipsum Sierko efficienter se adpromiserat.
De talibus intentionibus Rex Poloniae certificatus, hostilitatem promittenti-
bus. Sine morâ suasu Consiliariorum ad latus proprium residentium, du-
xit intimandum Palatinatibus ac Terris Generaliterque per Universales
Litteras deferentes imminentia pericula: ut tempestive arma manuque propa-
rentur tam contra Turcicam potentiam, quam contra Scythicam, Molda-
vicamque ac Valachicam irruptionem; quae ex limitibus armatura hostilitas
certa

intra paucos dies gressum Turcicum antevertere consuluit. Eo no-
mine Terrestres celebrari Conventus expostulavit Rex optans et nuper
Consilia abrupta in Generalibus Comitiis pervicaciter dissoluta, Alio even-
tu donari: ne Patria in aperta discrimina projecta, temeritate quorundam
evidenti extremoq; naufragio exponatur. Et licet Princeps tristi obitu Pa-
rentis sui gravem dolorem acerbiorem persentiat: tamen signis debitis
tristitiae cohibitis, omnium Polonorum Parenti communi providendum ante
omnia esse voluit, dolorem privatum publicae utilitati anteponens, cupiens
ne Regnum subdolis consiliis expositum subversioni pateat, palpabiliq; ho-
stilitati indefensum relinquatur devastandum.
Rectam hanc sollicitudinem Regiam plerique in animis Consulentium cu-
raverunt aversam: interpretati inanes esse curas Regias ad incendium
externum avertendum; cum interni carbones ardeant, qui ante omnia NB.
aquis abundantibus essent extinguendi, alias tecta indefensa manebunt
si flammae devoraverint interiora habitatoria. Jamq; descendendum esse
asseverabant, non ad fastidiosa inania consilia, quae cum vanis colloqui-
is evanescunt; sed ad praeiudicia cohibenda quibus opprimuntur inferiores
ac minores a Superioribus et maioribus quidem, sed non potentioribus aut
nobilioribus. Praeiudicia autem talia quibus status minor opprimitur
non tamen ignobilior aut impotentior, non in Civitatibus aut oppidis
differenda sunt, sed in Campis, sub caelo, et impunita non maneant,
tanto lapsu temporum dissimulata.
Plerique vero temeritate stimulante, aut ambitione suadente, publicos
Conventus privatis odiis dissolvebant; trahentes Rempub. ad Acta ex-
trema, magno cum periculo publicae securitatis neglectae. Et licet in qui-
busdam Terris Praeliminares eiusmodi Conventus irriti et inconclusi
effecti erant: tamen Princeps de benignitate sua consultum esse voluit
publico bono promovendo, iteratamq; Consiliorum facultatem permisit
Civi, cum desiderio Patriam armandi, et ab hostilitatibus vindicandi.
Verum etiam tristioribus annexa erant laetiora! quando Legatus
Moschus Varsaviam directus, cum spe indubitata foederum firman- NB.
dorum! quorum approbationem a Rspub. necessariam in Comitiis Genera-
libus quibuslibet concludendam arbitrabitur cum emolumento publicae se-
curitatis atq; exoptandae tranquillitatis.
Arabes quoq; pertaesi servitutis durae Turcicae quam superiore An-
no deserere adlaborabant; iterum viribus ac militia reparata Turcicas
Provincias infestabant, vicinis Provinciis Graecorum ad societatem armo-
rum invitatis: qua societas Turcam potentibus exercitibus superbien-
tem qua terra, qua mari, non leviter deplumavit praeliis secundis.

Attamen Hungaria contumaciter ulterius molimina promovens, licet
per Exercitum Imperatoris Romani ac Regis Hungariae Leopoldi, supe-
rioribus annis sit adacta ad eiicienda Commenta Calviniana ac Luthe-
rana; tamen capita resecta Rebellium ac perduellium renasci conspicie-
NB. bantur per Clandestinos Pacis publicae turbatores, qui Regimen Militis Ger-
manici dissipantes conniventiae magna ex parte attritam suam audaciam
reparare armis resumptis perduellionis. Ad quos compescenda Regimina
sua in Silesia consistentia Imperator movere in Hungariam mandavit,
cupiens ut tandem Regnum illud apprime Catholicum, a dogmatibus per-
versis liberatum, pristino Cultui orthodoxae fidei restituatur.
Status quoque Hollandicus non admodum favit Neptunus: quando per
NB. Exercitus Gallicanos ad limina Verna, Mari tempestuoso Classes ar-
matae obiectae erant Hollandiis: in quo conflictu sex navigia Hollan-
dica armaturae absorpsit Mare iratum: magno cum damno populo-
rum illorum Gallicanae potentiae resistentium.
Ad initium Veris surgentis, permissus liber reditus Nobili Wysorio tandiu ex-
Reditus Wysorii. pectationem Foederis perennis confirmandi apud Portam Ottomanicam praestolan-
tis: qui ab aura Patriae avulsus, vix non biennio morabatur Constantinopoli
sollicitans missionem suam ratam esse: verum de mense in mensem elude-
batur, magnas impensas suadens circa Turcicam tergiversationem, eo quod
non stipatus magna familia advenisset, in Legatione Radziwilii Comitem
agens Secretarium. Inde non est secutus optatus eventus firmandorum pacto-
rum cum Rege Michaele ante hibernium Coronato: maioris authoritatis virum
Porta Ottomanica quasi exposcente: licet Wysorius satis prudentiae ac dex-
teritatis haberet. Igitur infecto negotio dimissus est cum opinione Pactorum
non firmandorum, Aula Turcica circumferente bellum non parum paratum
iri Polonis: eo quod Doroszenkium ad protectionem Ottomanicam recurrentem
una cum Kosacis Polonus Exercitus hostiliter prosecutus sit, Russiamque
delatam Iurisdictioni Turcicae, eripere adnitatur. Qua de Causa Turci-
cus Tabellio directus erat ad Regem Poloniae cum litteratoria obdestina-
tione belli, ad limina initialia Verni Temporis invitante; de quo fue-
NB. Ast Wysorius circa regressum permissum nihil eiusmodi expressum ob-
tinuit etiam in litteris per Wezirium Supremum traditis. Iter tamen eius
ordinatum erat circa Danubii fluxum: ut moratus Turcarum excubias vi-
deret; et Pontem extructum contemplaretur; indeque concluderet parari bel-
lum contra dominia Polona: cuius Pontis commoditate facilius impedimen-
ta bellica transportari valeant. Ast Wysorius deductus ad Danubii ri-
pas structuramque Pontis, hilari vultu contemplatus est opus illud, leni
adhibito risu. Id videns Custodiarum Praefectus requisivit audacter,
Cur

Cur Polonus hospes visum adierint? Reddit Wysocius per interpretem! NB.
Structuram validiorem fuisse adhibendam pro deuehendis ponderibus ac onerosis curribus: non autem pro mouendis Exercitibus trans Danubium. Ea Poloni nec fontes altos, nec Pontes latos curant; assueti flumina rapidissima tranare absque nauigiis, ob quam audacem fiduciam plurima bella felici eventu terminauerunt. Moxque subintulit, commodum futurum transitum non solis Turcis, sed etiam Polonis: quoniam foedera iurata si rumpentur, dubio procul Deo adoperante Potentia Byzantina frangetur; et Marte commisso feliciter Poloni triumphabunt. Talem sermonem Wysocii contempsit Praefectus Custodiarum, respondit neminem adesse in mundo Monarcham, qui Potentiae Turcicae valeat resistere! Reddit Wysocius. Soli Deo difficilis est resistentia! qui Polonos adiuvabit ad resistendum, graviore vestro casu, quem sensistis ad Chotinum. Iratus Praefectus iussit Wysocium pergere et non sermocinari.
Promovit itaque Wysocius reditum in Valachiam, perveniensque ad NB.
Palatinum Valachiae noviter institutum, gratulatus est ei non ignobile officium: suadens ut cum Polonis more Antecessorum cohaereat; qui saepius a Turca degradati reclinatoria in Polonia impetrabant absque iactura vitae ac fortunarum. Gratum fuit Palatino Wysocii alloquium! ast incusabat Kosacos, quod Rebelles Valachos, unà cum antiquo Palatino intra Russiae viscera patiantur degere ac morari; quae societas praeiudiciosa erit non solis Kosacis, sed et Polonis perniciosa. Reddit Wysocius. Nec Kosaci nec Poloni opitulantur Valachis, sed solus Deus qui miserabiles homines per diversa adiumenta, solet fovere ac conservare. Tandem ad alios sermones tempus conversum. Wysocius autem supplicabat Deo, ut sanus ad limina Regni perveniret, onerates delicias maxime fastidiosas decantationes.

[illegible]

[illegible]	3	6
[illegible]	2	5
[illegible]	2	3
[illegible]		2
[illegible]		1:25
[illegible]		24
[illegible]	Summa	18:9
		2
[illegible]		2
[illegible]		4
[illegible]		45

